adminiſtratione à iudice, vel à teſtatore: & conſequenter ad collegam. ſi autẽ non fuit diuiſa, vel per ſe diuiſerunt: ad vtrumque A ſtatim pertinet periculũ, poſtea ad fideiuſſores vel mandatores: vt.C. de ſuſcepto. & arca. l.ij. lib.x. &.C. quo quis or. cõue. l. quotiens. &. l. fin. li. xj. &. l. ſi tutor. ȷ̃. de admini. tut. & fit nomen deterius culpa, quando efficitur non ſoluendo negligẽtia eius qui petere debet. Accur.

Stipulatio conditionalis obligationem præcedentem puram ſuſpendit, & eam nouat in conditionis euentum. Bartolus.

XXXVI. IAVOLENVS *libro primo Epiſtularum.*

PEcuniam quam mihi ſine cõditione debebas, iuſſu meo promiſiſti Attio ſub cõditione. [a] cum pẽdente cõditione in eo ſtatu ſit obligatio tua aduerſus me, tanquam † ſub contrariam conditionem [b] eam mihi ſpopondiſti: ſi pendente cõditione petam, an nihil acturus ſum? Reſpondit, Non dubito, quin mea pecunia quam ipſe [c] ſine conditione ſtipulatus ſum, etiã ſi cõditio in perſona Attij, qui ex mea voluntate eãdẽ pecuniam ſub conditione ſtipulatus eſt, non extiterit, credita eſſe permaneat. Perinde eſt enim ac ſi nulla ſtipulatio interueniſſet. C Pendẽte autem cauſa conditionis idem petere nõ poſſum: [d] quoniam cum incertum ſit an ex ea ſtipulatione deberi poſſit, ante tempus petere videor. [e]

Conditio de præſenti vel præterito non ſuſpendit: ſecus in conditione de futuro. Bartolus.

XXXVII. PAPINIANVS *libro primo Definitionum.*

CVm ad præſens tempus conditio cõfertur, ſtipulatio non ſuſpenditur. Et ſi conditio vera ſit, [f] ſtipulatio tenet: quamuis tenere contrahentes conditionem ignorent: veluti, ſi rex Parthorum viuit, centum milia dare ſpondes? Eadem ſunt & cum in pręteritum conditio confertur: [g]

XXXVIII. SCÆVOLA *libro primo Quæſtionum.*

REſpiciendum enim eſſe, an quãtum in natura hominũ [h] B ſit, poſſit ſciri * eam debitu iri. [i]

XXXIX. PAPINIANVS *libro primo Definitionum.*

ITaque tunc poteſtatem conditionis obtinet, cum in futurũ [k] confertur.

Etiã in contractibus ſtricti iuris pacta incõtinenti appoſita inſunt vt nouã pariant, & veterem informẽt actionẽ: & vi exceptionis impediunt morã & ſtipulationẽ vſurarum propter morã: ſecus in ſtipulatione vſurarũ propter ſtipulationẽ. hoc dicit. Diuiditur. Primò ponitur thema & quæſtio. Secundò ponitur reſponſio iuriſconſulti Pauli. Tertiò impugnatio quorundam. Quartò reſponſio Pauli ad illas impugnationes. Quintò determinatur quædã quæſtio circa prædicta. Secũda ibi, dicebam. Tertia ibi, pactũ. Quarta ibi, ſed cum ſortis. Quinta ibi, ſed & ſi quantitatem. Bartolus.

XL. PAVLVS *libro tertio Quæſtionum.*

LEcta † eſt in auditorio [l] Aemilij Papiniani præfecti præ- D

† De dictione tẽquam, habes quòd eſt nota improprietatis. eſt glo. de hoc in.c. ſolitæ. cum gl. in verbo tãquã, de maio. & obediẽ.

PEcuniam.] CASVS. Debebas mihi. x. pure. iuſſi vt ſolueres Sticho ſub conditione hac ſi nauis ex Aſia venerit. dicit quòd ego videor mihi eam ſtipulaſſe ſub cõtraria conditione, ſi nauis nõ veniret. vnde deficiente cõditione potero eam petere ac ſi nunquam fuerit promiſſa Titio. pendente tamen conditione petere non potero cum effectu: manet tamẽ actio, ſed obſtat exceptio. Viuia.

a *Sub conditione.* ſcilicet tali, ſi nauis venerit ex Aſia vſque ad annum. Accuſius.

b *Contrariam conditionem.* id eſt ſi nõ venerit intra pręedictũ tempus, remaneas mihi obligatus. Et not. quòd licèt parificentur, non tamen per omnia: cum hîc interim ſit actio. ſed tamen except. repellitur. quod ex eo patet, quòd ſi deficiat conditio, ex prima ſtipulatione ago: vt hîc: arg. infra de adi. lega. l. legata. Accurſius.

c *Ipſe.* ſcilicet ego

d *Non poſſum.* vt. ȷ̃. de iur. do. non enim. &. l. ſi debitor. & arg. ſ̃. de pact. l. in perſonam. §. fi. &. ȷ̃. de cond. ob cau. quod ſeruus. imò ſolutum repetitur: vt. ȷ̃. de condict. indebiti. Iulianus. in fin. Sed videtur quòd interim poſſum petere, ſicut heres debitum pure, ſub conditione legatum: vt. ȷ̃. de do. except. pure. in prin. quæ eſt contra. Solu. aliud eſt in ſtipulatione: vt hîc. aliud in legato, vt ibi: cum per remedium cautionis ibi legatario conſulatur: hîc autem debitori, ſi ante conditionẽ conueniatur, in nullo caueatur. arg. ſume. ſ̃. de rei vind. ſi autem. §. fin. Accurſius.

e *Videor.* vnde actionem amitto olim, ſecundum Azo. vt infra de libe. leg. l. non ſolùm. §. fin. ſed ſecundum Hug. duplicantur induciæ: vt inſtit. de except. §. penul.

CVm ad præſens.] CASVS. Ponit regulam, deinde ponit exemplum, ſic, cum præſens vel præteritum in ſtipulationem deducitur, non erit ſtipulatio cõditionalis: vt promittis mihi ſi rex Angliæ viuit. iſta ſtipulatio non eſt conditionalis: & ſi vera fuit in rerum natura, ſufficit vt pura ſit ſtipulatio, & vt ſtatim debeatur: licèt contrahentes ignorent. ignorantia enim cõtrahentium non facit contractum conditionalem. tunc enim ſtipulatio conditionalis eſt, cum conditio cauſæ fertur in futurum. Viuia.

f *Vera ſit.* id eſt verè, vel verum in ſe continet.

g *Confertur.* non eſt ergo conditio quæ in præteritum vel præſens confertur: vt hîc, & inſtit. de verb. oblig. §. conditiones. & infra de verbo. oblig. l. conditio in præteritum. &. l. ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſummam. & infra de bo. lib. l. etiã. §. ſi patronus. ſed in futurum: vt infra. l. itaque.

h REſpiciendum. Hominum. eſt ergo natura naturãs, id eſt deus: & ille omnia ſcit. nam mille anni ante oculos eius tanquam dies heſterna quæ pręteriit. de hac dicit. ſ̃. de iudi. ſed & ſi Pſal. 89 reſtituatur. §. ſi. Alia eſt natura naturata. ſ. hominis, quæ pręterita & præſentia tantũ ſcit: vt hîc, & inſti. de ver. obli. §. conditiones.

i *Iri.* id eſt eam exiſtere: & ſic deberi promiſſum.

k ITaque. Cum in futurum. ſiue expreſſè, ſiue tacitè: vt infra de verbo. oblig. l. interdum. Accurſius.

LEcta eſt.] CASVS. Refert Papinia. quandam. q. quæ orta fuit inter quendam creditorem & quendam debitorem de quodam inſtrumẽto. & eſt talis: Lucius Titius accepit à Publio Mæuio. xv. pondo auri mutuo: & inde factũ fuit inſtrumentum: in quo ſcilicet Lucius Titius cauit ſe tantũ accepiſſe: & iſtud fuit primũ pactum, ſcilicet ꝙ promiſit Lucius Titius ꝙ iſtam pecuniã ſolueret kalen. ſed intelligitur de proximis. deinde factum fuit aliud pactũ: quia dixit debitori ſuo creditor: quia credo te non poſſe ſoluere pecuniam ad terminum: volo quòd promittas mihi vſuras ſi non ſoluas, pro ſingulis. c. denariis vnũ denariũ per ſingulos. xxv. dies. deinde interuenit nudũ pactum, hoc. ſ. volo tibi. ccc. ſoluere deducta ſorte quolibet menſe. & eſt iſtud pactum de particulari ſolutione: quia primũ fuit de toto debito ſimul & ſemel ſoluẽdo. ergo habet triplex pactũ. Primum, de tota ſorte ſoluenda kalẽ. Secundũ, de vſuris ſoluẽdis ſi inſolidum ſors non redderetur. Tertiũ, de particulari ſolutione admittenda. kalendis aduenĩetibus debitor nõ ſoluit: creditor petit vſuras totius ſummæ. debitor dicit ſe ad hoc non teneri: quia pactum vltimo loco interpoſitũ videtur ineſſe ſtipulationi: vnde perinde habendũ eſt ac ſi ab initio conueniſſent vt pro certa pecunia certę vſuræ præſtarentur. per poſterius enim pactum videtur à primo receſſum. non ergo nomine totius ſummæ præſtabuntur vſuræ pro primo menſe: ſed pro illa ſorte tãtùm quæ tunc ſolui debuit, id eſt pro. ccc. Item quia primo menſe nõ poteſt tota ſors peti, propter pactum illud de particulari ſolutione: ergo vſura totius ſummæ peti non poteſt: & hoc dicit vſq; ad. §. pactum. [PACTVM.] Iſtud autem pactum negat creditor, qui per pactũ vltimo factum conceſſit particularem ſolutionem ſortis, & non vſurarũ. vnde vſuras totius ſortis ſoluere debet in ſecundo pacto quocumque inter primũ & vltimum, ſcilicet nudũ: & ideo non valet, neque præiudicare debet pactũ valido quod erat de ſolidis vſuris præſtandis. [SED CVM E SORTIS.] Ille dicit, & vos dicitis, quòd tertiũ pactum ſortem reſpiciebat, vt ſcilicet tota ſors peti non poſſit: ſed ex quo ſolida ſors propter tertium pactum peti non poſſit, pactum fit inualidum, tamen valet ad exceptionẽ. vnde cum petenti totam ſortem obſtaret excep. nõ videtur in mora. Quod dictum eſt, quòd vſura debetur ex mora, ſcilicet in pręcedenti caſu: aliquando tamen euenit quòd vſurę debeantur, licèt mora non interuenerit: vt ſi promiſit tibi fundũ vſq; ad annum: & ſi tunc non darẽ, conuenit vt pręſtarẽ tibi fructus nõ ſolùm ex tunc, ſed ex nunc, puta ex tẽpore ſtipulationis interpoſitę. ſi fundũ non præſtitiſſem ſuo die, tenebor ad fructus medij tẽporis, licèt tunc non fuiſſem in mora. idem eſt in vſura: puta promiſi tibi. x. & cõuenit niſi intra annũ tibi ſoluerẽ: ꝙ teneor non ſolùm ad vſuras tẽporis futuri, ſed & præteriti: quo tempore præterito non fui in mora: vnde ſi ſuo die non ſoluam, ad vſuras medij temporis tenebor. Viuia.

l *In auditorio.* id eſt in ſcholis, vel in palatio.

* ſciri, putat legendum. Anto. Aug. li. 2. cap. 2. qui ait Floren. ſcriptũ eſſe, SCIRE DEDITV IRI.

† Vide Alcia. li. diſpũ. 3. c. 2. & li. Prætermiſſorum. 1. in dictione, nummus.

Cautio.

UNED

torio iuriſconſulti cautio [a] huiuſmodi: Lucius Titius [b] ſcripſit me accepiſſe à Publio Mæuio quindecim [c] † mutua numerata mihi de domo: [d] * & hæc quindecim proba [e] rectè [f] dari kalendis futuris [g] ſtipulatus eſt Publius Mæuius, ſpopondi [h] ego Lucius Titius. Si [ea] die [i] ſupraſcripta ſumma Publio Męuio, eíve ad quem ea res pertinebit: [k] data, ſoluta, [l] ſatíſve [m] eo nomine factum non erit, tunc [n] eo amplius quo poſt ſoluam, [o] pœnæ [p] nomine in dies triginta [q] † inque denarios centenos, [r] denarios ſingulos dari ſtipulatus [ſ] eſt Publius Mæuius: ſpopondi ego Lucius Titius: conuenítq; [t] inter nos, vti pro Męuio * ex ſumma ſupraſcripta mēſtruos refundere debeam denarios trecenos † ex omni ſumma [u] ei, heredíve eius. Quæſitum eſt de obligatione [x] vſurarum: quoniam numerus [y] menſium qui ſolutioni cōpetebat, tranſierat. Dicebam, [z] quia pacta incontinenti facta ſtipulationi [a] ineſſe creduntur, perinde eſſe [b] ac ſi per ſingulos menſes certam [c] pecuniam ſtipulatus, quoad tardius ſoluta eſſet, vſuras [d] adieciſſet. Igitur finito primo [e] menſe, primæ penſionis vſuras currere: & ſimiliter poſt ſecundum & tertium tractum [f] vſuras non ſolutę penſionis creſcere: nec antè ſortis non ſolutæ [g] vſuras peti poſſe, quàm ipſa ſors peti potuerat. [h]

Pactum * autem quod ſubiectum eſt, quidam dicebant [i] ad ſortis ſolutionem tantùm pertinere, non etiam ad vſurarum quæ [k] priore parte ſimpliciter [l] in ſtipulationem veniſſent: [m] pactúmque [n] id tantū ad exceptionem prodeſſe: [o] & ideo [p] nō ſoluta pecunia ſtatutis pēſionibus, ex die ſtipulationis [q] vſuras deberi, atque ſi id nominatim eſſet expreſſum. Sed cum ſortis petitionis. nec enim erat merces, vel vectura.

a *Cautio*. & propriè hîc accipitur: vt C. de verb. ſig. l. ſancimus.

b *Titius*. ſubaudi, ego; ne ſimpliciter prolatum tertiam perſonā ſignificaret. Azo

c *Quindecim*. ſcilicet pondo auri: ſed accepit numerum in denariis ponderatis. Azo.

d *De domo*. ab ipſo, vel caſtaldo eius.

e *Proba*. probitas eſt in eo quòd eiuſdē bonitatis debeat reddere: quod non erat neceſſe exprimi: vt ſupra eo. l. cum quid.

f *Rectè dari*. Eſt in eo, vt in congruo loco & tēpore fiat ſolutio: vt j. de ſol. ſi ſolutur. Vel dic proba. id eſt nō reproba: vt C. de pig. ac. l. elegāter. §. qui reprobos.

g *Futuris*. ſcilicet proximis: cum non diſtinguat de quib⁹: vt. j. de ver. obli. l. eum qui kalendis. id eſt poſt menſem primum: ſicut infra dicetur ibi, igitur finito, &c.

h *Spopondi*. hæc fuit prima ſtipulatio: & ſine calumnia.

i *Si ea die*. & hæc dilatio in vlterius tempus, per pactū incontinenti factū prorogabitur.

k *Pertinebit*. vt heredi ſuo: vt infra de ver. ſignificatio. l. ſciendum.

† i. quindecim milia denariorum.

* Græci etiā ſic loquūtur. οἴκοθεν οἱ οἰκονόμοι διδόασιν. de ſua domo i. de ſuo œconomi ſarcient l. 25. C. de ſacro. ſanct. eccle. In cautionibus olim exprimebatur an de domo ex arca ſua, vel ex menſæ ſcriptura pecunia numerata eſſet. Donat. ad act. 2. ſcen. 4. Adelph. & ad act. 5. ſcen. 9. Phormionis L.R.

† Anto. Aug. lib. 2. emenda. ca. 10. ait tam Florentiæ quàm in Norico libro ita legi, Tūc eo ampli⁹ quo poſt ſoluam pœnæ nomine in dies trigīta, quinque denar. cent. &c. Et his verbis, inquit, deſcripta eſt vſura cēteſima, nō maior: quæ eſſet, ſi in dies vigintiquinque ſcriberemus, vt voluit Alciatus. Tu illū vide.

* legendum Publio.

† per menſes ſcilicet quīquagīta.

l *Soluta*. inculcatio verborū: vt. ſ. eo. certi condictio. in prin.

m *Satíſve*. vt aliud ſoluendo creditore volente.

n *Tunc*. hic articulus, tunc, indicat. vt finito primo menſe præſtetur vſura: vt infra de condit. & demonſt. l. iiij. §. j. & infra de vulg. ſubſti. l. in ſubſtitutione. in fi. & quod ſubiicit, eo amplius, id eſt præter ſortem. ex quibus verbis etiam ſortis obligatio ex ſecunda ſtipulatione contrahitur: vt infra de lega. iij. ſi tibi purè legauero. & l. ſi ſic. Accur.

o *Quo poſt ſoluam*. id eſt differam ſoluere contra voluntatē tuā. voluit enim creditor ſolui ſibi ſtatim elapſo primo menſe, vt prima ſtipulatione dicitur ſupra. Vnde bene reſpon. Paulus, nō pręſtari vſuras niſi propter moram ex ſtipulatione. cū enim dat dilationem, nō poteſt dici illam ſtipulationem vſurarum committi: quia propter moram tantūmodo fuit cōcepta. aliud ſi do certi temporis dilationem, & eiuſdē ſtipulor vſuram: quia tūc per pactum & ex pacto petūtur: hîc propter moram ex pacto. Azo.

p *Pœnæ*. hanc pœnam poſtea vocat vſuram.

q *Triginta*. ſcilicet ſingulos. Accnr.

r *In denarios centenos*. id eſt propter.

ſ *Stipulatus*. ecce ſecūda ſtipulatio: quæ erat expedita cū prima.

t *Conuenítque*. ſcilicet incōtinenti: & hoc eſt tertium pactum ſine ſtipulatione inter eos adhibitum, ex quo altercatio & diſcordia eſt orta.

u *Ex omni ſumma*. ſcilicet ex ſorte, non vſura. alioquin malè diceret eius præſtari vſuram: quia vſura vſuræ non debetur: vt infra de condic. indebi. ſi non ſortem. in prin. & C. de vſur. l. fi.

Vſura vſuræ non debetur.

x *Obligatione*. ſcilicet quando incipiat currere ſtipulatio vſurarum & eius ſortis. Item quoddam tertium præmittit: an ex tertio pacto prædicto actio naſcatur.

y *Numerus*. ſcilicet quidam: puta trium menſium, in quibus debebant ſolui nonaginta, vel etiā omnia. Tria ergo pacta fuerunt facta in hac. l. Primum fuit ſtipulatio de reddenda tota ſorte kalendis futuris. Secūdum fuit, quòd ſi præſcripta die ſors nō fuerit ſoluta, vſuræ ſiue pœnæ ſoluātur. Tertium fuit de ſorte reddenda diuerſis tēporibus. ſed de vſuris in tertio pacto nihil cautū eſt: ſed per tertiū pactum factū de diuiſione ſortis, videtur receſſū à priore obligatione ſortis: & per cōſequēs de vſuris. Azo.

z *Dicebam*. ſupple ego Paulus. & vt ſuæ reſpōſionis cauſam clarius oſtendat, materiam ſuam altius exorditur.

a *Stipulationi*. primò factæ: & dic ineſſe vt in contractibus bo. fi. nouam pariat actionē: veterē informet: in ſtricti iuris tantū nouam pariat, ſecundum quoſdam. Sed nos contra: vt plenè dixi. ſ. de pac. l. iuriſgentium. §. quinimò. quando autem quid dicatur fieri incōtinenti, probatur. j. ad. l. Iul. de adul. l. quod ait. in prin. & j. de duo. reis. duos. §. duō rei. & j. de verb. obl. l. cōtinuus. & j. de teſta. heredes palam. in fi. Quandoque tamen etiam incōtinenti nō valeret: vt. ſ. de relig. l. ꝙ ſi locus. & C. de iure do. auia. in fi. & de vſu. l. quāuis. & ſ. e. rogaſti. §. ſi tibi. & infra de ſer. expor. ſeruus ea. in fi. Itē no. quæ incontinēti fiunt, inſunt: vt hîc & C. de re cre. l. pe. §. j. & C. de inſtit. & ſub. l. penul. in fi. & C. de pac. l. petens. & ſ. de pac. l. in traditionibus. & j. ſol. mat. l. quotiēs. & j. de incē. rui. nau. l. ſi quis. §. quod ita.

Facta incōtinenti an valeant.

b *Perinde eſſe*. cum cōuenit ſine ſtipulatione incontinenti. Azo.

c *Certam*. id eſt trecētorum denariorum.

* Coniunge. l. ſi ita ſtipulatus. 126. de verb. obl.

d *Vſuras*. ſingulorum ſ. denariorū propter cētum denarios. Azo.

e *Primo*. ſicut enim ſortis exactio ex vi primę ſtipulationis & pacti incontinenti facti competit, ita pro eadem rata & vſuræ petentur ex ſecunda ſtipulatione: & dic penſionis, id eſt penſitationis.

f *Tractum*. id eſt menſem. ſ. vſque ad xxv. dies. & poſt curſus eūdem incipiet. pone ergo me ſtipulatum. x. pure: poſtea incōtinenti feciſſe pactū nudum de nō præſtandis niſi adueniēte conditione. dico ꝙ ex pacto illo bene potui mihi præiudicare, cū ſit incōtinenti: vt ar. ſ. proxi. Sed quid ſi ex interuallo? Rñ. idem, & dari exceptionē ex pacto reo: ar. ſ. eo. l. pecuniam. Itē pone ecōtra primò me ſtipulatum ſub conditione, & poſtea ex interuallo appoſuiſſe pactū nudū de præſtandis pure. i. ſtatim. nā ſi incontinenti, cōſtat ꝙ actionē pareret. Rñ. quidam, bene potero agere, licèt nō habeam actionem: quia ſi obiiciat ille de cōditione appoſita, replicabo de pacto. nam pactum, cum non ſit contra bonos mores, debet ſeruari, & ſic ex eo mihi dari replicatio, vt illi exceptio. de quo dixi in præcedenti quæſtione: & ſic cum ille nihil mihi poſſit obiicere, conſequar quod peto: arg. C. de tranſac. l. vbi. & j. de peri. & cō. rei ven. l. ſi in venditione. Sed ego contra dico, [a] argu. ſ. de pac. ſi vnus. §. ſed ſi pactum. in prin. Item cū per legem iſtam pactum incōtinenti appoſitum videatur ineſſe cōtractui ſtricti iuris, puta ſtipulationi: pone in ſtipulatione venire certum: in pacto incertum, ſcilicet factum: nunquid tunc agetur certi condic. informata ad id quod deuenit in pacto? videtur quòd ſic: vt inſtitu. de act. §. fuerat. Sed arg. contra. ſ. de peti. heredi. l. item veniunt. §. idem rectè.

a] Iſtud eſt verum. ſi eſt appoſitū ex interuallo: ſecus ſi incōtinēti ſecundum Bar. & ſequitur Ia.

g *Sortis non ſolutæ*. id eſt reſiduæ. Accur.

h *Potuerit*. hoc ideo, quia vſuræ currebāt ex mora: ſecus ſi ex ſtipulatione, vt faciunt quotidie creditores: vt dixi. ſ. ea. l. ibi, tunc eo amplius quo poſtea &c. Et no. ꝙ. vſque huc locutus eſt Pau. ſed nunc aduerſarij allegant, pactum autem &c. Accurſius.

i *Dicebant*. & bene: ſed non multum ad rhombum. Io.

k *Quæ*. ſcilicet vſuræ. Accur.

l *Simpliciter*. i. non facta diuiſione per tempora. Accur.

m *Veniſſent*. & ideo videbatur eis quòd totius ſortis debeatur vſura in ſecūdo mēſe, ſicut ſtipulatio cōcepta fuit: ſed malè. Azo.

n *Pactúmque id*. ſcilicet tertium. & hæc eſt ſecunda reſponſio eorum. Accurſius.

o *Prodeſſe*. non ad actionem: & per hoc videtur ꝙ non debeat ſtipulationi validæ præiudicare. Accur.

p *Et ideo*. id eſt quia tertium pactum ad vſuras non pertineat: & quia valida ſtipulatio vſuræ non tollitur per friuolum pactum, concluditur: & ideo &c.

q *Ex die ſtipulationis*. ex qua poſſet agi ad vſuras totius ſortis ſi tertium pactum non interueniſſet, agetur etiam nunc ſimiliter





UNED

ad totam, vt dicunt: ſed ſtatim Paulus incipit eos reprehendere: ſed cum ſortis,&c.

a *Dilata ſit*. per tertium pactum.
b *Ex eo tempore*. ſcilicet demum. Azo.
c *Putabat*. qui mihi erat contrarius.
d *Pactũ*. ſ. tertiũ, quod fuit ſuper ſorte.
e *Obtinuerit*. ſcilicet quia valet etiã quo ad actione: cum ſit incontinenti: vt. ſ. ea. l. ibi, dicebam.
f *Vſurarum*. ſcilicet totius ſummæ: ſed partis tantùm.
g *Ipſo iure*. ſ. quãtum ad effectũ: mero tamẽ iure elapſo primo mẽſe ſtipulatio ſortis toti⁹ eſt commiſſa: & per cõſequens vſurarum: ſed propter pactũ obſtat exceptio, niſi in trecentis. nec eñ ſimplex pactum innouat: vt C. de iu. do. auia. & ſ. de pac. ſi vnus. §. pact⁹. & inſt. de excep. §. præterea. & idẽ dici poteſt in ſecũda ſtipulatiõe vſurarũ, vt tota ſit commiſſa de rigore: licẽt ipſa ſit cõditionalis. & qđ dicit, ipſo iure: ſubaudi, exceptionis, vel æquitatis. Itẽ ar. videtur cõtra prædicta. ſ. de arbi. Celſus. in fin. vbi ipſo iure non cadit in pœnã qui obtulit. ſed ibi ſtetit per creditorẽ: hîc per vtrũque. Vel dic ad vtrũque nõ vi pacti hîc fieri nouationem: ſed quia prorogatur ſolutio non cõmittitur adhuc pœna ipſo iure: vt ar. ſ. ſi quis cau. l. ij. j. reſpõ. & ſic in vſura ipſo iure repellitur: vt hîc dicit.

dilata ſit, ᵃ cõſequens eſt vt etiam vſuræ ex eo tẽpore ᵇ quo moram fecit, accedant. Et ſi (vt ille putabat ᶜ) ad exceptionẽ tantũ prodeſſet pactũ: ᵈ quãuis ſententia diuerſa obtinuerit, ᵉ tamen vſurarum ᶠ obligatio ipſo iure ᵍ nõ cõmittetur. Nõ enim in mora ʰ eſt is à quo pecunia propter exceptionem peti nõ poteſt. Sed (ſi) quantitatem ⁱ quæ medio tẽpore colligitur, ſtipulamur ᵏ cũ cõditio extiterit: ſicut eſt in fructibus, idẽ & in vſuris poteſt exprimi: vt ad diẽ nõ ſoluta pecunia, quod competit vſurarũ nomine, ex die interpoſitæ ſtipulationis præſtetur. ˡ

Diuiditur in quatuor partes. In prima thema, & iuriſconſultus elicit tres quæſtiones ſecundũ intellectum gloſſ. vel ſecundũ alios eliciũtur quatuor: quia etiã de pignoribus quæritur. & hoc vſque ibi, placebat. Secundò reſpondet primæ quæſtioni: & etiam alteri quæſtioni ex ea incidẽti: vſq; ibi, quas verò. Tertiò reſpõdet ad ſecundã quæſtionẽ confirmãdo reſponſionẽ per exemplũ: & reddit ratione diuerſitatis inter primã & ſecundã quæſtionẽ principalẽ: & etiã incidẽter aliquid reſpõdet ad quartã quæſt. circa pignora: vſque ibi, ꝙ ſi ſtipulat⁹. Quartò ponit reſponſionẽ ad tertiã quæſt. principalẽ vſq; in fi. & hoc intẽdit: Mor-

h *In mora*. vt. j. de libe. le. non ſolum. §. illud. & j. de regu. iur. l. nulla. §. j. & j. de verb. obliga. ſi pupillus. & j. depo. Lucius. in fi.
i *Sed ſi quantitatem*. dixi, vbi non eſt mora, non currunt vſuræ: ſubaudi contrarium in caſibus, vt hîc dicit &c.
k *Stipulamur*. i. ſtipulari poſſumus. & non habeas. ſ. ſi.
l *Præſtetur*. ſubaudi, & valet hæc ſtipulatio: vt hîc, & j. de verb. obl. l. huiuſmodi. Sed cõtra. j. de vſur. l. cũ quidam. vbi dicit nõ valere: ſed currebant ibi minores vſuræ: vnde eodem tempore non debent currere maiores pro eadẽ ſorte: hîc autẽ nullæ aliæ.

Eius.] CASVS. Quidam miſit ſeruum ſuum in prouinciã, vt ibi pecuniã ſuam fœneraret: deceſſit inſtituto ſeruo ſuo herede cum aliis duobus. antequam ſciuiſſet dominum deceſſiſſe, medio tẽpore exegit. mutuauit. ſtipulatus eſt. pignora accepit. de hoc quarto non determinat, an valeat quod exegit. & dicit quòd primus actus valuit: & ipſo iure liberãtur hi à quibus exegit, ſi ignorauerunt dominum deceſſiſſe: & communicabitur pecunia inter coheredes per act. neg. geſt. non famil erciſc. Inſuper etiam mutuauit: & dicitur, pro parte ſua tenet, & non aliorũ. & hoc probat per ſimilitudinem quã inducit. Et poſtea reſpon. tacitæ obiectioni, quòd ſicut valuit actus de aliis à ſe liberãdis: ſic de aliis ſibi obligandis. ſed hoc non eſt verum: ſed rationem nõ aſſignat. poteſt tamen eſſe ratio, quia proniora ſunt iura ad liberãdum, quàm ad obligandum. Tertiò diſtinguitur, an ſtipulatus eſt ſibi, aut domino. ſi domino, non valet. ſi ſibi: aut ante aditam hereditatem, aut poſt. ſi ante, acquiritur here. ſi poſt, aut ſciuerũt eum coheredem: & tunc non acquirit eis. aut ignorauerunt: & tunc ipſe pro duabus partibus eis, & ipſi ei pro vna parte acquirunt. Viuianus.

m *Eius*. pone Titij. Accurſius.
n *Kalendario*. id eſt nominibus faciendis: vt infra de lega. iij. qui filium. & l. vxorem. §. legauerat. Accurſius.

A

o *Recitatum*. de recitatiõne ideo ponit, quia ſecundum has. ll. ante aperturam tabularum nõ adibatur hereditas, niſi quis eſſet in totum inſtitutus, vel eſſet de liberis: vt Cod. de cadu. tollẽ. §. j. & j. de iur. & fac. igno. l. j. in fi. vnde nec ante competebat libertas. quod enim dicitur ſeruos ſtatim heredes fieri: vt inſtitu. de here. quali. & diffe. §. j. verũ eſt ſi iã poſſit adiri hereditas, ſecũdum Azo. Vel dic ꝙ etiã olim in ſeruis nõ erat neceſſaria apertura: vt ar. C. de iure deli. l. iij. & inſtit. de here. quali. & diffe. §. j. ſed ſic euenit quòd hîc fuit recitatum, vt alij non neceſſarij fortè poſſent adire.
p *Liber*. in ſolidum: vt infra de libe. cau. duobus. Accur.
q *Parte*. dimidia, vel tertia.
r *Status*. id eſt libertatis: quæ ſecundũ ius naturale primæuus ſtatus hominis eſt. Nã teſtatore mortuo liber & heres eius eſt: vt eſt inſtit. de here. qua. & diffe. §. j. Azo.
ſ *Defuncti*. ſub his verbis duæ fuerũt improprietates. Prima eſt in eo qđ dicit, pecunias defuncti: cũ defunctus nihil habeat. Mors eñ omnia ſoluit: vt in authẽ. de nu. §. deinceps. col. iiij. Sed dicitur pecunia defuncti, id eſt quondã Titij qui poſtea defunctus eſt. Secunda eſt: quia nõ erat ſua, ſed ſibi debita. Azo. ſic & ſ. e. l. ſi & me. in fine. Accur.
t *Aut*. pro &.

te domini, & mutatione ſtatus geſtoris, mandatũ reuocatur: tamen debitores ignorãtes reuocationẽ, ipſi ſoluẽtes liberãtur, & illud qđ quis facit nõ vt heres, nõ venit in actione fa. erci. & dominiũ in accipiẽtẽ nõ trãsfertur: nõ cõtrahitur mutuũ: nec pignoris obligatio & ſi ſtipulatio confertur nomina-

B

tim in perſonã dñi qui tũc defunctus erat, eſt nulla. Si verò in perſonã ipſi⁹ geſtoris cõferatur: tũc ſi hereditas non eſt adita, hereditati iacẽti adquiritur actio ex ſtipulatione. Si verò erat adita: tũc ſi heredes erãt bonæ fidei, quia ignorabant illũ eſſe effectũ liberũ, adquiritur omnibus heredibus. ſecus ſi erant malæ fidei. Alexan. de Imo.

XLI. AFRICANVS *libro octauo Quæſtionum.*

C

Eius ᵐ qui in prouincia Stichũ ſeruũ kalẽdario ⁿ † præpoſuerat, Romę teſtamẽtũ recitatũ ᵒ erat, quo idẽ Stichus liber. ᵖ & ex parte ᵠ heres erat ſcriptus. qui ſtatus ʳ ſui ignar⁹ pecunias defũcti ſ aut exegit, aut ᵗ credidit, ᵘ vt ˣ interdũ ſtipularetur, ʸ & pignora acciperet. Cõſulebatur quid de his ᶻ iuris eſſet. Placebat, ᵃ debitores quidẽ qui ei ſoluiſſet, liberatos ᵇ eſſe: ſi modò ipſe quoq; ignoraſſent ᶜ dominũ deceſſiſſe. * Earum autẽ ſummarũ nomine quę ad Stichũ perueniſſent, familiæ erciſcũdæ quidẽ actione nõ cõpetere ᵈ

D

u *Credidit*. ſine ſtipulatione: & hoc fuit ſecundum. & ſtipulatus eſt: & hoc ſubiicit: & fuit iſtud tertium. Accur.
x *Vt*. ponitur pro, &.
y *Stipularetur*. hoc tertium ſubdiuidet in ſolutione.
z *De his*. ſcilicet tribus quæſtionibus. Accur.
a *Placebat*. hîc de prima quæſtione tractat, & ſoluit. Accurſius.
b *Liberatos*. ipſo iure ſi pecunia eſt hereditati quæſita. aliàs per exceptionem, vt quia mala fide recepiſſet: vt infra de ſol. vero. §. j. & l. ſi quis ſeruo. & l. cum quis. §. j. & l. qui hominem. §. ſi Titium.

E

c *Ignoraſſent*. ergo ſi ſciuiſſent, non liberantur. Sed contra. j. de inſtito. l. ſi quis mancipiis. §. ſi impubes. in fin. ibi enim ſciebant mortuum dominum eſſe: & tamen ſoluendo inſtitori, liberãtur. Solu. ibi credebant ꝙ heredes vterentur eodẽ inſtitore, eo quòd non videbant reuocatum: ar. infra de ſolu. l. quod ſeruus. & l. ſi quis ſeruo. hîc ergo eſſet idem ſi ſcirent dominum mortuum, & crederent debitores iſtos eſſe heredes, & vti iſto inſtitore: vt ibi. vel aliud in inſtitore: ſed iudicis delegati ſententia non valet, ſi eſt mortuus delegans ante lit. conteſta. licẽt ignoret: vt ſupra de iuriſd. om. iudi. l. & quia.
d *Non competere*. duabus rationibus. Prima, quia nõ exigit vt heres: vt. ſ. familiæ erciſcũdæ. l. qui erat. circa fi. & l. & puto. §. ſed ſi dolo. Secũda, quia pro parte negotiũ potuit expediri: vt. ſ. familiæ erciſcun. l. heredes. §. ſi vnus. ſed cõtra. ſ. familiæ erciſcundæ. l. Mæuius. §. ſeruus. vbi familiæ erciſcundę actione dicit dari. Solu. ibi de acquiſitis ſiue geſtis in bonis defuncti ante mortẽ teſtatoris: hîc de acquiſitis poſt, ſiue debitis. ADDITIO. Iſta vltima ſolu. reprobatur: ideo dic ꝙ hîc pecunia erat conſumpta per inſtitorẽ: ſed ibi nõ, ſed extabat, ſecundũ Barto. Alexan. & Ia.

† vide Budęum. l. 48. j. de iur. dot. Quòd rationes fœneratitias continet: ſic apellatum, ꝙ in calendas & menſes Romani fœnerarẽt: vt. ſ. e. l. lecta.

* Nec ad rẽ ptinet quòd mandatum inſtitoris nõ finiatur morte. l. ſi quis mãcipiis. §. impubes. de inſtit. act. quia Stichi conditio eſt mutata: quod efficit vt ſummo iure ei ſolui nõ potuerit l. cum quis l. quod ſeruus. & l. ſi quis ſeruo. de ſolut. L. R.

Negotiorum.

UNED

a *Negotiorum geſtorum*. ſed quomodo de quatuor modis potuit dici negotiũ coheredis Stichi fuiſſe? Reſpõ. ratihabitione: quia nomine eorum videtur feciſſe, cum fecit nomine defuncti cuius ſunt heredes: argumentum in authentica de iureiurando à moriente præſtito. §. primo, collatione quinta. Vel dic ſecundum Hugo. in ſubſidiũ demum haberi ratũ: quia debitores liberati ſunt vt C. de rei vindicatione. l. mater. & de rebus alienis. l. prima. Accurſius.

b *Quas verò*. nũc ad ſecundam quæſtionem.

c *Alienatas eſſe*. Sed nec etiã pro illa, cum errauerit: vt infra de cõtrahen. emptio. & ſi cõſenſum. in fi. & .j. de acquiren. rerum do. l. ſi procurator. .j. de condict. cau. da. l. iij. §. ſubtilius. quæ ſunt contra. Solu. ſecũdum Ioã. ſpeciale in pecunia credita: vt hîc, &. s. eod. l. ſingularia. Alij dicunt quòd hic nõ errauit. nam credebat domini eſſe, & ipſe erat dominus. Tu autẽ diſtingue cũ quis ignorat rẽ eſſe ſuã quã tradit, vel iubet tradi: aut putat eam eſſe eius cui tradidit, & ideo nihil ad eũ aperta ratione tranſit, ſcilicet quia tradens nihil voluit in eum trãsferre, cum crederet eũ eſſe dominũ: vt. d. §. ſubtilius. aut putat eſſe tertij: & tũc aut eſt eius à quo dominium habet, & auctoritatem alienandi: & tunc transfertur: vt hîc. aut eius à quo non habet, & tunc non transfertur: vt infra de acquiren. re. do. l. ſi procurator. &. d. l. infra de contrahen. empt. & ſi conſenſum. §. fina.

* nummos.

coheredibus, ſed negotiorum geſtorum[a] dari debere. quas verò[b] pecunias ipſe credidiſſet, eas non ex maiore parte quàm ex qua ipſe heres eſſet, alienatas eſſe.[c] Nã & ſi tibi[d] in hoc dederim nummos, vt eos Sticho credas, deinde mortuo me ignorans dederis, accipientis non facies.[e] Neque enim ſicut illud receptum[f] eſt, vt debitores ſoluentes ei liberentur, ita hoc quoque receptum, vt credendo nũmo* alienaret:[g] quare ſi nulla ſtipulatio interueniſſet, neque vt creditam pecuniam pro parte coheredis peti poſſe, neque pignora teneri.[h] Quòd ſi ſtipulatus[i] quoque eſſet, referret quemadmodum ſtipulatus eſſet. nam ſi nominatim, fortè Titio domino ſuo mortuo iam,[k] dari ſtipulatus ſit,[l] proculdubio inutiliter eſſet ſtipulatus. quòd ſi ſibi[m] dari ſtipulatus eſſet, dicendum hereditati eum adquiſiuiſſe.[n] Sicut enim[o] nobiſmetipſis ex re noſtra per eos qui liberi vel alieni ſerui bona fide ſeruiunt, adquiratur, ita hereditati[p] quoque ex re[q] hereditaria adquiri. poſt aditam verò à coheredibus hereditatem non æque[r] idem dici poteſt: vtique ſi ſcierint eum ſibi coheredem datum: quoniam tunc non poſſent videri bonæ fidei poſſeſſores eſſe, qui nec poſſidendi animum haberent.[ſ] Quòd ſi proponatur coheredes eius id ignoraſſe,[t] quòd fortè ipſi quoque ex neceſſariis[u] fuerint, poteſt adhuc idem reſponderi.[x] quo quidem caſu[y] illud euenturum eſt, vt ſi ſuæ conditionis[z] coheredes iſte ſeruus habeat, inuicem bona fide ſeruire[a] videantur.

o *Sicut enim*. aliàs non reperitur hæc regula: ergo no. Io.

A p *Hereditati*. iacenti. imò ſemper heredibus, nunquam hereditati acquirit. nam alij erant neceſſarij ſicut ipſe: vnde ſtatim ſunt heredes: vel ipſe ſaltem erat heres: vt inſtit. de hered. qua. & dif. §. j. & ita hereditas non poteſt dici. Reſpon. remanet hereditas pro partibus aliorũ qui nõ erant neceſſarij ſicut ipſe: & ideo dicit infra quòd fortè ipſi quoque &c.

q *Re*. ſ. pecunia.

r *Non æquè idem*. ſcilicet generaliter. nã ſubdiſtinguitur hic caſus, ſcilicet poſt aditam hereditatem, an ſciret ſibi hunc coheredem datũ & ſic liberũ: vt tũc per eũ non acquirant: aliàs ſic. Et no. ꝙ in pignoribus nõ reſpõdet Africanus auctor huius legis. Quid ergo? pro ſua parte ſibi obligata ſũt: ſed aliis coheredib⁹ ꝑ partibus eorum nõ: vt infra proxi. §. niſi in eo caſu quo eis dat actio: vel conſumptione, vel ſtipulatione ſimpliciter facta: vt. .j. de fideiuſſ. l. ſi quis pro eo. §. ſi nummos.

ſ *Haberent*. idem & ſi haberẽt. nec enim ſolo animo incipere poſſũt poſſidere: vt. .j. de acquiren. poſſe. l. iij. §. reſpon. Sed cui hoc caſu acquirit? Reſpõ. ei ſoli qui nummos dedit, & ſibi ſtipulatus eſt ſibi: vel ſi ſimpliciter conſumptione facta. nec ob. ſi dicas ꝙ nomine alterius non ſuo numerauit, ſaltem pro aliorum partibus: & totiens actio ex cõſumptione detur, quotiẽs &c. vt. s. eo. ſi filius. quia & aliàs hoc cõtingit, quòd aliam pecuniam & alieno nomine mutuat, & tamen condictio datur numeranti: vt C. eo. l. iiij. Vel ſecundò dic: vt. s. in glo.[c] generaliter. in fi. ſecundum Azo. Item quid eſt in aliis duobus caſibus, ſcilicet cum nõdum eſt adita hereditas? Item & cum eſt adita hereditas: ſed vtroque caſu coheredes neſciunt hunc coheredem in vtroque caſu: & ipſe ſtipulatus eſt ſibi, vel ſimpliciter coheredes conſtat ex ſtipulatu agere non poſſe. & de ipſo non videtur: quia voluit alij acquirere ſtipulationem, id eſt domino. Itẽ ex conſumptione non videtur, ſiue ex numeratione, quando ſtipulatio fuit ſubſecuta: vt. .j. de noua. l. cum enim? Reſpond. ſatis poteſt dici[d] dari vtilem actionem pro parte ſua ex ſtipulatu ſtipulanti: licèt gereret in animo alij ſcilicet domino acquirere: ſic infra de acqui. re. domi. l. liber homo. §. fi.

c] Dic quòd ibi eſt alia quæſtio quã hic, ſecundũ prædi.

d] Reprobatur ſecundum Bart. Pau. Ale. & Ia.

B

Qui in defectum alterius ſoluere promiſit, petitione aduerſus illum primum facta non liberatur, ſed facta exactione ſic. & idẽ econtra ſi accipiatur à ſecundo. h. d. vſque ad. §. Labeo. Alexan. de Imo.

C

XLII. CELSVS *libro ſexto Digeſtorum*.

SI ego decem ſtipulatus à Titio, deinceps ſtipuler à Seio quanto minus[b] à Titio conſequi

d *Nam & ſi tibi*. bonum ſimile. ſicut enim hîc reuocatur morte mandatum, & poſtea non facit accipientis: ita nec ſuperiori caſu cum teſtator præcepit nomina fieri, & ſic dominum transferri, & mortuus eſt. & dicas quòd dati fuerunt hîc nummi vt ſpecies: & ſic eo mortuo non poterat transferre dominium in accipientem: vt infra de dona. l. ſi cum filiusfa. §. ſi pecuniam. in fi. §. ſecus ſi eos dederit vt quantitatem: vt infra de dona. hoc iure. §. ſi quis dederit. quæ eſt contra. eſt enim tunc ſua facta quantitas quam in alium trãsferre poſtea poſſet. ſed certè & quãdo vt ſpecies dantur, videtur non reuocatum mandatum: vt infra de acqui. poſſ. l. fundi. §. item ſi amicus. quæ eſt contra. Sol. ibi ipſe dominus ad hoc tenebatur ex empto: vnde facilius dicimus nõ reuocari mandatum.

e *Non facies*. quia mandatum morte reuocatum eſt: vt inſti. mãda. §. rectè. & .j. manda. l. inter cauſas. cum ſimilibus.

f *Receptum*. vt. s. §. proxi. ibi enim non finitur mandatum morte. & eſt ratio, quia proniores, & cætera: vt infra de actio. & obli. l. Arrianus.

g *Alienaret*. niſi pro parte ſua. Accur.

h *Teneri*. cum principale non teneat: vt. .j. de reg. iur. cum principalis. ſed cõſumptione[a] facta reconciliatur mutuum, & pignora tenentur: vt infra de fideiuſſ. l. ſi quis pro eo. §. nummos. ſed non aperit cui: ſed infra dicam in gloſſ. quæ incipit, generaliter.[b] & in glo. idem & ſi haberent.

i *Quòd ſi ſtipulatus*. nunc ad tertiam quæſtionem.

k *Mortuo iam*. hoc non expreſſo. Azo.

l. *Stipulatus*. vt. .j. de ſtipu. ſer. l. ſi ſeruus communis. §. ſeruus capto. & ſic demum facta conſumptione reconciliatur mutuum.

m *Quòd ſi ſibi*. idem ſi ſimpliciter. vt arg. inſtit. de ſtip. ſer. §. ſiue. & infra de ſtipula. ſeruo. l. ſiue. ADDITIO. Dic quòd illa iura procedunt quando viuit dominus: hîc quando eſt mortuus, ſecundum Iaſo.

n *Acquiſiuiſſe*. ꝑ portionib⁹ coheredũ: ꝑ ſua ſibi quęſiuit. Azo. ff. Vetus.

a] Dic quòd hic non curatur de conſumptione, ſecundum Bartolum. b] Imò ĩ glo. ſuper verbo, nõ æquè, ſecũdum Alb. & Ia.

D t *Ignoraſſe*. ſcilicet eum coheredem, & ſic liberum.

u *Ex neceſſariis*. Vnde illud: Seruus neſcit quid faciat dñs eius.

x *Reſponderi*. quod dicimus ante aditam hereditatem.

y *Quo quidem caſu*. i. adita hereditate: & iſtis ignorantibus hunc coheredem: vel ſecundum alios, id eſt ante aditam hereditatem.

E z *Conditionis*. id eſt ignorantes eum liberum.

a *Seruire videãtur*. & ſic poſſidet ſe, & ſibi inuicẽ acquirũt. & hoc eſt de fictione iuris. Nã verũ eſt ꝙ qui poſſidet, aliũ poſſidere nõ poteſt: vt. .j. de acqui. re. do. homo liber. in fi. ſed hereditatẽ dico nõ poſſidere: vt. .j. ſi quis teſt. li. eſſe iuſ. fuerit. l. j. §. Scæuola.

S*I ego*. [CASVS] Promiſiſti mihi. x. quia credebã tũc te nõ poſſe ſoluere ſolida. x. ſtipulatus ſum à Seio quãto minus cõſequi poſsẽ à te. ſi cõtra te inſtitui actionẽ, nõ propter hoc liberabitur Seius, niſi tota x. in lite eſſem cõſecut⁹. Sed pone ꝙ primo agerẽ cũ Seio ad. v. ſed nõ ſum cõſecutus niſi tria, quia ſoluẽdo nõ eſt: quia vidi te Titiũ ſoluere poſſe. v. tantũ: ſi tu poſtea factus fueris ſoluẽdo, nõ ideo plus cõſequar à te. [LABEO.] Promiſi me curaturũ tibi dari. x. nõ vt tibi darẽ. x. ſi dedero tibi expromiſſorẽ, an ſum liberat⁹, quæritur. Et dicit ꝙ ſic: quia præciſẽ cõpelli nõ debeo ſoluere: ſed ſufficit ſi dedero expromiſſorem. Viuia.

b *Quanto minus*. hæc ſunt verba ſtipulatoris, quanto minus &c.



UNED

a *Poſſim*. id eſt ex poſſibilitate conſecutus fuero. ſic & ſupra de re. diui. l. fi. Accurſius.

b *A Titio*. nec exegero.

c *Non liberatur*. hoc ipſo quòd petij, niſi exegiſſem: & totum, vt ſubiicit, at ſi, &c.

d *Alioquin*. i. ſi diceres eũ liberari ſola conuentione Titij. Io.

e *Caueatur*. i. nullam cautelam haberem cõtra Seium.

f *Titius*. i. condemnatus fuit in totum.

g *Tenebitur*. non dicit, liberatus eſt: quia nec fuit obligatus: vt. ĵ. de verbo. oblig. l. decem.

h *Sed ſi cum Seio egero*. ſ. primò: qui nõ debet cõueniri antequã Titius cõueniatur, ſi eſſet dubium quantũ poſſet facere Titi⁹: vt. ĵ. de verborũ obligatio. l. decẽ. quæ eſt contra. Sed hîc erat certũ: puta quinq; tantùm poterat facere Titius. vnde Seiũ conuenio in aliis quinque. licèt enim Titius ſua. v. amittat vel conſumat: tamen Seius nõ niſi in v. tenebit˙. & hic caſus nõ eſt hîc: & licèt à Seio nil cõſequar: tamẽ Titium non cõueniam in hoc quod ſoluere non poterat tunc cũ Seium cõueni: arg. C. de fideiuſ. liberum. & ſic duo ſunt pacta de nõ petẽdo, ſecus in legatis, vbi non præiudicat ſibi in eligendo: vt. ĵ. de lega. j. ſi ex toto. §. j. quæ eſt contra. & hoc ſi habes in litera, quod minus, &c. ſi autem habeas, quo minus, nõ videtur poſſe legi niſi ponatur quo. i. ꝓpter quod habet Seius. ſ. tria. & legatur ita, quãtùcunq; eſt, ſcilicet quod habet Seius eo tẽpore quo minus, &c. & potero, nõ exponitur tunc in præterito: ſed ſecundũ primã literam ſic, ſecundũ Azo. & dic ſecundũ Io. cum prius egiſſem cũ Titio ad decem, & nõ poſſem exigere niſi tria: ſi poſtea egero in vij. cũ Seio: & ſimiliter non ſum cõſecutus ab eo niſi alia tẽpore huius iudicij: remanent quatuor quæ poſtea petere potero à Titio: & ſecundum hoc lege literam prout ſecundo modo legi.

† No. quòd fieri debetĩterpretatio vt ſtipulatio ad cautelam adiecta poſſit prodeſſe & operari. facit. l. quotiens in ſtipulationib⁹. infra de verbo. obliga. & c. abbate. de verb. ſignifi.

* Coniunge l. illa ſtipulatio. 67. de verb. oblig. l. ſi quis ab alio. de re iu dic.

† Bud. legit non ideo. i. nõ cõtinuo, nõ protinus.

Græci ſcribũt de iureiurando delato, relato, & iudiciali.

poſſim: [a] ſi decem petiero à Titio, [b] non liberatur [c] Seius. alioquin [d] † nequicquam mihi caueatur. [e] At ſi iudicatum fecerit Titius, [f] nihil vltra Sei⁹ tenebitur. [g] Sed ſi cũ Seio egero, [h] quantumcunque eſt quo minus [i] à Titio exigere potuero [k] eo tẽpore quo iudicium inter me & Seium acceptum eſt, tanto minus [l] à Titio poſtea petere poſſum. [m]

Impérſonalitas circa verbũ executiuum, obligationem nõ vitiat: & tunc dando fideiuſſorem idoneum liberatur. Bartolus.

Labeo ait,* cum decẽ curari [n] ſtipulatus ſis, ideo† non poſſe te decem dari oportere intendere, quia etiam reum locupletiorem dando promiſſor liberari poſſit, quo ſcilicet ſignificet non eſſe cogendum [o] eum accipere iudiciũ, ſi reum locupletem offerat.

## DE IVREIVRANDO ſiue voluntario, ſiue neceſſario, ſiue iudiciali.

## TITVLVS II.

Iuſiurandum eſt inductum ad lites finiendas.

i *Minus*. id eſt non. Azo.

k *Potero*. id eſt potui. Azo.

l *Tãto minus*. i. illud minus: & ſubaudi nõ, ſecundũ primũ caſum.

m *Poſſũ*. & ſic me facere oportet. & hoc ſecũdũ primũ intellectũ.

n *Curari*. ſi habeas dari curari, bene eſt. ſi habeas tantũ, dari tunc ſubaudi curari: & ſic valet: aliàs nõ valet: vt hîc, & inſtit. de inuti. ſtipu. §. ſi quis alium. & infra de verbo. obliga. inter ſtipulantem. in prin. & l. illa. ij. reſpon. Accurſius.

o *Cogendum*. quia hoc ſolũ promiſit ſe curaturũ. ſ. vt decẽ ſoluerẽtur: & ideo nõ tenetur ad plus, vt hîc, &. ĵ. de verb. oblig. l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. j. & l. ſi quis ſtipulatus ſit. §. fi. & l. illa ſtipulatio. §. eũ. Sed cõtra. ĵ. de leg. j. l. ſi heres. vj. char. vbi dicit heredem ſic iuſſum vt curet, teneri ad dandũ. Sol. illud fauore vltimæ voluntatis. ſed ſi ſimpliciter. x. promiſiſſet, nõ liberaretur dando fideiuſſorẽ: vt. ĵ. de conſtit. pec. l. promiſſor. in fi. nã creditori ſatiſfieri debet [a] quẽadmodũ voluit: vt. ĵ. de pig. act. ſi rem. §. omnis.

a] Scribẽtes hic. & maxime Bal dicũt iſtã glo. ſing. ad hoc quòd debitor carceratus non poteſt exire de carcere, niſi ſoluat, etiam ſi velit dare fideiuſſorem. & ſic cogitur ſoluere præciſẽ: quod intelli ge vt hic dicitur in ſecũdis interpretatio. Bolog.

DE IVREIVRANDO, & cætera.

*Multipliciter in iuris corpore de iureiurando dicitur. Eſt enim voluntariũ, & neceſſariũ, & iudiciale: & hoc de veritate: de quo dicit hic titulus. & C. eod. titu. Item in litem, quod procedit in infinitum. & eſt de affectione: de quo infra titu. 1. dicitur. Item eſt iuramentum calũniæ, & hoc de credulitate: de quo dicitur. C. de iuramen. calum. Item tutoris, qui eſt creditor vel debitor: & hoc ſimiliter de credulitate: vt in authenti. vt hi qui ob. per. §. 1. colla. 6. Item teſtiũ: & hoc de veritate: vt. C. de teſti. l. iureiurando. & l. teſtium. Item operarum: vt infra de ope. lib. l. vt iuriſiurandi. Item purgationis: vt. C. de his qui ad eccle. con. l. præſenti. §. ſicubi. Item ratione ætatis: vt in conſtitu. de pa. te. c. hac edictali. §. item ſacramenta. Item iudicis & aduocati: vt. C. de iud. l. rem non nouam. Accurſius.*

A *Quia iuſiurandum frequentius datur de pecunijs creditis vt non male dicatur à Laberio emplaſtrũ æris alieni. ideo poſt titulum de condictione ex mutuo, hic datur. Et eſt iuſiurandum, vt Ariſtoteles definit,* μετὰ θείας παραλήψεως φάσις ἀναπόδεικτος, *vt Clemens Alexandrinus,* ὁμολογία καθοριστικὴ μετὰ προσπαραλήψεως θείας. *vt Cicero, adfirmatio ſancta. & eius genera tria. Iudiciale quòd à iudice defertur. Voluntariũ, quod à parte defertur ĩ iudicio vel extra iudiciũ. Neceſſarium quod pars cui delatũ eſt refert delatori. Hæ tres appellationes Triboniani eſſe videntur. Cuiacius.*

* Vide Cicer. 3. Of. Plato. de leg. Paul. ad Hebr. c. 6 Ex od. 22. Gel. li. 10. c. 15.

I. GAIVS *libro quinto ad Edictum Prouinciale.*

MAximum remedium [p] expediendarum litium in vſum venit iuriſiurãdi* religio: qua vel ex pactione [q] ipſorum litigatorum, vel ex auctoritate iudicis deciduntur controuerſiæ.

*Maximum remediũ.* CASVS. Inter alia remedia quæ in iure reperiũtur cauſa finiẽdarum litiũ, eſt iuſiurãd. & eſt maximũ, ad quod peruenit per pactũ litigantium aut per iudicem. Viuia.

B II. PAVLVS *libro decimooctauo ad Edictum.*

IVſiurandũ ſpeciẽ tranſactionis continet, [r] maioremq; [ſ] habet auctoritatem quàm res iudicata.

Iuramento præſtito aduerſario deferente, ſtãdum eſt in omnibus quo ad ipſos litigantes: ſecus quo ad extraneos. hoc dicit vſque ad. §. iurari. Bartolus.

III. VLPIANVS *libro vicenſimoſecundo ad Edictum.*

C AIt prætor: *Si is* [t] *cum quo agetur, conditione delata* [u] *iurauerit*. [x] Eum cum quo agetur, accipere debemus ipſum reum.† Nec fruſtra adiicitur, *conditione delata*. nã ſi reus iurauerit nemine ei iuſiurandum deferẽte, prætor id iuſiurandum non tuebitur. ſibi enim

p *Maximum remediũ*. tridlex eſt remediũ finiẽdarum litiũ. Sentẽtia: vt. ĵ. de re iudi. l. prima. Itẽ tranſactio. vt. C. de tranſactio. l. fratris. Itẽ iuſiurãdum, & hoc eſt maximum: vt hîc: & dices infra lege proxi.

q *Pactione*. ſ. extra iudiciũ: & dicitur conuentionale: vt. ĵ. eo. l. iuſiurandum quod ex. Iudiciale autẽ eſt, quod defertur à parte parti in iudicio, iudice approbante & confortante: licèt quidã dicant hoc neceſſarium. quandoque tamẽ aliter accipitur iudiciale: vt. C. de iudi. l. rem non nouam. & eſt neceſſarium: quia ipſe iudex defert, & etiam conſtringit ad iurandum: vt. ĵ. de in lit. iur. l. fina. niſi iuſtam cauſam viderit recuſandi: vt. C. eo. l. generaliter. §. finautem ſed quidam hoc voluntarium appellant: quod nihil eſt. Accur.

† Bald. hic dicit iſtum tex. ſingula rem ad hoc ꝙ licèt ꝓcurator tu⁹ cũ quo ego litigo, dicatur meus. l. ſi fine. §. pen. ĵ. de interro. act. & l. i. C. de pœ. iudi. qui malè iudi. tamen nõ dicitur propriè cõueniri, ſed reus eſt ille qui dicitur ꝓpriè cõueniri: tamen aduerte vt hic in ſecundis interpreta. Bolog.

r *IVſiurandum. Continet*. prout tranſactio large accipitur. quaſi litis deciſio: ſed prout ſpecies, tunc eſſet ſpecies oppoſita. D Ecce ergo tria remedia quæ dixi ſupra. l. proxi. & ſunt paria in excipiendo. Nam ex tranſactione datur exceptio: vt. C. de pactis. l. cum proponas. Item ex iureiurando, & ex ſententia: vt inſtitu. de excep. §. æque ſi debitor. & §. ſeq. Superat autem vnum aliud in multis. ecce enim iuſiurãdum tranſactionem excedit: quia ex eo agitur: vt. C. de reb. cred. l. actori. ex tranſactione nõ: vt. C. de trãſactio. ſiue apud acta. & C. de pact. l. cum proponas. Aequiparãtur autem in naturali obligatione, quam vtrũque tollit. ĵ. de ſol. Stichum. §. naturalis. Item iuſiurãdum, & res iudicata, pares ſunt in agendo: vt. C. de rebus credit. actori. ſed ſentẽtia ſuperat iuramentũ in multis. Sentẽtia enim cõtra ſententiã non valet: vt. C. quãdo prouo. nõ eſt neceſſe. l. prima. Sed cõtra iuramentũ ſic: vt ĵ. eo. l. nam poſtea. §. ſi dãnetur. Item ſi iuraui me patronũ, pro pa trono nõ habebor quo ad ſuccedendũ. ſecus ſi ſententia pro me feratur: vt. ĵ. de iure patro. ſi iurauero. Item ſententia non retractatur per inſtrumẽta poſt reperta, niſi in caſu: vt. ĵ. de re iudi. imperatores. & C. de re iudi. ſub ſpecie. ſecus in ſacramento: [b] vt. ĵ. eo. l. admonẽdi. Et contrà minoris auctoritatis eſt ſententia: quia minor contra eũ reſtituitur: vt. C. ſi aduer. rẽ iudi. per totũ tit. ſed non contra ſacramẽtum: vt. C. ſi minor ſe ma. di. ſi alterius. Item iuſiurandũ tollit naturalem obligationem ipſo iure: vt. ĵ. de ſol. Stichum. §. naturalis. non ſic in ſentẽtia: vt. ĵ. de cõdi. inde. Iulianus. Item à iuramẽto non prouocatur nec receditur niſi in caſu: vt. C. eo. l. fi. à ſentẽtia ſic. & propter hoc dicit, maioremque, &c.

E

b] Neceſſario in defectũ probationis delato. Ale. & Ia.

ſ *Maioremque*. ſcilicet in quibuſdam: vt modò dixi. & eſt ratio: quia nititur auctoritate iudicis approbantis delationem, & voluntate partium deferentium & referentium: ſed res iudicata ſolius iudicis auctoritate: ideòque primum plus valet: vt arg. ſupra de eden. l. ſi quis ex argentariis. §. primo. Accurſius.

t *AIt prætor.* [c] *Si is*. ſcilicet reus. Accurſius.

u *Delata*. id eſt dato ſibi iuramento.

x *Iurauerit*. ſupple, eius rei, &c. vt. ĵ. eo. l. ait prætor.

c] Caſũ iſtius l. vide. ĵ. eo. ait pretor.

*Liberabit*

UNED

iurauit. alioquin facillimus quiſque ad iuſiurandum decurrens, nemine ſibi deferente iuſiurandũ, oneribus actionum ſe liberabit. [a] Quacunque autem actione quis conueniatur, ſi iurauerit, proficiet ei iuſiurandum: ſiue in perſonam, ſiue in rem, ſiue in factum, ſiue pœnali [b] actione, vel quauis alia agatur, [c] ſiue de interdicto. Sed & ſi de conditione perſonæ fuerit iuratum, prætor iuſiurandum tuebitur: vtputa detuli iuſiurandum, & iuraſti in poteſtate mea te non eſſe: tuendum erit iuſiurandum. Vnde Marcellus ſcribit, etiam de eo iurari poſſe, an prægnas ſit mulier, vel non ſit: & iuriiurando ſtandum. Denique ait, ſi de poſſeſſione [d] erat quæſtio, ſeruari oportere: ſi fortè quaſi prægnas ire in poſſeſſionem volebat: & cum ei cõtradiceretur, [e] C vel ipſa iurauit [f] ſe prægnatem, vel cõtra eam [g] iuratum eſt. nam ſi ipſa, ibit in poſſeſſionem ſine metu. ſi contra eam: non ibit, quãuis verè prægnas fuerit. Proderítque (inquit Marcellus) mulieri iuranti iuſiurandum, ne conueniatur [h] quaſi calumniæ cauſa ventris nomine fuerit in poſſeſſionem, [i] néve vim patiatur in poſſeſsione. Sed an iuſiurandum eouſque proſit, vt poſt editum partũ non quęratur ex eo editus an non ſit, cuius eſſe dicitur, Marcellus D tractat. & ait veritatem eſſe quærendam: quia iuſiurandum * alteri neque prodeſt neque nocet. [k] Matris igitur iuſiurandum partui nõ ꝓficiet, nec nocebit, [l] ſi mater [m] detulerit, & iuretur ex eo pręgnas non eſſe.

Iurari debet eo modo quo defertur: dum tamen ſit modus licitur: & poſtquam eſt iuratum, habetur pro vero. hoc dicit. cum.l. ſequen. vſque ad.§.ſi neque. Bartolus.

Iurari autem oportet vt delatũ eſt iuſiurandum. [n] cęterùm ſi ego detuli vt per deum iurares, tu per caput tuum iuraſti,

IIII. PAVLVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

VEl filiorum tuorum: †

V. VLPIANVS *libro vicenſimoſecundo ad Edictum.*

NOn erit ratum * habendum iuſiurandum. Quòd ſi exegi B vt per † ſalutem tuam iurares, & iuraſti, ſtabitur. [o] * Omne enim omnino licitum iuſiurandum per quod voluit quis ſibi iurari, idoneum eſt: [p] & ſi ex eo fuerit iuratũ, prætor id tuebitur. Diuus Pius iureiurando quod propria [q] ſuperſtitione iuratum eſt, ſtandum reſcripſit. Dato † iureiurando, non aliud [r] quæritur, quàm an iuratum ſit: remiſſa quæſtione an debeatur: quaſi ſatis probatum * ſit iureiurando. Sed ſi quis illicitum iuſiurandum detulerit, ſcilicet improbatæ † publicè religionis: [ſ] videamus an pro eo habeatur, atq; ſi iuratum nõ eſſet. quod magis exiſtimo dicendum.

Iuramenti delatio intelligitur vt incontinenti iuretur vel remittatur: ſed ſi remittatur, pro non delato habetur: & remittere, eſt volenti iurare iuramenti gratiam facere. hoc dicit. cum.l. ſequen. Bartolus.

Si neque iuratum [t] eſt, neque remiſſum [u] iuſiurandum, pro eo debet haberi, atque ſi res in iuſiurandum admiſſa non eſſet. [x] proinde ſi poſtea [y] iurare paratus ſit, nihil ei hoc iuſiurãdum proficiet: quia ex eo quod delatum eſt, iuratum non eſt.

VI. PAVLVS *libro nonodecimo ad Edictum.*

REmittit iuſiurãdum, qui deferente ſe, cum paratus eſſet aduerſarius iurare, gratiã ei facit, contentus voluntate ſuſcepti [z] iuſiurandi. Quod ſi non ſuſcepit iuſiurandum, licèt poſtea paraE to iurare actor nolit deferre, non videbitur remiſſum. Nam quod ſuſceptum eſt, remitti debet. [a]

a *Liberabit.* ne ergo hoc ſit, dixit cõditione delata. Et ſic no. quòd aufertur occaſio delinquendi: vt inſtit. vi bo. rap. §. ſed ne dum.

b *Pœnali.* Sed nonne hæ perſonales ſunt? & ſic ſupra dixerat. Sed dic ſupra de ordinaria, hîc de extraordinaria dicit: ſicut eſt eſt illa nau.cau.ſtab. vt ſupra nau.cau.ſtab.l.idem.§.ait prætor.

c *Agatur.* Quid in criminali cauſa? Reſpon. idem, vt arg. j̃. eo.l. eũ qui.§.in popularib⁹. licèt enim nõ teneat trãſactio in criminali quãdo nõ ingeritur pœna ſanguinis, vt.C. de trãſactio. trãſigere. delatio tamen ſacramẽti tenet tãtũ facta à parte parti: quia nõ ſic videtur cõfiteri de crimine iurando: imò negat: vt. j̃. eo. l. ſi duo.§.idẽ Iulianus. ſicut qui trãſigit: vt. j̃. de condic. fur. l. pro fure. §. furti. &. s̃. de his qui no. infa. l. quoniã. Iudex [a] autẽ in inopia probationũ non ita facilè decurret ad delationẽ iuramẽti in criminali ſicut in pecuniaria cauſa: quia reus eſt abſoluẽdus crimine plenè non probato: vt. C. de probat. ſciant. Item quid in cauſa matrimoniali, ſi detulit vxor iuſiurandum viro vt iuret maritus ſe maritũ non eſſe? videtur ꝙ nõ præiudicet ſi poſteaveritas inueniatur ꝙ ſit maritus. ſic enim eſſet ſi iudicaretur ꝙ non eſſet maritus, & veritas poſtea pateret eccleſiæ: vt in Decret. de ſenten. & re iudica. ca. lator. Itẽ quid in cauſa cõuerſionis & monachationis? Videtur ꝙ ſit ſtãdũ: vt C.ad.l.Iul.repet.l.fi.& j̃.proxi. reſponſo. Sed dic cõtra, vt arg. in authẽ. vt lice. ma. & auiæ. §. quia verò & ex conſenſu. coll. viij.

d *Si de poſſeſſione.* dãda mulieri nomine vẽtris.

e *Cõtradiceretur.* quòd non ſit prægnans.

f *Vel ipſa iurauit.* ſcilicet ſe prægnãtem eſſe. Ioan.

g *Contra eam.* ſcilicet iuratum eſt.

h *Ne conueniatur.* ab eo qui detulit. Io.

i *In poſſeſſionem.* & per hoc iuſiurãdum præſumitur quòd non fuerit in calumnia: & ſic non conuenitur: vt ſupra de his not. infa. l. ea. quæ aliàs act. in factum vſque ad annum tenetur ad intereſſe: vt. j̃. ſi mu. ven. no. in poſſ. calum. cauſa. l. j. §. hanc autem. &. §. ſi mulier. &. §. competit. &. §. intereſſe.

k *Nocet.* ſcilicet partui: vt. j̃. eo. l. nam poſtea. §. fin. & l. ſeq. &. j̃. ſi mu. ven. no. l. j. §. j. &. C. de trãſactio. l. trãſactio matris. ſed hoc fallit quando alius fingitur non alius: quod euenit ratione poteſtatis patriæ vel dominicæ: vt. j̃. eo. l. ſeruus. vſq; ad. l. qui iuraſſe. quæ ſunt cõtrarię. Item ratione ſocietatis: vt. j̃. eo. l. duobus. &. l. ſi duo. §. idem dicemus. quæ ſunt contrarię. Item ratione contractus: vt. j̃. eo. l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit. &. §. Marcell⁹. quę eſt cõtra. Item ratione procurationis: vt infra eo. l. iuſiurandum quod A ex conuentione. &. §. fi. &. ſeq. quę ſunt ſimiliter cõtrariæ. Acc.

l *Nec nocebit.* vt hîc. Not. ergo quòd factum matris filio non nocet: vt hîc. Sed contra infra de Carbo. edict. l. j. §. fin. Solu. ibi cõtra ipſum filium erat ſententia lata: ſecus ſi contra matrem: quia tunc non noceret: vt hic dicitur.

m *Si mater.* bene dico nõ nocebit, ſi mater, & cætera.

n *Iuſiurandũ.* ſic quando hereditas reſtituẽda eſt: vt. j̃. ad Trebel. ſed & ſi ante.

o *NOn erit. Stabitur.* vt. j̃. eo. l. qui per ſalutem.

p *Idoneum eſt.* niſi ſpecialiter à iure ꝓhibeatur: vt. j̃. ea. l. §. ſed & ſi quis. &. j̃. de cõdi. inſti. l. quæ ſub conditione. in princ. Item not. hîc quòd ſatis eſt ſi fit aliquid ad voluntatẽ eius cui fit: vt. j̃. de pigno. actio. l. ſi rẽ. §. omnis. & j̃. quib. modis pignus vel hypo. ſolu. itẽ liberatur. §. j. &. §. ſecundo. &. s̃. qui ſatiſda. cogã. l. prima. &. j̃. de in rem ver. l. tertia. §. necnõ illud. Accurſius.

q *Propria.* i. propria vana religione: puta Apollinis vel Dianæ. ſed alibi nõ eſt non: & tũc pone caſum in Iudæo, qui licèt iuret per deũ ſuũ, vel Sarraceno, ſtandum eſt.

r *Dato iureiurando, non aliud.* vt. j̃. eo. l. duob⁹. in fine. &. l. nã poſtea. §. j. & arg. j̃. de re iudi. poſt rẽ. &. j̃. de ædil. edic. ꝙ ſi nolit. §. in factũ. ſed certè imò quæritur an ſit reuocatũ: vt C. eo. l. ſi quis iureiurãdo. Itẽ an ſit ab eo delatũ qui potuit deferre: vt. j̃. eo. l. iuſiurãdũ. §. j. Dic ergo ꝙ iſtud nõ, nihil aliud excludit niſi debiti quæſtionẽ: ſed & debiti quęſtio ſit quandoque: vt. C. eo. l. fi. [b] &. j̃. eo l. admonẽdi. [c] &. s̃. de dolo. ſi legatarius. [d] quę ſunt cõtra: ſed ſpecialia ſunt. Accurſius.

ſ *Religionis.* Apollinis vel Dianę: vt. s̃. eo. §. diuus. ſecus ſi non eſt publicè reprobata: vt ſi iuro per crede mihi, vt faciunt monachi. Accur.

t *Si neque iuratum.* cum fuiſſet delatum. Accurſius.

u *Remiſſum.* à deferente: vt. j̃. l. proxi. in princ.

x *Non eſſet.* ſic legatum habetur pro non relicto, ſi legatarius repudiat: vt, j̃. de lega. j. legatarius. §. ſi legatum. Accurſius.

y *Si poſtea.* ex interuallo, cum ad alium actum diuertiſſet: [e] vt argu. infra de duo. reis ſtipu. duos. §. fin. & infra ad. l. Falcid. l. j. §. itẽ ſi ita legatum.

z *REmittit. Suſcepit.* ad faciendum. Et ſic not. quòd iurare videtur, cum per eũ non remaneat: [f] vt hîc, & ſupra. l. proxi. §. fin. &. C. eo. l. actori. & infra eo. l. nam poſtea. §. j. Accur.

a *Debet.* hoc autem non fuit ſuſceptum cum debuit: & ideo nõ videtur remitti: vt ſupra. l. proxi. in fine.

a] Iſta gloſſ. innuit quòd iuramẽtum neceſſarium in cauſa criminali non defertur: & quo ad hoc placet Bart. Ange. Sal. Ful. Alex. & Ia.

* alterius alteri.

Matris factũ filio non nocet.

† Io. Chryſoſtomus lib. de virginitate ait eos qui rudi tardóque ſunt ingenio, in minimis maximiſque reb⁹ audacter per Deũ iurare ac peierare, in capite vero liberorũ ne iurare quidem audere. quamuis illud multo grauius iſto ſit periurium.

* iuratum.

† Concor. tex. in ca. 2. 22. q. 4. text. in ca ſi quis presbyter. & ibi gl 2. q. 4.

* Quàm variũ & multiplex iuſiurãdum apud diuerſas gẽtes fuerit, Alexan. ab Alex. Gen. dier. lib. 5. cap. 10.

† Vide Balſamonẽ ad ca 95. ſynodi ſextæ.

* Iuſiurãdũ enim probationis loco eſt cũ de empto puta agitur, aut alioquin certa cauſa obligationis. cũ verò dari oportere ex ea cauſa iureiu. in factum actio competit, nã ex eo cõtractu, Baro.

† i. contra orthodoxã fidẽ, vt ſcribĩ turĩ βασιλικ. Cõc. 22. q. j. ca. monetæ.

b] Ibi fuit iuratũ non inſpectis verbis teſtamenti Ia.

c] Ibi loquitur in iuramento neceſſario.

d] Ibi fuit iuratũ nemine deferente, ſecũdum Ful. & Ia.

e] Niſi acceptanti daretur tẽpus ad deliberandũ quid iuraret. Barto. Pau. Alex. & Ia.

f] Idem in vaſſallo offerẽte iuramẽtũ domino. Bald.

UNED

A *It prætor.*]CASVS. Ponit hîc quædam verba prætoris, quæ inferius exponit. Dicit ergo quòd non debet iurari niſi deferatur iuſiuran.ſed ſi delatum fuerit: quacũque act. quacunque ex cauſa actum fuerit.poteſt iurari, vt exemplificat in text.vſquē ibi:vnde Marcellus.& dicit,ſi iurauerit mulier ſe prægnantē eſſe, & propter hoc miſſa ſit in poſſ. cauſa ventris, valebit:filio tamē non proderit,vt ideo dicatur filius eius cuius mulier dicit eũ eſſe filium: vnde iuramentum mulieris neq; nocebit filio, neque proderit. & hoc dicit vſq; ad.§.iurari.&ille planus eſt,& cōtinuandus cum duabus.ll.ſeq.vſq; ad.§.diuus Pius. & abinde omnia plana ſunt vſquē ad.l.nã poſtea. Viuia.

a *Delatum.*& præſtitũ vel remiſſum ſubaudi.

b *Pertinet.*ſ.ad ſucceſſorem vniuerſalē, vel ſingularem: vt infra. l. proxi.Accurſius.

c *Dabo.* quid boni, cũ ipſo iure competat?ſed dic, id eſt competētem ipſo iure efficacem nō dimittã,ſed dabo exceptionē qua ipſa elidatur.Accurſius.

d *Sit iuratũ.*nam & de parte poteſt iurari: vt j.re.amo.l.de rebus.

N *Am poſtea.*]CASVS. in hac. l, eſt planus vſque ad.§.ſi is. [SI IS.]Tenebaris mihi act.tēporali redhibitoria, vel quãto minoris.detuliſti mihi iuſiuran.& iuraui te teneri. ſi conuenis me iterum exceptione quia tēporalis fuit, replicabo de perpetuatione: & ſi tu minor.xxv.an.detuliſti mihi iuſiurã. & iuraui: & tu iterum agis cōtra me:ſi excipiam quia iuratum ſit de iureiurando:replicabis de minori ætate.& hoc dicit Pompo. Vlpia.adiicit determinando, quòd cognoſcere debet iudex an ſit deceptus minor: quo caſu dabitur in integr.reſti. alioquin non. & ſi probationes alias habuerit, & eas omiſit,erit reſtituendus: & competit iſta replicatio intra annum vtilem poſt.xxv.annos.[SED ET SI QVIS.]Debitor meus habebat debitorem:cōuenit eum:& cum intentionē ſuam probare poſſet contra debitorem illum, detulit ei iuſiurandum in fraudem meam.ſi agam cōtra debitorem illum: ſi excipiat,replicabo de fraude. idem eſt ſi ille debitor meus habeat aliquos creditores contra quos poterat ſe defendere excep.pacti: vel finxit ſe habere, vt & mecum in poſſ.bo. mittatur:& detulit eis iuſiur.in fraudem meam:ſi illi petunt mitti in poſſ. bo. excipiam de fraude.[IVSIVRANDVM.] Conueni debitorem meum in iudicio: qui ſe defendit per procur. detuli illi procur.iuſiur.& ipſe iurauit nihil mihi dominum ſuum debere. certe quæritur debitori meo except. idem econtra ſi debitor meus conuentus deferat procur. meo iuſiur.& ipſe iurauit mihi deberi. certè quæritur mihi actio in factum aduerſum debitorem deferentem. [SI PETITOR.]Egi contra te rei vindi.detuliſti mihi iuramentum. iuraui rem meam eſſe contra te.ex iſto iuramento competit mihi actio,qua non vtor contra alios:quia non debet aliis nocere, &c.Viuianus.

e *Denegatur.*id eſt exceptione repellitur.Accurſius.

f *Datum ſit.*proprie.vel verius dic.i.præſtitum.Accurſius.

g *Exceptioni.* ſcilicet iuriſiurandi, admiſſo interim actore pro- A pter ambiguitatē,donec reus probet ſe iuraſſe. Vel dic exceptioni,id eſt replicationi.ſed cum nil ponat qui replicat, non probabit,ſed qui excipit.

h *Aliiſque.*ſcilicet ſucceſſoribus:vt.ſ.e.l.ait prætor.Vel melius, id eſt fideiuſſoribus:vt infra eo.l.duobus.§.j.

Ex iuramento oritur exceptio reo & eius ſucceſſori etiã in rem: quæ exceptio litis cōteſt.impedit, niſi altiorē requirat indaginē.h.d. cum princ.l.nam poſtea.Barto.

VII. VLPIANVS *libro vicenſimoſecundo ad Edictum.*

A It prætor:*Eius rei de qua iuſiurandum delatum*[a] *fuerit,neque in ipſum,neque in eum ad quem ea res pertinet,*[b] *actionem dabo.*[c] *Eius rei*,ſic erit accipiēdum: ſiue de tota re, ſiue de parte ſit iuratum.[d] Nam de eo quod iuratum eſt,pollicetur ſe actionem non daturum neque in eum qui iurauit, neq; in eos qui in locum eius cui iuſiurãdum delatum eſt,ſuccedunt:

VIII. PAVLVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

E Tiam ſi in rem ſucceſſerint:

IX. VLPIANVS *libro vicenſimoprimo ad Edictum.*

N Am poſtea quàm iuratũ eſt, denegatur[e] actio. Aut ſi cōtrouerſia erit, id eſt ſi ambigitur an iuſiurandum datum ſit,[f] exceptioni[g] locus eſt.

Ex iuramēto oritur actio & exceptio: & etiam pro veritate habetur. Alexan.

Iureiurando dato vel remiſſo, reus quidem adquirit exceptionē ſibi,aliiſq;:[h] actor verò actionē[i] adquirit:in qua hoc ſolũ[k] quæritur,an iurauerit dari ſibi oportere:vel cum iurare paratus eſſet,iuſiurandum ei remiſſum ſit.

Valet ſententia lata per iuramētũ,& producit illos effectus quos produceret ſi eſſet lata per veras probationes.h.d. ſecũdum primã lect.vel ſecundũ aliam: Sententia lata contra iuramentũ valet. Alex.

Si damnetur[l] quis poſt iuſiurandum ex famoſo iudicio,famoſum eſſe magis eſt.

Iuramentũ vim habet litis conteſt.ideo perpetuat actionem vbicumque per lit.conteſt.perpetua- B retur.Alexan.

Si is qui temporaria actione[m] mihi obligatus erat, detulerit iuſiurandum, vt iurem eum dare oportere,egóque iurauero, tēpore nō liberatur:[n] quia poſt litem[o] conteſtatam cum eo perpetuatur aduerſus eum obligatio.

Minor aduerſus delationem iuramēti reſtituitur, & agere poteſt actione prima.& ſi excipiatur contra eum de iuramento, poterit replicari, præhabita tamen reſtitu- C tione in integ. eodem tamen modo & intra illa tempora, ſicut ſi principaliter reſti.in integr.petiiſſet.Alexan.

Si minor vigintiquinque annis detulerit, & hoc ipſo captũ ſe dicat,aduerſus exceptionem iuriſiurandi replicari[p] debebit,vt Pomponius ait. Ego autem puto hanc replicationē non ſemper eſſe dandam:ſed plerumque ipſum prætorem debere cognoſcere an captus ſit:[q] & ſic in integrum reſtituere. Nec enim vtique qui minor eſt,* D ſtatim & circunſcriptum ſe docuit.[r] Præterea exceptio[ſ] iſta ſiue cognitio ſtatutum tempus[t] poſt annum vicēſimumquintum non debet egredi.

i *Actionem.* ſcilicet in factum, ſi iurauit informiter:vt Co.e.l.actori. alioquin ex hoc contractu: vt infra eod.l.ſi duo.§.ſi quis iurauerit. Azo.

k *Hoc ſolum.*vt.ſ.eod. non erit.§.dato.

l *Si damnetur.* Dic caſum ꝙ actor iurauit in cauſa famoſa, & reus fuit cōdēnatus:eſt quidē infamis, quia iuramentũ pro veritate fit: vt.j.e.ſed & ſi poſſeſſori.§.j.Vel dic ꝙ reus iuraui ſe non teneri: ſed conuentus poſtea non oppoſuit exceptionē: vt arg.j.de condic. indebi.l.eleganter.§.ſed & ſi quis poſt. & ſecũdum hoc no. ꝙ maioris eſt auctoritatis res iudicata,quàm iuramētum:cōtra quàm ſi alia ſentētia feratur,nō valet:[a] vt.C.quãdo prouo.nō eſt ne.l.j.& dixi de hoc.ſ.eo.l.ij.

m *Temporali actione.* vt iniuriarum.

n *Non liberatur.* ab actione iniuriarũ. Acc.

o *Poſt litē.*ergo & poſt iuſiurãdum:loco ſumpto à pari:vt.ſ.de iudi. ſed & ſi.§.ex quibus.& j.e.l.qui iuraſſe.§.fin. Sed quid de actione de dolo?Reſpō.nō perpetuatur iuramēto: quia* nec lit.cōteſt.vt. C. de dolo.l. fin. ſed actio in factum ſic.& idē vt nō perpetuetur in integrũ reſti.vt. C. de temp. in integ.reſt. ſuperuacuã. Accurſius.

a] Ex eiſdem actis:ſecus ſi ex diuerſis. Barto. licet Sa. Alex. & Iaſ. contra.

* Explicatur hoc commodiſſimè ex.l. non omnia. ſ. de minorib.

p *Replicari.*à parte minoris petita prius reſt.in integr.

q *An captus ſit.*vt quia probationes habebat:nō aliud: vt infra eodem.l.tutor.in principio.

r *Docuit.*no.nō quia minor,ideo læſus:[b] vt hîc,&.ſ.de mino.l. verum.§.item non reſtituitur.&.l.quòd ſi minor.§. non ſemper. Sed econtra imò videtur ſufficere, niſi aduerſarius eum probet locupletatum:vt.C.ſi aduer.cre.l.j.quæ eſt contra.Solu.ſpeciale eſt ibi odio creditoris:ſicut & in eccleſia:vt. C. de ſacroſan.eccl. authen.hoc ius porrectum. in fi. Item ſimiliter contra: vt. C. de E prædi.mi.l. ſi prædium. vbi aduerſarius probat minorem locupletatum.Solu.ibi ſponte non coactus probat: & melius eo.tit. prædiorum.vide ibi.

b] Immò vtrunque requiritur: vt hic, ſecundũ Tau.

ſ *Exceptio.*id eſt replicatio.Accurſius.

t *Statutum tempus.*id eſt vtilem annũ: loco cuius eſt hodie quadriennium: vt. C. de temp.in integ.reſti.l.fin.Sed quomodo exceptio eſt temporalis:cum ea quæ annua ſunt ad agendum, perpetua ſint ad excipiendum:vt.j.de do.excep.pure.§.fin.&. C. de excep.licèt.quæ ſunt contra.Sol.hîc exceptio ponitur pro replicatione.[c] ſic &.j.de pecu.l.quęſitum.§.in dolo.& eodem modo reſpōdeas ad aliud contrariũ.ſ. ex quib.cau.ma.l.ſi is cuius.quia & ibi rem habuerat iam prior dominus: & ideo exceptionem & actionem perpetuam habet:hîc autem non rem habuit:nō ergo ſola reſtitutio perpetuauit ibi ius actoris.Item an in modum exceptionis poſſit obiici de læſione?Reſpon.non:vt no.ſ. ex quib. cau.ma.l.necnon.§.exemplo.

c] Diſplicet. ideo dic quòd exceptio iã nata tempore nō tollitur, ſed eius natiuitas impeditur. ſecundũ Bar. P. Fu. Sal. Ale. & Iaſ.

Sed

a] Nihil eſt: imò intétabatur actio vtilis primęua.P. Ful. Alex. & Iaſ.

a *Creditoribus*.agentibus Pauliana.[a] Accurſius.
b *Dari*,ipſi autem qui detulit,non datur replicatio:vt. C. de except.aduerſus.& ad hunc.§. facit.ȷ̃. de his quæ in frau. cre.l.ij. & iij.Accurſius.
c *Creditori*.futuro,vel putatiuo ab aliis.vel dicas,falſò.Azo.
d *Oportere*. vt ſic vnà cum aliis in poſſeſſionem mittatur.Accur.
e *Opponatur*. quod verum eſt ſi velit mitti in poſſ.cũ veris creditoribus. & opponitur hæc exceptio à veris etiam inuito debitore: vt.C. de non nu.pe.l. ſi cui.
f *Iuſiurandum defenſoris*.ſine mandato.
g *Procuratoris*. ſcilicet cum mandato.
h *Domino*.id eſt ad vtilitatem domini,ſecundum quoſdam.
i *Parit*.vt.ȷ̃. de actio. emp.l.Iulianus.§. ſi ꝓcurator.&.s̃.de pact.l. reſcriptũ.§.fina.&.l.nã & nocere.Sed cõtra.s̃. de procur.l. nõ ſolùm. §. qui alieno. Solu. hîc adquirit domino.i. ad eius vtilitatem, ſed ibi procurator exercet.ſed hoc mihi non placet: quia in iudicio dat̃ ex pacto ꝓcuratoris act. vt.s̃.de procur. in cauſæ.§.ſi ex parte. Dic ergo [b] ibi dicit de directa, hîc de vtili. M. vel ibi fuit procurator in rem ſuam.Accurſius.

b] Bal. hîc dicit iſtam gl. no. ad hoc quòd procurator in rem ſuam nõ adquirit domino actionẽ, nec exceptionẽ aliquam. pro quo facit quod no. in.l.ſi.§. Titius.ȷ̃.de cõdi. indebi. Bolo.

k *Actio*.in factũ contra eum cũ quo fuit iuratum: etiã Publiciana contra [c] quẽlibet ſi nitatur ex traditione: vt s̃.de Publ.l.eum qui.§. ſi petenti. quæ eſt contra.in eoq; hîc in factũ, ibi Public. datur. Probatur ergo hîc quòd ex iudiciali vel neceſſario iuramento datur in factũ actio. hîc enim iudicium erat cœptũ.loquitur enim de petitione: & nihilominus dabitur act.in factum ex ſentẽtia quæ ſequitur: vt.ȷ̃.eo. l. iuſiurãdum. §.fina. & ſic duæ in factum:nec mirũ:vt arg. infra de act.emp.l.non eſt nouum.P.cõtra.dicit enim ex neceſſario vel iudiciali [d] non dari actionẽ in factum, cum ex ſententia ſperetur.idem probatur hîc quòd actio in factum datur ex ſentẽtia cum iudicatur rem meam eſſe.licèt [e] quidam dicant iudicis officium tantùm implorari poſſe ad executionem.

c] Nihil eſt imò contra deferentem tantum.P. & Iaſ.

d] Imò ex iudiciali oritur actio Ba. Pau. Ale. & Ia.

e] Et male ſecũdum Al.

l *Alium*.ad quem veniret poſſeſſio.
m Q*Uia non. Nocere*. imò nocet quando ius ex ſententia fit. quod dic vt diximus.s̃.de inof.teſta.l. Papinianus.§. ſi.Item & quando non videtur alius, ſed fingitur idem : vt infra eo.l.iuſiurandum.§.fi.&.l. tutor. & dixi ſupra eo.l.iij.ꝟ.pe. Item & aliàs nocet quo ad qualequale præiudicium:vt ſupra de ap.l.à ſententia.Dic ergo,non nocet regulariter vt cauſam alij perimat prorſus: vt hîc, & ar.C. qui res iudi.non no.l.ij.&.l.fin.&.C.res inter ali.ac.l.ij.& ſupra de pac.l. ſi vnus.ȷ.reſpon.

S*Ed & ſi.* ]C A S V S. Si tibi poſſidenti detuli iuſiur. aut iuraſti rem tuam eſſe:aut meam non eſſe.ſi meã non eſſe,tibi agenti obſtabit excep.vnde ſi cecideris à poſſ.licet eam nactus fuero,nõ habebis act.contra me.& eſt ratio , quia non iuraſti tuam eſſe. ſi iuraſti tuã eſſe,& ad me peruenit,dabitur tibi ac. cõtra me: & nõ ſolùm res,ſed fructus & partus reſtituentur per act. in factum. [I T E M S I I V R A V E R O.]Dicebã me habere vſumfru. in re tua.detuliſti mihi iuſiuran.iuraui.decętero habebor pro vſufructuario : & eiſdẽ modis habebor quibus ſi mihi per veritatem eſſet adquiſitus. Si verò iuraui mihi deberi vſumfruc. illius rei in qua nõ poteſt eſſe vſuſfru.præſtita cautione de iureiurando,tunc verus vſuſfru.cenſebitur. Viuia.

**Contra iuramentum præſtitum in fraudem creditorum ſuccurritur creditoribus replicãdo & excipiendo.Alexan.**

Sed & ſi quis in fraudem creditorum iuſiurandum detulerit debitori, aduerſus exceptionem iuriſiurandi replicatio fraudis creditoribus [a] debet dari . [b] Præterea ſi fraudator detulerit iuſiurandum creditori . [c] vt iuret ſibi decem dari oportere, [d] mox bonis eius venditis experiri volet:aut denegari debet actio , aut exceptio opponitur [e] fraudatorũ creditorum.

**Iuramentum procuratoris vel defenſoris prodeſt domino quo ad actionem & exceptionem.**

Iuſiurandum defenſoris [f] vel procuratoris [g] ei ab aduerſario delatum prodeſſe, exceptionémque domino[h] parere, Iulianus ſcribit.Idem ergo dicendum erit & ſi datus ad petendum procurator reo deferente iurauerit dari mihi oportere.nam actionem mihi parit. [i] quæ ſentẽtia habet rationẽ.

**Actori ſuper actione reali iurãti rem eſſe ſuam, datur contra deferentem actio , non contra alium: ſed poſſeſſori iuranti rem actoris non eſſe, datur contra deferẽtem exceptio , nõ autem actio: ſecus ſi iurauit rem ſuam eſſe: quia tunc etiam datur actio,ſi ad deferẽtem peruenit poſſeſſio.hoc dicit cum duabus legibus ſe. vſque ad.§. itẽ ſi iurauero. Alexan.**

Si petitor iurauit poſſeſſore deferente, rem ſuam eſſe, actori dabitur actio: [k] ſed hoc dumtaxat aduerſus eum qui iuſiurãdum detulit,eóſque qui in eius locum ſuc ceſſerũt.Cæterùm aduerſus aliũ [l] ſi velit prorogatiuá iuriſiurãdi vti, nihil ei proderit:

X. P A V L V S *libro octauodecimo ad Edictum.*

A Q*Via nõ deberet alij nocere*,[m] quod inter alios actum eſſet.

XI. V L P I A N V S *libro vicenſimo-ſecundo ad Edictum.*

S*Ed ſi poſſeſſori fuerit iuſiurandum delatum,iurauerítque rẽ petitoris non eſſe, quandiu quidẽ poſſidet,aduerſus eum qui detu-*
B *lit*[n] iuſiurandũ,ſi petat,exceptione iuriſiurandi vtetur. ſi verò amiſerit poſſeſſionem, actionem non habebit, [o] ne quidem ſi is poſſideat qui iuſiurandum detulit . nõ enim rem ſuã eſſe iurauit, ſed eius non eſſe. Proinde ſi cum poſſideret, (&) deferente petitore rem ſuam iurauit, conſequenter dicemus,amiſſa quoque poſſeſſione,ſi is qui detulit iuſiurandum , nanctus ſit poſſeſſionem, actionem in factum ei dandam.[p] & fructus[q]
C perceptos ex re quam meam eſſe iuraui,reſtitui mihi placuit.Sed & partum editum,fœtúſque pecorũ reſtituẽdos conſtat poſt iuſiurandum delatum.

**Verba iuramenti ſi non poſſunt ſtare ſecundum propriam ſignificationem. intelliguntur ſecũdum impropriam.Bartolus.**

Item ſi iurauero [r] vſumfructũ alicuius rei vel meũ eſſe , vel dari mihi oportere:eatenus mihi competit actio,quatenus ſi verè vſumfructũ haberem , duraret. quibus
D verò caſibus amitteretur, [ſ] non competit mihi actio. Sed ſi rerum in quibus vſuſfructus propter abuſum cõſtitui nõ poteſt, iurauerit vſumfructũ ſe habere, vel ſibi deberi: effectum iuriſiurãdi ſequendum arbitror.Ideoq; [t] tunc quoque videri eum rectè iuraſſe puto: & ex eo iureiurando poſſe petere vſumfructum cautione [u] oblata.

**Iuramentum habet vim probationis & ſententiæ inter eaſdem perſonas,nõ inter alias. hoc dicit. vſque ad.l.ſi duo.Alex.**

E

n *Detulit*.ſed heres per peti.here. petit:quia etiam ea de quibus tantùm retẽtionem habemus,veniũt in peti.here.vt ſupra de peti. here.& non tantùm.§.veniunt.Azo.
o *Nõ habebit*.aduerſus aliquẽ. Et ſic no. quòd quædã retinemus quæ nõ petimus:vt. ȷ̃. de euic. l. ſi rem quam. §.j. & infra de condi.inde. l.ex quibuſdam cauſis.
p *Dandam*. imò Pub. vt.s̃.de Pub.eũ qui.§.ſi petenti.quę eſt contra. Sol.refert an actori deferatur: & tũc in factũ contra ſolũ deferentẽ: vt.s̃.e.l. nam poſtea.in fi.ſed Pub.contra quẽlibet [f] ſi nitat̃ ex traditione, ſicut ſi eſſet traditio facta ex ſentẽtia: vt.s̃.de Public.l. traditionem . an poſſeſſori: vt tũc nõ detur ei Pub. vt hîc: quia nec ei res traditur: ſed ex tranſactione apud eũ remanere videtur:ſed datur ei contra deferentem in factam actio. ſed certè mirabiliſſimum de act. in factum hîc continetur:quia cũ ſit præſtitũ vel quaſi præſtitũ, ipſa non cõpetebat: poſtea tamẽ incipit cõpetere amiſſa poſſeſſione . ſed fortè loquit̃ de act. in factum non quæ datur ex ſacramẽto , ſed quæ datur in locum Pub.ex edicto prætoris poſito ſupra de Publi.l.j.j.reſpon.hoc non valet,quia hîc non fuit facta traditio poſſeſſori:vt modò dixi:ſed ſi velis hoc defendere,habes arg.inſti.de re.di.§.interdũ.&.d.l.ſiue. §. j. Vel dic eſſe in hac act. in factum ſpeciale,quæ ſequitur naturam realium actionum , ſicut no.ſupra ad exhi.l.iij.§.eſt autem.Item no. hîc arg. contra P. quòd enim fit ad exceptionem,parit actionẽ: vt infra de lib. leg. l.quod mihi.&.C.de dona.ante nup.cum ante.

f ] Imò contra deferentem tãtum. Iaſ.

Actionem parit quod ad exceptionem fit.

q *Fructus*.poteſt referri vel ad prox.dictum,vel ad.§.ſi petitor.
r *Item ſi iurauero*.& ſic iuramentũ pro veritate accipitur:vt.ȷ̃.eo. eum qui.§.ſi mulier.Sed ar.contra.ȷ̃.eo.eum qui.in prin.A D D I-T I O..Dic quòd imò habetur pro veritate,ſecundum Bar.
ſ *Amitteretur*.ſcilicet ſi verè conſtitutus eſſet.Accurſius.
t *Ideoque*.Not.quòd ſi non valet quod ago vt ago , valet vt valere poteſt: vt inſti.de adop.in fi.
u *Cautione*.quæ fit de reſtituẽda æſtimatione : vt ſupra de vſufr.

earum re: quæ vſu conſu. l. ij. & inſtitu. de vſufr. §. conſtituitur.

a] Iſtã gl. dicit ord Alex. in addi. ad Bar. in l 2. de iur. fi. lib. 10. C.

a *Probatum eſſet.* ſubaudi, [a] & pronuntiatum. nec enim ex ipſa probatione naſcitur: nec furto probato irrogatur infamia, niſi ſententia vel confeſſio intercedat: & ita confeſſio & probatio nõ ſunt paria. A

Si cum de hereditate inter me & te controuerſia eſſet, iurauero hereditatem meam eſſe, id conſequi debeo, quod haberem ſi ſecũdum me de hereditate pronũtiatum eſſet. Et non ſolùm eas res reſtituere debes quas tunc poſſidebas, ſed & ſi quas poſtea cœpiſſes poſſidere: perindéq; haberi quod iuratum eſt, atque ſi probatum eſſet. a idcirco vtilis b actio mihi competit. Quòd ſi ego ex eadem hereditate poſſiderem, túque cœpiſſes petere à me, cùm aduerſus te iuraſſem: exceptione me vti debere iuriſiurandi. Planè ſi alius à me hereditatem petere cœperit: dubium non erit, vt & Iulianus ſcribit, nihil mihi iuſiurandum c prodeſſe. B

XII. IVLIANVS *libro nono Digeſtorum.*

IDem eſt & ſi ego à quolibet alio poſſidente res hereditarias petere velim: d quia & ſi petiſſem à te hereditatem, & probaſſem meam eſſe, nihilo minus ab altero petendo, e id ipſum probare neceſſe haberem.

Si alter ex patronis excludatur à iure patronatus per iuramentum liberti delatum ab ipſo, portio ſua alteri nõ adcreſcit: ſed hæc excluſio bene facit præſumptionem aliqualem pro altero, vt ipſe ſit inſolidum patronus, ſi hoc ipſe patronus aſſerat, licèt libertus neget, & conſtet ipſum eſſe patronũ, non tamen conſtet quòd ſit inſolidum. h. d. ſecundum vtranque lect. habet enim duas. Alexan.

XIII. VLPIANVS *libro viceſimoſecundo ad Edictum.*

SI duo patroni eſſent, f & libertus altero deferente iuraſſet ſe libertum eius g non eſſe, h vtrum alteri i totius debitæ patronis portionis, an verò dimidię debitæ k eis partis bonorum poſſeſſio competeret? Et ait, ſi is cui iuratum eſt, patronus fuiſſet, alteri ſuæ partis bonorum poſſeſsionem competere: l nec ei m prodeſſe, n quòd aduerſus alterum libertus iuraſſet: o multum tamẽ fidei & auctoritatis p apud iudicẽ patronum habiturum q quo magis ſolum ſe patronum probaret, quòd libertus iuraſſet alterum patronum non eſſe. C

b *Vtilis.* ſ. peti. here. quia adiecta cauſa iurauit: & idẽ in rei vind. Item in factum ex iuramẽto datur: vt ſupra ea. l. §. proinde.

c *Iuſiurãdum.* etiam ſi iuraui meam, quia aut probatur de dominio, & tunc mihi non prodeſt Publiciana quam oppono iure excep. vt ſupra de Pub. l. fin. aut non probatur: & tunc etiã ſine excep. oppoſita. ſ. de ſacramẽto vnico. Azo. Et no. ꝙ inter alios res acta, aliis non præiudicat: vt ſupra. l. proxi. & ſupra de interro. ac. l. fin. &. C. de libe. cau. l. ij. Sed arg. cõtra. in e. ti. de libe. cau. l. iubemus. [b] & infra de appel. l. à ſententia.

b] Dic quòd ibi ĩter eaſdem perſonas: hîc inter diuerſas. Bar. & Salice.

ADDIT. Dic quòd ibi pręiudicat quo ad qualequale præiudicium, nõ quo ad plenum, ſecundum. Bar.

d *IDem eſt. Velim.* ſi iurat, actio. in factũ vel peti. herere. ſecus ſi Publiciana. Accur.

e *Petendo.* ſcilicet ego.

*SI duo patroni.*] CASVS. Ego & Titius dicebamus nos habere ius patronatus in aliquo, ita ꝙ quilibet inſolidum: libertus verò cõfitebatur aliquẽ noſtrum eſſe patronum eius. Titius detulit ei iuſiurandũ: & iurauit ſe libertum eius nõ eſſe. quęro an mihi adcreſcat portio iuris quã habebat Titius in liberto, vt ita integrũ ius patronatus penes me reſideret: & dicitur quòd mihi non adcreſcit: veruntamen magna præſumptio pro me ſtat me ſolum patronum eſſe. [IVLIANVS AIT.] Qui poſt præſcriptionem à poſſeſſore factam eo deferente rem ſuam iurauerat eſſe: non ſolùm poſſidenti exceptio, ſed etiam dabitur actio: quia deferens iuſiurand. iuri ſuo & præſcriptioni videtur renuntiaſſe. Vel aliter: Si cum poſſeſſor præſcribere cœperat, eo deferente rem tuam eſſe iuraſti: & idem poſtea impleuerat præſcriptionem: præſcriptio illa non tibi pręiudicabit: quia ſicut per lit. cõteſt. perpetuatur actio, ita per iuſiurã. Vel aliter. Si ex cauſa iuriſiuran. poſſideres, potes præſcribere: & ideo ſi poſ. amiſeris poſtquã præſcripſeris, vtilis dabitur actio. Si poſſideas rẽ meam, & te deferente rem meam eſſe iuraui: ſi poſtea vſucapionem impleueris, vtilis mihi vindicatio competit, quaſi iureiurando perpetua, & vſucap. interpellata. [IDEM IVLIANVS.] Ex furto duæ dantur actiones, condictio furtiua, & act. furti. & egi contra te act. furti. detuli tibi iuramentum: & iuraſti. an ab vtraque parte libereris? Dicitur quò ſic. Tu iuraſti te furtum non commiſiſſe: poſtea deceſſiſti. res ad heredem tuum peruenerunt. cõdicam: ſed acti. furti contra eum intentare non poſſum. Vel dic ſic: Detuli furi iuramentum, & iurauit ſe furtum non feciſſe. q. d. neque conueniam condictione furtiua, neque furti: quia vtraque teneretur ſi non iuraſſet. Si ergo agam condictione furtiua, excipies de iuramento: ſi poſtea conueniam eundem non tanquam furẽ, quia iurauit ſe furem non eſſe, ſed tãquam furis heredem: vtrum condicam? Dicitur quòd ſic: nec ob. except. & cum velim probare eum furem eſſe, non ſum audiendus: de hoc prius iuraſſet: potero tamen eum probare eſſe furis heredem. [SI QVIS IVRAVERIT.] Dicebam te equum mihi vẽdidiſſe: & te deferente hoc idem iuraui. perinde eſt ac ſi mihi vẽdidiſſes: vnde pretium tibi ſoluere debeo: niſi de hoc ſit iuratum, ſcilicet quòd ſolutum ſit. Idem eſt ſi iuraui me ſocium ſuum eſſe, poſſum cum eo agere, & conueniri pro ſocio ac ſi ſocius eſſet in veritate. Idem eſt ſi iuraui me tibi ob decem, quę accepi, fundum meum obligaſſe. non D E

enim aliter fundum meum recuperabo per hypotheca. act. quàm ſi decem ſoluero: & ſi volui fundum liberare, agit creditor ex iuramento: & hoc probat per exemplum. Viuianus.

f *Si duo eſſent.* vt dicebant, libertus tamen neutrum eorum dicebat ſuũ eſſe patronũ: confitebatur tamẽ ſe cuiuſdam eſſe libertũ qui eum manumiſerat.

g *Libertum eius.* q. d. nõ negat quin alicuius ſit.

h *Nõ eſſe.* quo caſu nec operarum petitio, nec bo. poſſeſſ. competit: vt infra eo. eum qui. §. pen. Secus ſi iurauit ſe patronum aliquis. nã licèt non habeat bo. poſ. habet tamen operarum ſaltem naturalium petitionem: vt. j. de iure patro. l. ſi iurauerit. &. ſ. de in ius vocan. l. adoptiuum.

i *Alteri.* hæc dictio alteri, & hæc dictio ſibi, reddũtur ei qui nõ detulit, & tũc intellige tãtùm: & hæc dictio ei, refertur ad eum qui detulit: & ita erit pũctus ibi, ſibi debitæ portionis. Vel ſecundũ Azo. alteri, id eſt ei qui non detulit: ſibi, qui detulit: & vltimũ ei qui nõ detulit: & tũc bene eſt punctus poſt dictionẽ alteri: & ſubaudi, cõpeteret. ſ. tãtùm. ſed qualiter iſti patroni contra hunc libertum agere [c] poſſunt? Reſpon. cum videret ſe diuitem, patronos cõtemnere cœpit: & ſe non eſſe eorum libertum aſſerebat: contra quem ad ius eorum cõſeruãdum proponunt hi patroni iudicis officium: vt ar. ſupra de offi. præ. vrb. l. j. §. cum patronus.

c] Iſta eſt gl. not. ad hoc quòd libellꝰ formatur ſuper obſequiis & reuerẽtia exibẽda: de quo in ca. cũ ad monaſterium. extra de re. iu. cũ ibi plenè no. & in. c. cõquerẽte extra de offic. ordi. Bol.

k *Debitæ.* intranſitiuè, id eſt partis debitæ, quæ eſt dimidia olim, cum eſt vnus. hodie tertia. hîc ergo cũ ſint duo, dimidia dimidiæ debetur: vt inſti. de ſucceſ. lib. §. qua de cauſa. &. §. ſed noſtra.

l *Competere.* ſcilicet tantùm.

m *Ei.* ſcilicet non deferenti.

n *Prodeſſe.* vllo modo quãdo ille qui non detulit, fatetur alium fuiſſe patronum pro patre. vel ſecundo non prodeſt ad plenariã probationem, quando inſolidũ ſe dixerat patronum: vt ſubiicit. Et dic prodeſſe, quo ad bo. poſſ. petendam.

o *Iuraſſe.* vt ar. ſ. queãd. ſer. amit. l. aquam. §. fi. & diſtingue, aut à principio dicebat ſe ſolum patronum qui non detulit: quo caſu poteſt ei ſacramẽtum prodeſſe, vt ſubiicit. aut dicebat alium patronum eſſe: quo caſu nõ prodeſt. Azo. ſed videtur ſemper prodeſſe: vt. j. de bo. lib. l. cõmuni liberto. quę eſt cõtra. Sol. ibi alter patronꝰ ipſo iure patronatũ amiſit: vnde alteri adcreſcere poteſt quod omnino eſt amiſſum: hîc autẽ nõ omnino eſt amiſſum per delationem. obſtat enim tantùm exceptio. Vel ſolue vt ibi. Acc.

p *Auctoritatis.* quaſi dicat, plus creditur probationi patroni quàm liberti, propter iuramentum liberti.

q *Habiturum.* Præſumitur enim ita eſſe vt probatum eſt. vterq; enim patronorũ vindicabat hũc libertum vt ſuũ inſolidum: hic neutrius profitebatur à principio ſe libertũ: concedebat tamẽ ſe ab aliquo manumiſſum. Poſtea verò delato ſacramento ab vno, iurauit ſe non eſſe illius libertum: & confitebatur ſe alterius pro parte tantũ. Cum enim libertus confitebatur hunc eſſe patronũ, licèt pro parte tãtùm, quia alium dicit fuiſſe pro alia parte: docet de ſuo periurio. Præſumitur tamẽ quòd inſolidum ſit patronus, cũ de alio iurauit libertus quòd nõ eſſet patronus. ſed huic præſumptioni nõ ſtatur prorſus: quia & poſſet eſſe alterius: licèt non eius qui detulit: & ideo ſubiicit, quo magis, &c. q. d. etiã alia probatio eſt neceſſaria. Item no. hîc argu. quòd ex re inter alios acta qualequale præiudiciũ etiam aliis [d] generauit: vt infra de app. à ſententia. &. ſ. de inoffi. teſt. ſi ſuſpecta. &. j. de re iudi. ſæpe contingit. &. j. de Carbo. edic. l. iij. §. idem Iulianus. Sed argu. contra ſupra de his qui no. infa. l. Lucius. & ſupra eod. quia non debet.

d] Habẽtibꝰ iura cõnexa cũ illo cum quo eſt res acta. Alc. & Ia.

ADDI-

ADDITIO. Ibi non præiudicat quo ad plenum : ſed bene quo ad qualequale : vt hîc Bar. & Salice.

a *Præſcriptionem.* vel poſt completam à poſſidēte. & ſic determinat præcedentia. vel nondum inceptam. [a] vel cœptam quidem, ſed nondum perfectam : quia perpetuatur actio iuriſiurandi: vt s̃. eod. nam poſtea. §. ſi is. & infra eod. qui iuraſſe. in fin. §. Io. & his duobus caſibus determinat ſequentia.

a] Iſta ſecunda lectura nō congruit literæ, ſecundum Alex. & Ia.

Hic. §. legitur duobus modis in glo. ſecundū primam lec. hoc dicit. Etiam ei qui ante præſcripſerat, ex iuramento competit actio vtilis. hoc dicit. Vel ſecundum ſecundam, Poſt iuramentum præſcriptio nō impedit actionem vtilem. Vel tertiò extra glo. Etiam ille qui iurauit, poteſt præſcribere : & ex præſcriptione ſibi actionem adquirere. Bartolus.

Iulianus ait, eum qui iurauit fundum ſuum eſſe poſt longi temporis præſcriptionem, [a] * etiam vtilē actionem [b] habere debere.

Quādo iuratur ſuper facto, tollitur omnis actio quæ poteſt oriri ex alio facto. Item iudex non debet admittere impertinentes articulos. Bartolus.

Idem Iulianus ſcribit, eum qui iurauit furtū ſe non feciſſe, videri de toto iuraſſe; atq; ideo neq; furti neq; condictitia [c] tenetur: quia condictitia, inquit, ſolus fur tenetur. Nunquid [d] ergo qui iurauit ſe furtū nō feciſſe, hoc ſolo nomine cōdictione ſi cōueniatur, exceptione vtetur? [e] Cæterùm ſi contendat qui cōdicit, quaſi cū herede [f] ſe furis agere, nō debet repelli. & quaſi [g] μονομερὴς † cōdictio dari debet aduerſus furis heredē: [h] nec pati eum iudex debet ſi cœperit tentare probare [i] furem.

Ex iuramento præſtito firmiter datur actio vtilis ex eo contractu cuius forma continet iuramentum. Bartolus.

Si quis iurauerit vendidiſſe me ei rem centū, ex empto agere poterit vt ei cætera præſtentur, id eſt res tradatur, [k] & de euictione caueatur. An tamen ad pretium cōſequendum ex vendito cōueniri poſſit, videndum. Et ſi quidem & de hoc ipſo iuratum eſt [l] quòd pretium ſolutū eſt, nulla pro pretio actio ſupereſt. Si verò hoc non fuerit iuratum, tunc conſequens eſt de pretio eum teneri. [m] Idem

b *Actionem.* in rem ſcilicet, & nihilominus in factum: vt s̃. eo. nam poſtea. §. fin. in princi. quia vtraque datur ex æquitate. Accurſius.

c *Condictitia.* Imò ab actione furti tātùm videtur abſolutus : vt. j̃. de cōdic. fur. ſi pro fure. j. reſpon. quę eſt cōtra. Solu. hîc per exceptionem : ibi ipſo iure dicit non tolli condictionem. Vel ibi fuerat actum tantùm actione furti, non condictione furtiua : arg. C. de trāſact. ſi de certa re. Nam & ſi iurauit ſe non teneri furti actione, poſſet teneri condictione furtiua: quia furti ſucceſſit. hoc tamen videtur impugnari ex eo quòd ibi dicit damnū deciſum : ſed certè in actione furti habetur ratio damni. Sed tu dic ſecundum Ioan. quòd hîc fuit iuratum, per quod negatur furtum factum : ibi de tranſactione, per quam videtur confeſſatum : vt ſupra de iis qui not. infam. l. quoniam. Item adhuc contra infra de furt. ſi quis vxori. §. ſi quis iurauerit. Sol. ibi quaſi cum herede agitur cōdictione furtiua. Vel dic quòd non furti vel furtiua condictione agitur: ſed rei vindi.

* Id eſt poſt quam aduerſario quæſita eſt longi tēporis præſcriptio.

† i. nō diſiūctiua. aio te furē vel furis heredē. Perperā Alciat. Haloā der & Ant. Aug. libr. 4. emend. c. 6. interpretantur ſine exceptione, aut pemptoriè, tam hîc quā in l. vltim. j. ad Trebel.

d *Nunquid.* reaſſumit eandē quæſtionē quā iam ſoluit. Accurſius.

e *Vtetur.* reſpon. vtique, vt. s̃. dictum eſt.

f *Cum herede.* cum Titium dixi furem : nunc dico eum heredē furis, ſcilicet Seij. & dicit ꝙ poſſum. Accurſius.

g *Et quaſi.* Hæc eſt Græci interpretatio, ſingularis vnius partis. & eſt ſenſus, quia condictio furtiua habet duas partes. Vna, vt contra furem detur : & hæc non datur hîc. Alia contra furis heredem : & hæc datur hîc. Et ſic ratione ſingularis partis datur : ratione alterius non.

h *Heredem.* reſpon. vtique, vt ſupra dictum eſt.

i *Probare.* Not. arg. quòd teſtes non ſunt niſi ſuper certo articulo ſuper quo producti ſunt, interrogandi: vt dixi ſupra de pet. here. ſi quis liber. §. fin. in fin.

Teſtes nō niſi ſuper quo producūtur, interrogādi ſunt.

k *Res tradatur.* hęc enim veniūt in hac actione: vt. j̃. de act. emp. l. ex empto. in prin. aliàs ad intereſſe agitur: vt. j̃. de act. empt. l. j.

l *Iuratum eſt.* me deferente.

m *Teneri.* Nota mirabile, ſacramentum vim pacti obligatorij habere: vt. C. eo. actori. ſic & infra de lib. cau. l. fi. §. fi. & . j̃. de ope.

Sacramentū vim pacti obligatorij habet.

A lib. vt iure. Item no. etiam contra eum qui iurauit, actionem dari: vt infra proxi. reſpon. & ſic eſt contra infra de except. rei iudi. l. euidenter. Solu. hoc contingit propter perplexitatem, id eſt connexitatem. & idem in ſeq. Accurſius.

n *Soluerit.* Not. offerri debere : vt. j̃. de actio. empt. l. Iulianus. §. offerri. & . j̃. de pigne. act. l. ſi rem alienam. §. omnis. Sic ergo videtur deterioris cōditionis qui iurauit ſe obligaſſe pro. x. quàm ſi in veritate obligaſſet : in quo caſu teneretur ꝓbare creditor ſe numeraſſe: vt. C. de nō num. pecu. l. j. ſed nō eſt ita. Diſtingue ergo : quia aut iurauit ſe obligaſſe pro. x in quo caſu probabit creditor ſe numeraſſe. an etiam iurauit ſe obligaſſe pro. x. quæ accepit : & tunc conuenitur ex ſuo iuramento: & ita hic.

dicemus & ſi quis ſocietatem feciſſe iurauerit. nam & is pro ſocio poterit conueniri.

Quando iuratur ſuper contractu, competit vtilis ex eo contractu tunc quando competeret ſi verè cōtractus interceſſiſſet. Bart.

B Marcellus etiam ſcribit, ſi quis iurauerit ob decē pignori dediſſe fundū, non aliàs eum pigneratitia agere poſſe, quàm ſi decem ſoluerit. [n] Sed & illud adiicit, fortaſſis eum etiā in decem ex iureiurādo ſuo poſſe cōueniri. [o] quod magis probat. cui Quintus Saturninus cōſentit : argumentóq; vtitur eius qui iurauit [p] eā quæ vxor ſua fuerit, rem ſibi in dotē dediſſe. nam & hîc [q] vxori ait vtilē de dote actionem dandā. [r] Quæ non eſſe extra æquitatem poſita nō negauerim.

C Qui iurando per principem peierat, fuſtibus caſtigetur. Bart.

Si quis iurauerit in re pecuniaria per genium [ſ] principis dare ſe nō oportere, & peierauerit : * vel dari ſibi oportere : vel intra certum tempus iurauerit ſe ſoluturum, nec ſoluit : imperator noſter cum patre reſcripſit, fuſtibus eum caſtigandum dimittere : † & ita ei ſuperdici, [t] * προπετῶς μὴ ὄμνυε [id eſt petulanter ne iurato.] †

Iuramentum veritatis parenti vel patrono non remittitur. Bart.

D XIIII. PAVLVS *libro tertio ad Edictum.*

QVotiens propter rem [u] iuratur, nec parenti nec patrono remittitur iuſiurandum. Propter rem autem iuſiurandum exigitur, veluti de pecunia credita cum iurat actor ſibi dari oportere, vel reus ſe dare non oportere. Idem eſt cum de pecunia conſtituta iuſiurandum exigitur.

Egregiæ perſonæ vel morbo impeditæ coram iudice ad iurādum venire non compelluntur. Alex.

E XV. IDEM *libro ſexto ad Edictum.*

o *Conueniri.* actione in factum, cum informiter ſit iuratum quantū ad. x. de quibus non eſt dictum qua de cauſa debeantur.

p *Iurauit.* ante finitū matrimonium. Accur.

q *Nam & hic.* id eſt hoc caſu. Et not. hîc quod pro te admittis, & contra te debes admittere : vt. s̃. proxi. §. & . s̃. ſi cer. pet. l. cū fundus. §. j. Item no. ꝙ alterius iuſiurandū alteri prodeſt : vt hîc, & . s̃. proxi. §. & ſic eſt cōtra. s̃. eod. l. iij. §. ſed an iuſiurandum. Sol. vt ibi.

* De pœna periurij Cic. lib. 3 off. ī fi. & Gel. lib 7. noct. Att. ca. 18.

† caſtigatum dimitti.

* voce ſcilicet pręconis. perperā quidā hūc locū accipiunt de titulo ſcripto vt Alc. li. 4. Diſp. ca. 2.

† Hoc eſt, memēto ne aliàs peieres, ſeu, ne peierato.

r *Dandam.* ſi ſolutum eſt matrimonium.

ſ *Per genium.* Genius dicitur deus principis, qui ingentem, id eſt magnam ſuam potentiam exercet.

t *Superdici.* Expone Græcū, id eſt importunè noli iurare. & ſic no. hūc puniri. Sed cōtra. C. eo. l. ij. in fi. Sol. ibi iurauit per calorē: hîc nō. [b] Vel ibi nō tenetur ordinaria pœna ſ. crimine lęſæ maieſtatis: hîc autē caſtigatur. Itē hîc quādo per imperatorē iurauit. ſi autem per deum, maiorē & duriorē habet vltorem: vt. C. eo. l. ij. Acc.

b] ſed conſultò & mala mēte. Cuiac. li. 8. obſ. cap. 7.

QVotiens.] CASVS. Libertus dicebat ſe. x. ſoluiſſe patrono. hoc negabat patronus. detulit iuſiurandū. patronus voluit quòd ſibi remitteretur iuſiurandum. an audiri debeat? Dicitur quòd non. Idem eſt ſi de pecunia inter eos erat controuerſia : vt quia libertus dicebat patronū conſtituiſſe ſe ei ſoluturum. Viui.

u *Quotiens propter rem.* id eſt propter veritatem: vel ſic eſſe vel nō eſſe: vt hîc ſubiicit. ſic ponitur. j̃. ad leg. Cor. de fal. l. j. §. qui in rationibus. Sed ſacramētum calumniæ eſt de credulitate : vt. C. de iur. calum. l. ij. §. ſinautem. & hoc ſacramentum calumniæ olim remittebatur. quod dic: vt. j̃. eo. iuſiurandum. §. qui iuſiurādum.

AD perſonas.] CASVS. Ego cōtra aliquem epiſcopum, vel aliquem valetudine defectū, volui vt cōpareret: vt ibi iuraret. Dicit quòd iudex debet mittere ad domum ſuam, vt iuret. Viui.

UNED

AD perſonas egregias, [a] eóſq; qui valetudine impediũtur, domũ [b] mitti oportet ad iurandũ.

Non cogitur quis iurare ſuper actione quæ contra eum proponi non poteſt: & patrono remittitur iuramentum calumniæ. Bart.

XVI. VLPIANVS *libro decimo ad Edictum.*

B SI patronus * libertam ſuam vxorem duxerit, non compelletur [c] iurare de rerum amotarum iudicio. [d] Sed & ſi ipſe deferat iuſiurandum libertæ ſuæ, de calumnia non debet iurare. [e]

Iuramentum cõuentionale non poteſt referri. Bartolus.

XVII. PAVLVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

IVſiurandum quod ex conuentione extra iudicium defertur, referri non poteſt. [f]

C Qui non poteſt alienare, non poteſt iuramentum deferre. Alex.

Pupillus [g] tutore auctore iuſiurandum deferre debet. [h] quod ſi ſine tutore auctore detulerit, exceptio quidem obſtabit, [i] ſed replicabitur: quia rerũ adminiſtrandarum ius ei non competit. [k] Si tutor qui tutelam gerit, [l] aut curator furioſi prodigíve iuſiurandum detulerit, ratum id haberi debet. [m] Nam & alienare res, [n] & ſolui eis poteſt: & agendo rem in iudicium deducunt.

Procurator poteſt iuramentum deferre, ſi habet generale cum libera, vel ſpeciale mandatũ: vel eſt in rem ſuã. aliàs ſecus, etiã ſi caueret de rato, propter dubiũ de mãdato. h. d. iſte. §. cum duabus. ll. ſeq. Diuiditur in quatuor partes. Primò ponit vnũ dictum de procuratore habente mandatum. Secundò ponit aliud quãdo de mãdato dubitatur. Tertiò ponit rationẽ ſecundi dicti. Quartò ponit rationem primi. Secunda ibi, nec multum. Tertia ibi, ſiue enim. Quarta ibi, ſi itaque. Bartolus.

Procurator [o] quoque quod detulit, ratum habendũ eſt: ſcilicet ſi aut vniuerſorum [p] bonorum adminiſtrationem ſuſtinet: aut ſi idipſum nominatim [q] † mãdatum ſit: aut ſi in rem ſuã procurator ſit.

C XVIII. VLPIANVS *libro viceſimoſexto ad Edictum.*

ALiàs [r] autem procuratorem deferentem iuſiurandũ non eſſe audiendũ Iulianus libro decimo digeſtorũ ſcribit: nec * poſtea [ſ] reus qui ſemel iurauit, à domino conueniatur. Nec multum ei proficere, ſi fuerit ei de rato cautum. Siue enim dominus petat, [t] cogetur [u] docere reus liquido [x] † ſe iuraſſe, poſita ſcilicet exceptione. [y] Siue ex ſtipulatione

a *Ad perſonas egregias.* vt ad epiſcopos: vt. C. de epiſ. & cleri. authen. ſed iudex. Idem de domina. aliàs qui contra fecerit, capite A puniatur: vt. C. de offic. di. iudi. l. j. Idem & de ſenibus: vt in authen. de here. & Fal. §. hinc nobis. in fi. colla. j. Idem de legũ doctoribus, & de eorum familia: [a] & ſimilibus quibus ſimilis reuerentia exhibetur: vt C. de profeſ. & me. l. medicos. Accurſius.

a] Bal. dicit iſtã glo. fore ſing. ad hoc, quòd familii gaudet eiſdem priuilegiis quibus gaudet dominus familię. concord. glo. in. l. reſtituẽdæ. C. de aduo. diuer. iud. glo. in. l. 2. C. de epi. & cler. & glo. in c. nullus. de foro compet. Bolog.

* coniunge l. patronus. de re iudic. cum aliis.

b *Domum.* ex hoc patet quòd per ſe debent iurare. Sed huic. l. eſt contra. argu. C. de epiſcop. & cleri. l. iubemus. §. fi. Accur.

S*I patronus.*] CASVS. Patronus duxerat libertam ſuam in vxorem: & celebrato inter eos diuortio, inſtituit liberta contra patronum actionem rerum amotarum. detulit ei iuſiurandum: an debeat iurare cõpelli? Dicitur quòd non. Sed pone: patronus in cõſimili cauſa libertæ iuſiurandum detulit: & ipſa vult quòd patronus iuret de calumnia, ſcilicet quòd non calumnioſè detulit iuramentum. an patronus iurare debeat? Dicitur quòd non. Viuianus.

c *Non compelletur.* patronus conuentus ſoluto matrimonio.

d *Iudicio.* vxor eadémque liberta cum conueniret actione rerum amotarũ maritũ quondam eundémq; patronum, & ei deferat iuramentum, non iurat patronus: quia actio malè inſtituitur, cum ſit famoſa: vt infra de obſequiis. l. honori. & l. parens. ſed ſecus in alio hac actione conuento, qui iurare cogitur: vt infra rerum amo. l. Marcellus. §. j.

e *Iurare.* quia hoc iuramentum & parenti & patrono ſecundum hanc legem remittitur: vt infra eo. l. iuſiurandum. §. qui iuſiurandum. & infra de obſequiis. l. licet.

I*Vſiurandum.*] CASVS. Detuliſti mihi iuſiurandũ voluntarium. & ego dico tibi ꝙ debeas iurare. Dicitur ꝙ non teneris, &c. [PVPILLVS.] Pupillus egit cõtra me. detulit mihi iuſiurandũ: videlicet delatione facta tutoris auctoritate: & ſi ſine tutoris auctoritate detulit mihi iuſiurãdũ, ſi poſtea agat, obſtabit ei excep. ſed replicabitur: quia nõ habuit poteſtatẽ adminiſtrãdi res ſuas: & ita deferenti iuramentũ actio non datur. [SI TVTOR.] Iuſiurandũ delatũ auctoritate tutoris, ſeruandũ eſt. idẽ in curatore. [PROCVRATOR.] Ita cõtinuatur cum. l. ſeq. ꝙ procurator in tribus caſibus poteſt deferre iuramentũ, ſi habeat liberam & generalem adminiſtrationẽ. Idem ſi habeat ſpeciale mandatum vt deferat. Idem ſi ſit procurator in rem ſuã: qui ſi aliis caſibus deferat, nõ audietur qui detulit & iurat, & nõ ideo domino præiudicatur. Et ad hoc ꝙ bene intelligas, nota ꝙ tacitè reſpon. iuriſconſul. dubitationi: quia videtur ꝙ ſit contra ius cõmune, ſcilicet ſi procurator cauerit de rato: quia ſi dominus venerit contra iuramentũ delatum à procuratore, & cœperit agere contra eum qui iurauit: dicet ille procuratori: volo te cõuenire de rato. Et ad hanc obiectionẽ reſpondetur in litera, quòd neq; ei prodeſt iſta cautio: quia ſi dominus venerit contra iuramentum delatum à procuratore, & cœperit agere contra illum qui iurauit: dicit ille procuratori, volo te cõuenire de rato: dicit procurator quòd nõ potes: quia aut ſuccubuiſti contra dominum meum, aut non. ſi non, non debes me cõuenire: quia nihil tibi obeſt. ſi ſuccubuiſti: aut iuſtè, aut iniuſtè. ſi iniuſtè, hoc nõ eſt mihi imputãdũ: vt. j. de euic. l. ſi per imprudentiam. §. cum autem. ſi iuſte: ergo decepiſti me falſum iurando. Et hoc dico vſque ad. l. illam, ſi ſeruus. & illa eſt plana, & continuatur cum duabus legibus ſequentibus, &c.

f *Non poteſt.* vt cogatur ſubire is cui defertur, vel ſuccumbere. Item nec is cui defertur, cogitur ſuſcipere. [b] ſecus in iudiciali & neceſſario: vt infra eo. l. manifeſtæ. & infra titu. j. l. fina.

b] Niſi iam eſſet conuentũ inter partes. Salic. Ful. Alex. & Laſ.

g *Pupillus.* capax doli. in alio ſecus. Azo.

h *Debet.* & in iudicio: vt. j. quarum re. ac. nõ da. l. j. §. j. & dic vt ibi. ſed & tunc reſtituitur: vt. C. ſi tutor vel cura. l. ij. ſed ipſi pupillo nõ defertur: vt. j. eo. iuſiurandũ. §. pupillo. ſi tamen iurat, ſeruatur: vt j. eod. l. qui iuraſſe. ſed cum ſacramẽtum vicẽ ſolutionis obtineat: vt j. e. l. iuſiurandũ. & ſolutio corã iudice & tutore facta pariat pleniſſimã ſecuritatẽ: vt. C. de admi. tuto. l. ſancimus. &. ſ. de mi. l. ait prætor. §. j. quare & ſacramentũ nõ idem facit? Reſpõ. quia nõ per omnia eſt idẽ quod ſolutio. nam nec liberat omnino: imò remanet ciuilis: vt. j. de ſol. Stichũ. §. naturalis. ſed per ſolutionẽ omnis tollitur obligatio: vt inſtit. quibus mo. tol. obli. in prin. Nã & ſentẽtia abſolutoria pro veritate accipitur, & pro ſolutione: & tamẽ ſoluens abſolutus nõ repetit: vt. j. de condic. inde. l. Iulianus. Vel dic quòd potuit deferri in iudicio etiã ſine auctoritate iudicis. Et hæc eadẽ dicas in adulto habente curatorẽ: vt. C. de in integ. reſtit. mi. l. iij.

† Concor. glo. ſuper verb. ſpeciali. in. c. nonnulli. §. cum autem. extra de iureiurã. poſt prin. glo.

* ne.

† Liquidò, id eſt verè, nõ autẽ manifeſtè, vt male Acc. quæ locutio hinc manauit, quòd veteres nihil vt verum affirmare auderent iurati præſertim, niſi quod liquidũ. i. clarũ certũque eſſet. Cice. in Acad. quæſtio. & pro Fonteio ita locutus eſt. & lib. 6. in Verrẽ, Confirmare hoc liquido & c. Duar. 1. diſput. ca. 2.

i *Obſtabit.* Imò nõ vi-D detur obſtare: ſed ipſo iure defendi: vt. j. qua. re. ac. nõ. da. l. j. §. j. quæ eſt contra. Sol. non ob. excep. vt ibi dicit: quia datur replicatio, vt hîc, iure cõmuni etiam ſine aliqua reſtitutione petita. licet ſecus ſit in adulto etiam curatorem habente, ſecundũ Io. vt not. ſ. eo. nam poſtea. §. ſi minor. ſic & in confeſſione pupilli auctoritatẽ tutoris exigimus: vt. j. de cõfeſ. l. certũ. §. in pupillo. Acc.

k *Non competit.* ſic ergo not. bonũ arg. in omnibus cõtractibus quos ineunt hi qui non iure ſunt electi: vnde omnia caſſantur: vt hîc, &. C. de ſacroſanct. eccleſ. decernimus. &. j. de re. eo. qui ſub tut. l. qui neque. Sed arg. contra. ſ. de offi. præto. l. Barbarius. Si verò tenuit ab initio inſtitutio, ſed poſtea aliquo caſu caſſatur, ſecus: vt. j. de bo. auct. iudi. poſ: ſi non expedierit. §. j.

l *Tutelam gerit.* idem & ſi non gerat: ſi tamen non eſt interdicta adminiſtratio: vt. j. de acquir. here. l. pupillum.

m *Debet.* vt. j. eo. tutor. j. reſpon. Accurſius.

n *Alienare res.* vt. C. de admini tut. l. non omni. & omnia facere poſſunt vt domini: vt infra de admi. tut. l. tutor qui. & infra pro empt. l. qui fundum. §. ſi tutor.

o *Procurator.* actoris.

p *Vniuerſorum.* cum libera. alioquin contra: vt. ſ. de procur. l. procurator cui. & l. procurator totorum.

q *Nominatim.* id eſt vt deferat, ſicut & defenſor municipij: vt. j. eo. iuſiurandũ. §. defenſor. Et iiſdẽ tribus caſibus quibus defert, vt hîc dicit, poteſt & paciſci: vt. ſ. de pac. l. nam & nocere. Acc.

r A*Liàs.* id eſt ſi non ſit aliquis articulus de prædictis tribus.

ſ *Ne poſtea.* id eſt vt non poſtea.

t *Petat.* & probet deberi ſibi pecuniam.

u *Cogetur.* ſi vult abſolui.

x *Liquidò.* id eſt apertè, ſcilicet quòd non debeat.

y *Exceptione.* ſ. à reo iuriſiurãdi cõtra actorẽ, ſecũdũ quoſdã. Imò nõ iuriſiurãdi: quia omnino domino nõ. ob. ſed pacti fortè ſibi facti, vel rei iudi. vel metus, vel ſimilis, ſecundũ Azo. Vel expone

ſecundum

ſecūdū Io.exceptione.i.replicatione.Si enim cōtra eū reus de ſacramēto excipiat,replicabit dominꝰ:mihi pręiudicare nō potuit.
a *Agat*.contra procuratorem : quod eſt quando condemnatus eſt iuſtè vel iniuſtè.Accurſius.
b *Docere*.Ad hāc doctrinā ſic peruenitur:quia agēte reo ex ſtipulatione de rato,dicet ꝓcurator, aut ſuccubuit dominꝰ:&ſic nō potes agere niſi ad expenſas: quia nō plꝰ intereſt ſua vt hîc ibi, ſiue enī, &c. &.ff.rē ra.ha.l.ſi ſine.§. Marcellꝰ.aut obtinuit, & iniuſtè cōtra eum:& tūc idē:vt ea.l.§.cū autē.aut iuſtè vicit dominus reū:& ſic es periurus:& ſic nō potes[a] allegare tuā turpitudinē: vt.C. de trāſac.l. trāſactio. aut adhuc iudicatū nō eſt:& ſic ſtipulatio nō cōmittit̃, vt videt̃. ſed certè in primo caſu quādo ſuccubuit dominus,videt̃ ꝙ poſſit agi in totū ac ſi viciſſet:vt.ĩ.rē ra.ha.l. procurator ad exhibendū. §. j. Sed dic ꝙ ibi nunquā habuerat mādatū: ſed in.§.Marcellus.habuerat mādatū: ſed ꝓpter dubium ſatiſdedit de rato.Itē ſi dicas ꝙ in tertio caſu.ſ.quādo iuſtè fuiſti dānatus ꝙ nō agas, obſtat quod hîc in fi.dicitur.ſ. poſſe agi ex ſtipulatione de rato. ad quod aliquādo dixit [b] Azo ꝙ nō poſſit agi ad ipſam ſortē cōdemnationis ſuper qua fuit iuratū & periuratū, ꝙ apparet, quia domino poſtea agēte fuit condēnatus: ſed ad vſuras in quibus fuit cōdēnatus domino per offi.iudi.& ad vſuras quas ſoluit domino poſt quadrimeſtre tempus, quę non erāt in obligatione tēpore iuramēti: & ſic nō periurauit. quia tamen occaſione cōdemnationis præſtantur:nec aliàs deberentur (quæ condemnatio iuſta præſumitur) videtur per obliquum de ſuo periurio docere petendo dictas vſuras. Et ſecundum hoc quod dicit,nec multū,&c.bene dicit:quia non ad ſortē,ſed ad dictas acceſſiones agit.vel nec multū, &c. quia plus grauatur opinio ſua,q̃ valeāt dictę acceſſiones,ſed poſtea idē Azo mutauit cōſiliū, & bene,vt ad ipſam ſortē cōdēnationis agere poſſis,licèt directò aſſeras dę periurio.& hoc dicit hic in fine. Nec poteſt procurator obiicere ei turpitudinē iuriſiurādi,cū ipſe ei detulerit: vt ĩ.eo.l.qui iuraſſe.in prin.Sed ſecundū hoc nō parum, ſed multū proficit ſtipulatio de rato:ſed reſpectu infamiæ parū:vt.ĩ.de reg. iur.l.ſi in duabus.In quarto quæro,quādo ſtipulatio de rato cōmittatur.Dicunt quidā,lit.cōteſt.à domino:vt. ĩ. rem ra.ha.amplius.Sed Azo dicit ſtatim cum nō habetur ratū, & in totū committitur quod procurator petierat, quicquid de iudicio poſtea cōtingat,etiā ſi dominus nō procedat,vel ſuccūbat,ſi tamē poſtea ratū habeat,obiiceretur exceptio à procuratore: vt. ĩ. rem ra. ha.l.quo enim.§.j.&.ſ̃.ſi quis cau.l.qui autē.§.illud. quod poteſt dici in eo qui nunquā habuit mandatū.alioquin non cōmittitur niſi in intereſſe:tamē & ſi ſit ſentētia lata contra dominū vel pro eo iniuſtè,nō agatur niſi ad expenſas: vt.ſ̃.dictū eſt:quas euitare nō potuit reus,ſiue iuſtè,ſiue iniuſtè cōueniatur à domino:in caſu tamē non cōmittitur niſi poſt ſententiā:vt.ĩ.rē ra.ha.l.procurator.§.fi.At illa ſtipulatio amplius non peti,demum lit.conteſt. A committitur:vt infra rem ra.hab.l.amplius.Accurſius.
c *SI itaque mādatum fuit*.Et ſic non nocet domino iuramentū: & procurator tranſgreſſus fuit fines mādati:qui fines ſunt diligenter cuſtodiendi: vt infra mand.l.diligenter.in princip. Accurſius.

a] Imò poteſt:vt.ĩ.dicetur.Ale.

b] Et malè, Alexan.

* Vulg. incipit, Quanto magis.

Stipulatio de rato, quādo committatur.

de rato agat, [a] neceſſe habebit ipſe de periurio ſuo docere. [b]

XIX. IDEM *libro vicenſimoſexto ad Edictum.*

SI itaque mādatum fuit [c] procuratori vt petat,ille iuſiurandū detulit:aliud fecit quàm quod mandatum eſt.

Seruus & filiusfamilias aduerſario deferente iurantes, actionē & B exceptionē patri & domino quærunt etiā extra cauſam peculiarē. ipſi verò ſi deferāt, nocēt patri & domino in cauſa peculiari, in qua liberā adminiſtrationē habēt.h.d. vſque ad.l.qui iuraſſe.Alex.

XX. PAVLVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

SEruus quod detulit vel iurauit,ſeruetur,ſi peculij adminiſtrationem habuit: [d]

XXI. GAIVS *libro quinto ad Edictum Prouinciale.*

HVic enim [e] ſolui quoq; rectè poteſt:& nouandæ obligationis ius habuit. [f] C

XXII. PAVLVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

QVidā & de peculio [g] actionem dandā in dominum, ſi actori detulerit ſeruus iuſiurandū. Eadē de filiofamilias dicēda ſunt.

XXIII. VLPIANVS *libro vicenmoſexto ad Edictum.*

SI ſeruus iurauerit dominū dare non oportere,exceptio domino indulgenda eſt: [h] ſibíq; aduerſarius imputabit,qui ſeruo detulit iuſiurandum. D

XXIIII. PAVLVS *libro vicenſimooctauo ad Edictum.*

MVlto * magis [i] proderit patri religio filij, cum quo [k] etiam iudicium conſiſtere poteſt. ipſi autē referentes, [l] conditionē eorum quibus ſubiecti ſunt, non faciunt deteriorem. [m]

XXV. VLPIANVS *libro vicenſimoſexto ad Edictum.*

SEd & ſi ſeruus [n] meus delato vel relato ei iureiurando iurauit rē domini eſſe, [o] vel ei dari oportere,puto dādam mihi actionē, vel pacti exceptionē, propter religionem & conuentionem.

Iuramentū etiam pupilli & mulieris tuendum eſt quo ad cōmodum iurantis:& in pupillo non cadit periurium.Alex.

XXVI. PAVLVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

QVi iuraſſe † dicitur, nihil refert cuius ſexus ætatíſve ſit. omni enim modo [p] cuſtodiri debet iuſiurandū aduerſus eū qui cōtentus eo cū deferret fuit: quāuis C pupillus non videatur [q] peierare, quia ſciens * fallere non videatur.

Pater poteſt iurare ad cōmodū filij,adeo quòd prodeſt filio: & in cōſequentiā ſibi in actione de peculio, ſi iurauit ſuper obligatione filij,quę erat principalis.ſecus ſi ſuper acceſſoria obligatione ipſiꝰ patris.tunc enim ſibi ſoli iurāti prodeſt.Alex.

Si pater filiū dare non oportere iurauerit:Caſſius reſpondit,& patri [r] & filio [ſ] dādā exceptionē iuriſiurādi. Si pater iurauerit in pe D culio nihil eſſe,filius cōueniri poterit.ſed & pater ita cōuenietur,vt poſt adquiſiti [t] peculij ratio habeatur.

Iuramentum habet de natura

d *SEruus.Habuit*. & ſic iure peculiari detulit.aliàs ſecꝰ: vt.ĩ. eo.quanto magis.in fine. Vel dic habet liberam,ibi non.Accur.
e *HVic enim*. mala ratio: ſed quæ ſequit̃,& nouādæ,&c. eſt bona:vt.ĩ.de noua. l.nō ideo quę eſt cōtra.
f *Habuit*. vt. ĩ. de noua.l.fi.j.reſpon. & arg. contra.ſ̃.titu.j.l. rogaſti.§.fi.Accur.
g *QVidā & de peculio*.Sed cōtra. ĩ. de pecu. l. depoſiti nomine.§.ſi filius. Sol. hîc habet adminiſtrationē peculij : ibi non. Vel hîc extra iudiciū detulit, vnde de peculio dominus tenet̃ : ibi in iudicio: vbi.i.in quo iudicio ſeruus intereſſe nō poteſt:vt.ĩ.l.quanto magis.Accur.
h *SI ſeruus indulgenda eſt*. vt ſupra.l. ſeruus quod detulit.
i *QVāto magis*.q.d. quanto plus proderit patri, &c. Vel quanto magis.i.multo magis.Accurſius.
k *Cū quo*.ſ.filio:vt.ſ̃.de iudi.l.tā ex cōtractibꝰ. &.l.ſi lōgius.§.j.ſed nō cū ſeruo:vt.ĩ.de pecu. l.iij.§.idē ſcribit.Acc.
l *Deferentes*.ſ.filius vel ſeruus.Accur.
m *Deteriorem*. vt. C.e. l.nec filiꝰ.&.C. de pac. l.ſeruus.&.l. filiꝰ. &.ĩ. de acquir. here. is qui. §.fin.Sed contra ſupra eo.ſeruus.Sol.vt ibi.
n *SEd & ſi ſeruus*. Lex iſta tam in actione quàm in exceptione loquitur : & ideo differt ab illa ſupra ſi ſeruus.quæ in exceptione tantum loquitur.
o *Rem domini eſſe*.quam dominus poſſidet.

† Bal. dicit iſtum textū nota. ad hoc quòd ſi detuli iuramētū alicui inhabili, qui iurat,non poſſum poſtea opponere de eius inhabilitate. Bol.

* Hæc verba ſunt ex veteris iuriſiurandi formula. Cic.4. Acad.Plau. in Aulular.

*QVi iuraſſe.*] CASVS. Detuli pupillo iuramentū:iurauit.nunquid valet?Reſpō.ꝙ à quocūq; iuretur, cuiuſcunq; ſexus vel ætatis fuerit,ſatisfactum eſt ei qui detulit:& hoc ſiue verū ſit iuramentū,ſiue falſum.Nec obſtat quòd pupillus falſum iurauerat:quia nō nouit fallere,vt ſubiicit:quāuis,&c. [SI PATER.] E Conuentus fuit pater de peculio:& licèt iurauit nil eſſe in peculio,filius nihilo minus cōuenietur ex cōtractu ſuo:& pater poſtea de peculio quæſito conuenietur,vel tenebitur.Viuianus.
p *Omni enim modo*.i.ſiue verū ſit,ſiue falſum qđ quis iurauit:quāuis pupillus verū ſemper videatur iuraſſe:& ſic aduerſat̃ quāuis.
q *Nō videatur*.i.prę ſumit̃ ꝙ nō peieret:quia non videt̃ ſciēs ſiue ſciēter fallere,cū nil ſciat,fictione iuris:vt hîc,&.ĩ.de acqui. he.l. pupillꝰ.&.ĩ.de iur.& fa.igno.l.fi.&.ĩ.de ver. obli. ꝙ dicit̃ patrē. &.ĩ.ad leg.Cor.de fal.impuberē.&.C.de fal.mone.l.j.In caſu tamē pupillꝰ etiā de iuramēto obligat̃:vt ſi pupillꝰ manumiſſus iurat pręſtare operas ſuas.nā pubes factꝰ cōuenit̃:vt.ĩ.de li.cau.l.fi.
r *Et patri*.circa peculium.
ſ *Filio*.in totū.Et dic ſi vt ꝓ filio iurauit,vtilis exceptio acquiritur:ſi vt heredi futuro,directa:ſi vt extraneo, nullā exceptionem acquirit:vt.ſ̃.de pac.& heredi.§.nos autem.&.l.ſi tibi.§.pe. Acc.
t *Adquiſiti*.Sed opponit̃,nōne quęret iudex vel actor, aut cœ-

UNED

nouationis, delegationis, cōſtitutionis, ſeu iudicij & ſolutionis. hoc dicit cum.l.ſeq.

Iuriſiurādi conditio ex numero eſſe poteſt videri nouādi, delegādive:quia proficiſcitur [a] ex conuētione: quamuis [b] habeat & inſtar iudicij. [c] *

XXVII. GAIVS *libro quinto ad Edictum Prouinciale.*

IVſiurandum etiā loco ſolutionis cedit. [d]

Delatio iuriſiurādi facta ab vno ex duobus reis credendi, nocet alteri. Alex.

XXVIII. PAVLVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

IN duobus reis ſtipulandi [e] ab altero delatum iuſiurandum etiam alteri nocebit. [f]

Iuramētū rei prodeſt indiſtinctè fideiuſſori:ſed iuramētū fideiuſſoris prodeſt reo quādo fuit conceptū in rē, ſeu ſuper obligatione rei principalis. ſecus ſi in perſona ipſius fideiuſſoris: & iuramētū fideiuſſoris de iudicio ſiſti, prodeſt principali, ſi agēdo contra principalē veniretur contra iuramentū.

h.d.vſque ad.§.ex duobus. Alex.

Quod reus iurauit, etiam fideiuſſori proficit. A fideiuſſore exactum iuſiurandum, prodeſſe etiā reo [g] Caſſius & Iulianus aiunt. Nam quia in locum ſolutionis [h] ſuccedit, hîc quoque eodem loco habēdum eſt:ſi modò ideo interpoſitum eſt iuſiurandū, vt de ipſo
B
contractu & de re, [i] non de perſona iurantis ageretur. Si ei qui debitorem meū in iudicium exhibere promiſit, iuſiurandum detulerim, iſque iurauerit ſe omnino exhibitionem eius non promiſiſſe, prodeſſe debitori meo id nō debet. Si verò iurauerit ſe nihil mihi præſtare oportere: diſtinguendum ſit, & replicatione emēdandum, [k] vtrum ideo iurauerit, an quia poſt promiſſionem exhibuerit: [l] an verò quia ſoluerit. [m] quod
C
& in fideiuſſorē debiti diſtinguēdum eſt. [n]

Iuramentum vnius ex reis debendi alteri prodeſt. Alexan.

Ex duobus [o] reis promittendi eiuſdem pecuniæ alter iurauit. [p] alteri quoque prodeſſe debebit.

piſti habere peculiū poſt ſacramētū?&ſic non habes exceptionē. aut non:& ſic periurus es?Reſpon.reus non cogitur reſpondere iſtis quæſtionibus:ſed actor tenetur probare peculium poſtea quæſitum.Sed nōne probat eoipſo ꝙ modo eſt aliud peculium, & apparere:vt ar.ſ̃.de noxa.quotiens.§.fi.& ſic credamus ſuo ſacramēto. iurauit enim tunc nō eſſe:quod pręſumendū eſt:vt.ſ̃.eo.ſi duo?Reſpon. hāc præſumptionē nō ſufficere. Accur. ADDITIO. Iſta glo.eſt valde notabilis ad hoc,ꝙ poſitioni per quā quis detegeret delictū ſuū, quis nō cogitur reſpondere. & hoc eſt quod dicitur in practica,iſta poſitio eſt criminoſa:&ideo ei nō reſpondendū. de quo per canoniſtas extra de elect.c.dudum. Specu. ponit etiā in tracta.ſuo de poſitionibus.& per Bar.in.l. Marcellus. j̃. rerum amo.&.l.fin. de his qui.vt indig.

* Inſtar iudicij habet ante acceptū iudiciū, delatum & datum iuſiurādū: quia pro iudicato habetur qui detulit, ſi cōfiteatur, nec iudiciū ei à prætore datur. Baro.

a *Quia proficiſcitur.* Hęc ratio nimis larga eſt.nā hac ratione dici poteſt ex numero vēdendi locandi. Sed ea ratio eſt, quia ſicut in nouatione, noua pro veteri datur actio : ita & ex hoc ſacramēto actio in factū datur,& prima. Itē ſicut in delegatione alij, incipit quis teneri: ita & in ſacramento, ſi iurauero mihi deberi quod alij debetur. Differunt tamen:quia per nouationē & delegationem prima omnino tollitur obligatio.hîc verò non:ſed ſolummodo actoris iuſiurandum ſeruatur:vt.j̃.eo. eum.j. reſpon. & hoc ex parte actoris.at ex parte rei ſimilis eſt nouatio:quia per ipſum iuſiurandum tollitur naturalis obligatio, ſicut per nouationem tollitur:vt infra de ſolu.Stichum.§.naturalis.

al. incipit lex, Duobus, in vulga.

Iudicium in inuitum datur.

b *Quamuis.* bene aduerſatur,quia iudicium datur in inuitum: vt infra de verbo.obliga.inter ſtipulantem.§.j.vnde non videtur ex conuentione.

c *Iudicij.* vt.j̃.eo.tutor.in fi.&.ſ̃.e.nam poſtea.§.ſi is qui.

d *Vſiurandum.Cedit.* vt infra.l.proxi.§.ij.

D *Vobus reis.* CASVS. Si alter ſtipulantium iuſiurandum detulit reo promittendi, alteri oberit. [QVOD SI REVS.] Planus eſt. [A FIDEIVSSORE.] Ponit caſum conuerſum ad ſuperiorem:quia conuentus fuit fideiuſ. creditore deferente, iurauit fideiuſ.nunquid liberabitur debitor, ſi iurauit ei nil deberi?Et refert an iurauit ſe non fideiuſſiſſe, & non liberabitur : ſi iurauit nil ei deberi, vel contractum celebratum non fuiſſe, liberabitur debitor. SI EI.] Conueni debitorem meum: & ideo tu pro eo fideiuſſiſti quòd eum exhiberes in iudicio.exhibuiſti, vel non:tamen conuenio te ratione tuę promiſſionis:iuraſti te non promiſiſſe exhibitionem ipſius:nō ideo liberabitur debitor. ſi iuraſti te non debere, refert an ideo dicebas te non teneri, quia fortè eum poſt promiſſionem exhibueris: vel fortè exhibere non promiſeras:& tunc nō liberabitur debitor:an ideo quòd ſoluerit, & tunc liberabitur. [EX DVOBVS.] Ego & tu debebamus aliquā rem. alter noſtrum creditore deferēte iurauit nil deberi, alter liberabitur. [EXCEPTIO.] Tenebar actione mandati, vel neg. geſt.& dum me aliqua illarum actionum conueniebas, detuliſti mihi iuſiur.iuraui me nō debere:tu interim conueniſti me certi generalis ratione eiuſdē rei vel cōtractus : & ex eadem cauſa obſtabit tibi exceptio. [SI QVIS.] Egi contra te vi bo.rap.ratione cuiuſdam rei quā dixi te rapuiſſe.detuli tibi iuſiuran. iuraſti te non rapuiſſe:an poſtea conuenire te poſſum actione furti, quæritur. Et reſpon.quòd ſic.videbatur contra:quia qui alienas res rapit, furti tenetur.inſti.vi bono.rap.in prin. [COLONVS.] Si colonus arbores meas ſuccidit, pluribus actionibus tenetur:vt ibi dicit in litera.vnde ſi cōtra eum ago vna actione, & me deferente iurauerit, non poterit alia actione conueniri ex eadē cauſa. [QVI IV-
A
RAVIT.] Celebratum fuit diuortium inter me & vxorē meam. ago contra eam, & intento actionem rerum amotarum.me deferente iurauit ſe nō amouiſſe. poſtea reperio aliquam rem meam penes eam.nūquid eam vindicare poſſum? Dicitur quòd ſic. Sed pone quòd primò egi rei vindicatione : & detuli ei iuramentum: & iurauit rem ſuā eſſe: ſi poſtea velim agere rerū amotarū actione, an poſſim?Et dicitur ꝙ obſtabit excep.& Pau. reſpō.generaliter:quia vbicunque eadē quæſtio quæ prius ſopita eſſet, in iudiciū deducetur, licèt per aliam act. ſemper obſtat except. Sed pone, egi cōtra te, & ſtipulatus ſum à te iudicatū ſolui:qui condemnatus fuiſti.poſtea conuenio te act. in factum : quæ deſcēdit ex re iudicata. me deferēte iuraſti iudicatū non fuiſſe. volo poſtea te cōuenire ex ſtipulatione iudicatum ſolui. nō poſſum.ſed ſi prius egero ex ſtipulatione iudicatum ſolui, & me deferente dare non oportere fuerit iuratū:poſtea potero agere ex re iudicata, niſi de hoc iuratum ſit. & reddit in litera rationē. [ITEM POMPONIVS.] Conueniebā te actione furti:iuraui deferēte te ꝙ furtū feceras. nunquid ſtatim condicam rem ſubtractam? Dicitur quòd non. [ITEM CVM EX HAC PARTE.] Dicit quòd ex iureiurādo procedit actio, & exceptio: quia ex parte actoris iurātis datur actio, & ex parte rei exceptio. Et ponit talem rationem:Conueniebam te.me deferente iuraſti te non debere:& dixi,tu periurus es:dixiſti,tu iura ergo quòd debeam:& iuraui ex relatione te debere:& ita cum primò me deferente iuraueras te non debere,& poſtea iuraui te debere : dicit ꝙ
D
vltimum iuramentum eſt ſeruandum. Viuianus.

e *Stipulandi.* ſcilicet conſtitutis.& ſunt ablatiui abſoluti.

f *Nocebit.* ſi ſocij ſunt:[d] vt ſupra ſi quis cau.ſi duo.j.reſpō.& ſic loquitur.j̃.ea.l.§.ex duobus.Sed videtur nō nocere, ſicut nec pactum ab altero factum:vt.ſ̃.de pac.ſi vnus.in princ.quæ eſt contra.Sol.maioris eſt enim efficaciæ iuramentum quàm pactum.& eſt ratio:quia iuſiurandum eſt loco lit.conteſt.vt ſupra eod.nam poſtea.§.ſi is qui.ſed lit.conteſt.præiudicaretur alteri: vt infra de duobus reis.l.ex duobus.ergo & iureiurando.Vel ſol.vt ibi.

d] Idē ſi non ſint: ſecūdū Albe. Bart. Pau. Ang. Ale. & Iaſ.

g *Etiam reo.* ſi in rem ſuam omnino interueniat.ſecus verò eſt in pacto:vt ſupra de pac.l.fideiuſſoris.in princ.& quia iuſiurandum loco ſolutionis eſt:vt hîc ſtatim dicitur. Accurſius.

h *Solutionis.* vt:ſ̃.l.proxi.Azo.ſic infra de dona.inter vi.& vxo.ſi donatæ.§.ſi ſponſus.& infra de ſol.Stichum.§. naturalis. an ergo hic fideiuſſor aget mādati?Videtur quòd ſic:vt infra man.l. inter cauſas.§.ſi is qui.Sed contra eſt in eo.titu.l. ſi verò non remune-
E
randi.Reſpon.non.quod enim dicitur loco ſolutionis, verum eſt quantum ad creditorem & iurātem, non quantum ad alios.Acc.

i *De re.* id eſt non deberi, vel non fuiſſe celebratum cōtractum: non autem de perſona tantùm, ſcilicet quòd iuret ſe non interceſſiſſe:quia hoc reo nō prodeſt, quod in dubio pręſumitur, cum locum ſolutionis obtineat:vt hic dicitur.

k *Emendandū.* altero caſu, ſcilicet primo:& duobus ſequētibus.

l *Exhibuerit.* quo caſu non liberatur reus:ſed ipſe tantùm.

m *Soluerit.* ſcilicet debitum principale:quo caſu etiam reus liberatur. Accurſius.

n *Diſtinguendum eſt.* ſcilicet ſi iurauit ſe non præſtare oportere: vtrum ideo iurauit, quia non promiſit : quo caſu non liberatur reus.an quia ſoluerit, quo caſu liberatur.

o *Ex duobus.* ſcilicet ſociis:vt ſupra eod.in prin.&.j̃.de lib. leg.ſi is qui duos.

p *Iurauit.* aduerſario deferente. Accurſius.

*Eadem*

a *Eadem quæſtio.* ſecus ſi alia: vt infra proxi.§.&.§.quæ diuortij.j. reſpon. Idem eſt in except. rei iudi. vt infra de excep. rei iudi.l. & an eadem. Accurſius.

b *Condicatur.* id eſt certi condictione agatur, quæ competit ex omni cauſa: vt.ſ.ſi.cer.pet.l.certi condictio.in princ. Sed videtur contra. ꝙ ſola actionis mutatio faciat exceptionem iſtam ceſſare: vt.j.e.ſi actor. quæ eſt contra. Sol. vt ibi.[a] Itē ad diem contra.j.e.l.§. quæ iurauit.&.j. proxi. ſed ibi etiam cauſa agendi mutatur. Item ad id cōtra infra quod cum eo.l. ſed ſi ex parte.§.fin. Sed ibi fuit error: præterea alius eſt vnius actionis effectus quàm alteri[a]: vnde nō eſt eadem quæſtio.

a] Ibi fuit iuratum ſuper actione tantum. Ang.

c *Aliud eſt.* imò non aliud: vt inſtitu.vi bo. rap.in prin. quæ eſt cōtra. Solu. expone hîc aliud eſt.i.eſſe poteſt.

d *Quod.* ſ.furtum.

e *Succiſas.* quo caſu in duplū agit: vt.j. arbo. furt.cęſarum.l.furtim. §.fi. Accurſius.

f *Ex lege Aquilia.* quæ hic eodem caſu datur: vt.j.arb. furt. cæſa.l.j. cum ſit ruptū: vt.ſ. ad leg. Aquil.l. ſi ſeruus ſeruum.§.rupiſſe.

g *Aut clam.* quo etiā iudicio agi poteſt hoc caſu: vt.j.arbo.fur.cæſarum.l.penul. Accur.

h *Poterit.* quo ad rei perſecutionem: vt infra arb.fur. cæ. ſi colonus. Si ergo in vna eſt plus quàm in alia, agi poteſt ſecunda: vt infra arb.fur. cæ.l.j.&.l. penul. Sed illud quando condemnatur in vna: hîc autem de toto iuraſſe videtur: vt ſupra eod.ſi duo.§. idem Iulianus.

† cuius meminit Plini. lib.17.cap.1. * Quod ex ſententia Labeonis & Trebatij profectum eſt.l.1.arbo. fur. cæſa. infra.

i *Suam eſſe.* modò cum agitur in rem.

k *Opus eſt.* ſi actor ei dare vult. Non tamen debet pati iudex ſuper amotione aliquid probari: vt ſupra eo.ſi duo patroni.§. idem Iulianus.

l *Defendi.* & eſt ratio: quia non poteſt teneri actio. fur. vel re. amo. nomine rei ſuæ, niſi in caſu: vt infra de pigner. actio.à pignore.

Rei ſuæ nomine an poſſit quis teneri actione furti.

Sublata actione ſpeciali per iuramentum, tollitur generalis deſcendens ex eadē, & ad idē, & per eadē media: ſed ſublata qualitate facti, non tollitur factū ſimplex: & ſublato facto tolluntur omnes actiones ex eo facto deſcendentes: non autem tollitur aliud factum vel cauſa non depēdens ab illa ſuper qua iuratum eſt. ſecus ſi pendeat. hoc dicit vſque ad. §. item Pomponius.

Exceptio iuriſiurādi nō tantùm ſi ea actione quis vtatur, cuius nomine exegit iuſiurandum, opponi debet, ſed etiā ſi alia, ſi modò eadem quæſtio[a] in hoc iudicium deducatur, fortè ſi ob actionē mādati, negotiorum geſtorum, ſocietatis, cæteráſque ſimiles, iuſiurandum exactum ſit, deinde ex iiſdē cauſis certum condicatur:[b] quia per alteram actionem altera quoque conſumitur. Si quis iurauerit ſe non rapuiſſe, non debet adiuuari hoc iureiurando in actione furti, aut condictione: quia aliud eſt[c] furtum feciſſe, quod[d] vel clam fieri poteſt. Colonus cum quo propter ſucciſas[e] fortè arbores agebatur ex locato, ſi iurauerit ſe nō ſuccidiſſe, ſiue è lege duodecim † tabularum de arboribus ſucciſis, * ſiue è lege Aquilia[f] dāni iniuria, ſiue interdicto quod vi aut clam[g] poſtea conuenietur, per exceptionem iuriſiurandi defendi poterit.[h] Quæ iurauit diuortij cauſa rem ſe non amouiſſe, non debet defendi per exceptionem, ſi cum ea in rem agatur: & ſi contendat ſuam eſſe,[i] alio iureiurando opus eſt.[k] Contra ſi iurauerit ſuam eſſe, debet in actione rerum amotarum defendi.[l] Et omnino hoc obſeruandum eſt, licèt per aliam actionē cadem quęſtio moueatur, vt exceptio iuriſiurandi locū habeat. Igitur ſi quis iurauit ſe non eſſe cōdemnatum: etiam ſi ex ſtipulatu iudicatū ſolui ob rem iudicatam[m] conueniatur, defendetur per exceptionem.

m *Ob rem iudicatam.* ſecus ſi cōueniretur & pro defenſione: quia tunc nō ob.excep.cum ex alia cauſa ageretur: vt arg. infra de excep.rei iudi.l.& an eadem. Accurſius.

n *Oportere.* ſcilicet ex ſtipulatione. Accurſius.

o *Iudicati.* actione in factum ex re iudicata.

p *Commiſſa.* quia nec eſt interpoſita: vel quia aliàs pronuntiauit quàm ſub quo tempore ſtipulationis contractæ fuit agēdum: vt infra iud.ſol.ſi quis.in princ.l.pen.

q *Condictionis.* furtiuæ: vtpote cum ſoli domino cōdictio detur: vt.j.de cōdic.furti.l.j.&.l. ſed nec. actio verò furti cuilibet cuius intereſt datur: vt inſtit.de oblig.quæ ex deli.naſcun.§.furti.

Contrà ſi cum ex ſtipulatu iudicatum ſolui conueniretur, iurauit ſe dare non oportere,[n] agenti iudicati[o] non vtique obſtabit exceptio. Poteſt enim fieri vt non ſit commiſſa[p] ſtipulatio, licèt res iudicata ſit: niſi ideò iuraſſet, quòd nec damnatum ſe eſſe diceret.

B Ex iuramento formiter præſtito non oritur actio extra illam cauſam cuius formam continet iuramentū: & vltimo iuramento ſtandum eſt. hoc dicit vſque ad.l.eum qui. Bartolus.

Item Pomponius ait, eum qui furtum ſibi factum alicuius rei iurauit, non ſtatim etiam condictionis[q] cauſam nanciſci. Item cum ex hac parte[r] iuſiurandum & actionem & exceptionem inducat, ſi fortè reus extra iudicium actore inferente iurauerit ſe dare non oportere, & actor reo deferente † dari ſibi oportere, vel contra:[ſ] poſterior cauſa iuriſiurandi potior habebitur: nec tamen præiudicium[t] periurio alterius fiet:[u] quia non quæretur an dare eum oportet, ſed an actor[x] iurauerit.

XXIX. TRYPHONINVS *libro ſexto Diſputationum.*

Qvod ſi iuraui[y] te deferente, nō iuraſſe te dari[*] tibi oportere, & aduerſus vtilem actionem[z] qua hoc quæritur, an iuraueris[a] tibi dari oportere, opponenda eſt exceptio iuriſiurandi perimentis[b] queſtionem[c] actione comprehenſam.

Quando grauamen vnum eſt cauſa alicuius commodi, ſublato grauamine ceſſat cōmodum. hoc dicit. Et diuiditur in quatuor partes. Primò ponit dictum. Secundò rationem dicti. Tertiò reſpondet tacitæ obiectioni. Quartò ponit aliam rationem primi dicti. Secūda ibi, abunde. Tertia ibi, cum omiſſa. Quarta ibi, & poteſt dici. Alexand.

XXX. PAVLVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

r *Parte.* de qua ſupra proxi.§.dixi. quando quis iurat ſibi dari oportere, ex parte verò eius qui dare ſe non oportere iurat, exceptio tantum competit: vt ſupra eo. nam poſtea.§.j. Vel dic, ex hac parte, id eſt ex hoc edicto, quod eſt pars inter cætera edicta.

ſ *Vel contra.* id eſt econuerſò.q.d. facta conuerſione ordinis. nec enim propriè poni poteſt hæc dictio contra: cum ſupra negationē & affirmationem poſuerit. Accurſius.

t *Præiudiciū.* id eſt non poteſt obiici periuriū: quia eſſet pręiudicium famæ.

u *Alterius fiet.* ſ.certi: ſed incerti ſic. Scio enim quòd alter peierauerit: neſcio[b] tamen quis. Vel dic, alterius, id eſt primò iurantis.

b] Et ſic teſtes ad inuicē contrarij nō puniuntur de falſo, ratione incertitudinis. Bal P. Alex. Iaſ.

x *An actor.* ſ.qui fuit ī iurando vltimus. Acc.

Q*Vod ſi.*] CASVS. Petebas à me.x.me deferente iuraſti tibi deberi: poſtea agis actio. in factum ex iureiurando cōtra me. dico te non iuraſſe. vnde dicis tu: iura quòd non iuraui. & te deferente iuraui. Dicit quòd ſi iuraui, à me petere non debes. Quæſtio enim prima, qua.ſ. quærebatur an iuraueris, ſopita eſt per hoc quod iuraui. & hoc dicit.

† referente.

y *Quod ſi iuraui.* ego reus. Accurſius.

z *Actionem.* tuam.

a *An iuraueris.* & nihil aliud: vt.ſ.eo.l.nō erit. §.dato.

b *Perimentis.* iuriſiurādi dico perimētis quæſtionem, &c. in actio. enim mouebatur à reo quæſtio, dicendo ꝙ nō iuraſſet: & hanc quæſtionem perimit ſacramētum rei. iurat enim actorem non iuraſſe.

* Flo. dare.

c *Quæſtionē.* qua quærebat iurauerit actor, vel non.

E*Vm qui iurauit.*] CASVS. Inſtitui contra te act. legis Aquil. negaſti à te datum dānum: deferēte te iuraui dediſſe: nunquid cōſequar duplum ac ſi probaſſem? Videtur ꝙ nō. & ratio aſſignatur in litera. [SI IVRAVERO.] Petebam à te Stichum: dixiſti te non debere: detuliſti mihi iuſiur. & iuraui te debere: & fuit Stichus in alia prouincia: & deceſſit. liberaberis niſi prius fueris in mora, vel fortè ille Stichus ex cauſa furtiua debeatur. [SI MVLIER.] Celebrato diuortio inter me & vxorē meam, petebat à me.x. dicebat ſe mihi dediſſe nomine dotis. detuli ei iuſiu. refert qualiter iuret: quia ſi iuret ſibi deberi.x.nomine dotis: ſolida.x.præſtanda ſunt nō habita ratione ne egeā. ſi autē iuret ſe dediſſe.x.in dotem: tunc in tantū eſt maritus condēnandus, quantum ſi in veritate dediſſet.x.puta quantum facere poteſt. [IN POPVLARIBVS.] Inſtitui contra te actio. quia albū pretoris corrupiſti. iſta actio popularis eſt. nunquid ſi iuraueris te nō corrupiſſe, liberaberis aduerſus alios

agere volentes? Dicit ꝙ ſic, dum tamen ſine colluſione actum ſit: quia ſi egi cõtra te actio. populari, & abſolutus es, aduerſus alios de populo tutus eris exce. rei iudi. ſi nõ fuerit colluſum: qui ſuperari me paſſus ſum. §. ſi libertus. & §. ſi iurauero. ſunt plani. Viuia.

a *Aliquid.* puta. x. ſibi deberi ex cauſa legati relicti venerabili loco: quæ creſcit per inficiationem: vt inſti. de actio. §. item mixta. Vel ex lege Aquil. ex qua ſimiliter creſcit lis inficiatione: vt ſupra ad. l. Aquil. inde Neratius. §. hæc actio.

Actio ſubſtituta an habeat vim eius in cuius locum ſubſtituitur.

b *Pedius ait.* Et ſic no. quòd non eandem habet vim actio ſubſtituta, quàm ea in cuius locum ſubſtituitur: vt ſupra de peti. hered. item veniunt. §. cum prædiximus. Sed ar. cõtra. ſ. ſi quis cau. ſi eũ. §. qui iniuriarum. Accur.

ADDITIO. Dic ꝙ ibi habet eãdem naturam primordialem: ſed non ſuperueniẽtem. Alber. Ful. Lud. & Ia.

c *Abunde.* No. tres rationes. Accurſius.

d *Probandi.* ſcilicet per teſtes. Et ſic not. ꝙ qui in vno releuatur, in alio grauatur: vt. C. de non nu. pecu. authen. cõtra qui propriam. & ſ. ex quib. cau. ma. l. j. j. reſpon. Accurſius.

e *Omiſſa.* id eſt omiſſa via probãdi per iuſiurandũ poterit ad duplum lege Aquilia agi: & hoc ſi vellet omittere ante ſacramentum præſtitum. quid autem ſi poſtea? quidã adhuc idem.

f *Principalem.* i. actionem legis Aquiliæ: vt fiat ꝓbatio per teſtes: ſed iuſiurandũ conſeruari. Accurſius.

*In his iuſiurandũ delatum ab actore, actio nem conſumit: quia totius populi vice fungitur qui agit.

g *Actoris.* ſcilicet per actionem in factum.

EVm qui iurauit ex ea actione quæ inficiando creſcit, aliquid [a] ſibi deberi, ſimpli non dupli perſecutionẽ ſibi adquirere Pedius ait. [b] Abũde [c] enim ſufficere, exonerare petitorẽ probandi [d] neceſſitate: cũ omiſſa [e] hac parte edicti, dupli actio integra maneat. Et poteſt dici hoc iudicio nõ principalẽ [f] cauſam exerceri, ſed iuſiurandũ actoris [g] conſeruari.

Per iuramentum non poteſt deberi res quæ non eſt, niſi ante interitum mora præceſſerit. Bart.

Si iurauero te Stichum mihi dare oportere, qui non ſit in rerum natura: [h] nec æſtimationem mihi pręſtare reus debet, niſi ex cauſa furtiua, [i] vel propter moras. tunc enim etiã poſt mortem ſerui æſtimatio præſtatur.

Si iuratur ſuper iure obligationis, tollitur omnis exceptio quæ obligationẽ perimit. & ſi iuratur ſuper facto, tollitur omnis exceptio per quã factum non verũ redderetur. ſecus in his quæ cõpetunt facti veritate manente. Barto.

Si mulier iurauerit decem dotis ſibi deberi, tota ea ſumma præſtãda eſt. [k] Sed ſi iurauit decem ſe dediſſe in dotem, hoc ſolum non erit quærendum, an data ſint: ſed quaſi data ſint, quod ex eo reddi oportet, præſtandum erit. [l]

In actionibus popularibus iuramentum vnius præiudicat omnibus: niſi colluſum ſit, ſicut in ſententia. Bartolus.

In popularibus [m] * actionibus

h *In rerum natura.* ſcilicet modò tempore iuramenti: eſſe tamen creditur vel ſperatur, ſecundum Ioan.

i *Ex cauſa furtiua.* id eſt niſi debeas Stichum, quia ſubtraxeras: vel iam fueras in mora: in quibus caſibus ſi iuraui eum mihi deberi, ad æſtimationem teneris: vt hîc. & eodem modo ſi promiſiſſes eum, diſtinguendum eſt: vt. C. de contrahen. & commit. ſtipu. non moriturum. & ꝗ. de verb. obli. inter ſtipu. §. pen. Idem & in eo qui cõſtituit: vt. ꝗ. de conſti. pecu. l. promiſſor. Et ſecundum hoc intelligitur quod dicitur confeſſum ſe debere ſeruũ qui non erat mortuus, teneri ſcilicet poſt [a] moram: vt. ꝗ. de confeſ. l. qui Stichum. quæ eſt contra. Accurſius.

a] Et etiam ante, quãdo illud ſciuit: ſecus ſi ignorauerit. P. Ludo. & Alex. licèt Ia. contra.

k *Præſtanda eſt.* omnino, etiã ſi facultates in tantum non patiuntur commode: [b] quia verbum deberi, cum effectu accipitur: vt ſupra ne quis eum qui in ius vo. l. pen. §. penul. Accurſius.

b] Imò poteſt opponi exceptio, ne cõuen iatur in quãtũ facere poteſt. P. Ful. Alex. & Ia.

l *Præſtandum erit.* ſcilicet inquãtum facere poteſt: vt. ꝗ. ſol. matri. l. maritum. & l. quia. Et ſic nota ſacramentum pro veritate accipi: vt. ſ. eo. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. Accur.

m *In popularibus.* eſt autẽ actio popularis, quæ ius populi tuetur: vt infra de popu. actio. l. j.

n *Proderit.* iuranti. Accurſius.

o *Fuerit.* Not. id videtur fieri bene, quod bona fide fit. ſic & infra de condit. & demon. l. quamuis.

Bona fide factum, bene fieri videtur.

p *Nam & ſi quis egerit.* populari actione, & ſuccubuit actor.

q *Per colluſionem.* Not. publico præiudicari ſi non fiat colluſio. aliàs non: vt hîc, & c. ſ. de pac. l. ſi vnus. §. item ne experiar. & c. ſ. de procu. l. nõ cogendum. §. qui ita. & ꝗ. de popu. act. l. iij. j. reſpon.

A &. C. de tráſac. l. præſes. & ꝗ. quod vi aut clam. l. prohibere. §. plane. Sed in populari actione iuraui me non habere appẽſum, alio bo. ſi. deferente: nunquid cum poſtmodum appẽſum habere reperior, conueniri potero? Videtur ꝙ ſic. nam in libero homine exhibendo, ſi abſolutus ſum, quia litis æſtimationem præſtiti, nihilominus ab alio vel eodẽ conueniar: vt. ꝗ. de lib. ho. exhiben. l. quod & lex. §. ſi tamen reus condẽnatus. Ecõtra videtur quòd non: vt ſupra eo. qui iuraſſe §. ſi pater filium. & ſupra de noxa. quotiens. §. ſi iuſiurandum. & ꝗ. de except. rei iudi. ſi rẽ meã. & l. ſi quis ad exhibendum. His enim legibus ita demũ actio datur, ſi poſtea incipit habere peculiũ vel ſeruum in poteſtate, vel rem poſſidere. Sed hęc eſt vna & eadẽ appenſio, ſicut & vna poſſeſſio cõtinuata. vnde videtur quòd nõ debeat conueniri. nec dicas, imò poteſt cõueniri ex præſenti delicto, quia modò ſuſpenſũ habet. Nam ſecũdum hoc idẽ diceretur in fure qui iurat ſe non feciſſe furtũ: ſed tamẽ non tenetur: vt. ꝗ. de fur. ſi quis vxori. §. ſi quis iurauerit. Sol. non poteſt poſtea conueniri: ſed ſecus in re iud. vt. d. l. de lib. ho. exhi. quod & lex. Vel illud fauore libertatis: in pacto autem an pręiudicet, diſtinguũt quidam, vt ſi eſt tráſactio, ſic cum vicem ſententiæ vel iuramenti obtineat: vt ſupra eod. l. ij. aliàs non. tu dicas indiſtinctè non valere: vt infra ad le. Iuliam de vi publi. qui cœtu. §. fi. & C. de inge. ma. l. ingenui. & ſupra de pac.

iuſiurãdum exactum ita demum aduerſus alios proderit, [n] ſi bona fide exactum fuerit. [o] nam & ſi quis egerit, [p] ita demum conſumit publicam actionem, ſi nõ per colluſionem [q] actum ſit.

Statur iuramẽto quo quis ſe nõ eſſe libertum iurauerit. Barto.

B Si libertus deferẽte patrono iurauit ſe libertũ non eſſe, ratũ habẽdum eſt iuſiurandũ, vt nec operarum petitio [r] nec bonorũ poſſeſſio contra tabulas dari debeat.

Per iuramentum nõ tollitur exceptio quæ non eſt contraria iuramento. Alexan.

Si iurauero vſumfructum mihi dari oportere, non aliter dari debet, quàm ſi caueam boni viri arbitratu me vſurum, & finito vſufructu reſtituturum. [ſ]

C Sentẽtia lata prætextu falſi iuramẽti neceſſarij, retractatur per inſtrumẽta de nouo reperta. ſecus in iuramẽto volũtario & iudiciali. h. d. Et diuiditur. Primò ponit vnũ dictũ. Secũdò illud limitat. Secũda ibi. ſed hę cõſtitutiones. Itẽ prima ſubdiuiditur: quia primò ponit dictũ in genere: Secũdò exemplificat illud. Secũda ibi, ſi quis non ua. Itẽ ſecũda pars principalis ſub diuiditur: quia primò ponit limitationẽ, ꝙ dictũ intelligatur quãdo ſentẽtia eſt lata prætextu iuramenti neceſſarij. Secundò ponit

D quãdo deferatur iſtud iuramentũ neceſſariũ. Tertiò quid in volũtario & iudiciali. Secunda ibi, ſolẽt. Tertia ibi, quod ſi aliàs.

iuriſgentium. §. ſi paciſcar. & §. item ſi quis. & l. ſi vnus. §. & in ſumma. Accurſius.

r *Nec operarum petitio.* Et ſic no. quòd quo ad hunc caſum ſacramentũ pro veritate habetur: vt. ſ. de in ius vo. l. adoptiuum. §. patronum. Sed contra non eſt eadem contrariorũ ratio. f. ſi patronus iurauerit ſe patronum. nam non erit patronus quo ad operas: vel bo. poſ. cõtra tab. tamen eũ non vocabit in ius ſine venia: vt. ꝗ. de iur. patro. ſi iurauero. fortè tamen ſuccedet ei ab inteſtato. [c] Item & operas petet, cum ibi nõ vetet. Item ſi frater cui aſſignatus erat, detulit iuramentũ liberto ſibi aſſignato: & libertus

Sacramentũ quandoque pro veritate habetur.

c] Nihil eſt. But. Alb. Alex. & Iaſ.

E iurauit ſe non eſſe libertũ, & deceſſit: & ſic ius liberti deberet ad alium redire: vt inſtit. de aſſig. li. §. j. an cõpeteret illi ad quem ius redit bo. poſ. etiã non obſtante iuramẽto ab alio delato? Reſpõ. poteſt, quia ex alia cauſa agit: vt ar. ꝗ. de except. rei iudi. l. ſi matre. §. eadem. Sed arg. contra in eo qui petiit in ſeruitutem libertum patroni: qui etiam liberorum nomine non poteſt petere contra tabu. vt infra de bo. lib. l. qui in ſeruitutem. Accurſius.

ſ *Reſtituturum.* & ſic pro veritate eſt: vt ſupra eo. ſed & ſi. §. idem ſi iurauero.

ADmonẽdi.] CASVS. Primò regula: deinde except. regulæ: deinde exemplum. Regula, quòd ſi iuſiur. præſtitũ eſt, & poſtea pronuntiatum: quòd non poſſit ſententia retractari: ſubijcitur exceptio, & exceptionis exemplum. verbi gratia: Dicebam te debere mihi. x. quia non potui probare, iudex detulit mihi iuſiur. iuraui: & ſententiã tulit pro me: poſtea inueniuntur inſtrumenta per quę tu potes probare intentionem tuã: quia quod actũ eſt, retractari

retractari debet. Vel dic econtra, vt ſubiicit: ſed iſtud fallit in iudiciali vel voluntario iuramento: hoc eſt quando pars parti defert iuſiurandum.

XXXI. GAIVS *libro trigenſimo ad Edictum Prouinciale.*

ADmonendi ſumus, * interdum etiam poſt iuſiurandũ exactum permitti conſtitutionibus [a] principum ex integro cauſam agere, ſi quis noua inſtrumẽta [b] ſe inueniſſe dicat, quibus nũc ſolis vſurus ſit. Sed hæ conſtitutiones tunc videntur locum habere, cum à iudice [c] aliquis abſolutus fuerit. [d] ſolent enim ſępe iudices in dubiis † cauſis exacto iureiurando [e] ſecundum eum iudicare qui iurauerit. Quòd ſi aliàs [f] inter ipſos iureiurando tranſactũ ſit negotium, non cõceditur eandem cauſam retractare.

Pupillus non poteſt iuramentũ remittere. Alexand.

XXXII. MODESTINVS *libro tertio Differentiarum.*

a *Conſtitutionibus*. quas non habemus, quæ ſcilicet ponunt hunc caſum qui ſequitur.

b *Noua inſtrumenta*. i. nouiter reperta: nõ nouiter fabricata. Et ſic no. prętextu inſtrumẽti reperti iuramẽtũ vel ſacramentũ retractari. Sed contra C. de tranſac. l. ſub prætextu. Sed aliud eſt in tranſactione, quę nõ retractatur: vt ibi: quia vtriuſq; cõſenſu fuit facta: ar. j. e. l. in fi. Item cõtra. j. de re iud. l. imperatores. & C. de re iudi. ſub ſpecie. in quibus dicitur ꝙ prætextu nouorum inſtrumentorum ſententia non retractatur, niſi in cauſa publica: quo caſu intra trienniũ retractatur: & poſt etiã ſi pręuaricatio arguatur: vt C. de ſen. aduer. fiſc. la. non retract. l. j. lib. x. Sol. refert an ſola ſententia detur, vt tũc nõ retractetur prætextu inſtrumentorum, niſi in cauſa publica: vt dixi. an & ſententia lata, & iuramentum pręſtitum, & tũc poteſt retractari: vt hîc: & in odiũ periurantis: arg. j. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. Trebatius. Vel dic ꝙ hîc nõ erat iudicatum adhuc, ſecundum Py. & quod ſubiicit, abſolutus, expone vt ibi. ſ. deſtinatione, non re. Vel tertiò dic ꝙ hîc fuit iudicatũ: ſed ſub conditione, ſcilicet ſi iurauerit: & dices non fuiſſe adhuc iuratum: & ſic erat exactum ſecundum hoc, id eſt præceptum vt iuretur: non tamen erat iuratum: vt arg. C. eo. l. ſi quis iuſiurãdũ. licèt lex illa corrigatur per ſequentem generalem, vt ſemper iuretur, vel in ipſa ſententia, vel ante. Sed prima ſol. magis placet. Item contra. j. de re iud. l. poſt rem. in princ. Solu. quod dicit ibi, poſt rem iudi. vel iuſiur. nil quæritur, ſupple, niſi noua inſtrumẽta afferantur: vt hîc. Præterea ſicut per noua inſtrumẽta, ſic propter ætatem reſcinditur, ſi & nouæ cauſæ inducuntur: vt. ſ. de mino. l. ſi minor. xxv. an. Item not. quòd hîc ſubiicit, quibus ſolis &c. quia eſt arg. ad id quod not. ſ. de pet. hered. ſi quis liber. in fi. & ad idem facit. C. ſi ſæpi. in integ. reſti. poſtu. l. ij.

c *A iudice*. ſcilicet deferente. Accur.

d *Abſolutus fuerit*. deſtinatione, non re ipſa, ſecundum Py. ſic ponitur infra tit. j. l. videamus. §. item videndum eſt. Sed verius eſt vt verè fuerit abſolutus: vt modò dixi in ſolutione cõtrariorum: ar. j. de exerci. l. j. §. ſi is. in fi. & dic, iudice ſequente ſuam delationem. Accur.

e *Exacto iureiurando*. ſcilicet inopia probationum exigente: vt C. eo. in bo. fi. & argu. j. eo. tutor. Et vt plenè videas, diſtingue: aut actor nil probauit de intentione ſua: & tunc reus eſt abſoluendus etiam ſine iuramento: vt C. de eden. l. qui accuſare. niſi in caſibus in quibus lex defert reo iuramentũ ad purgationẽ ſui: vt C. de his qui ad eccle. confu. l. præſenti. §. ſicubi. & C. de fi. inſtru. l. fin. & C. de iur. delib. l. fin. §. licentia. & in authẽ. de fid. inſtru. §. ſi tamen quiſquam. Si autem actor plenè probat, reus cõdemnatur. Si verò ſemiplenè, puta per ſcripturã. domeſticã, quæ non ſola, ſed cum aliis valet: & ſic ſemiplenã inducit probationem: vt C. de proba. l. inſtrumenta. Vel per comparationem literarũ: ex qua nõ plena, ſed qualiſqualis ſumitur fides: vt in auth. de fid. inſtru. §. ſi verò omnes moriantur. &. §. ſeq. col. vj. Vel per fugã rei qui debuit ibi reſpõdere vbi officiũ geſſit: vt in authen. de colla. §. ſuper hoc. &. §. ſi quis autem. & ar. j. de re milit. l. non omnes. §. fi. Vel per vnũ teſtem defertur ſacramẽtum actori qui nouit veritatem rei: maximè ſi res petita eſt modica, & actor eſt honeſtus: argu. j. de legi. tu. l. legitimos. §. j. & vt in præallega. legibus cõtinetur. teſtẽ autem vnum dico inducere præſumptionem: vt. j. de do. præleg. l. Theopompus. & infra quemad. teſta. ape. l. j. §. ſi vnus. & ſupra eo. ſi duo patroni. in fin. j. reſpon. Item & duo faciũt plenã probationem: ergo vnus ſemiplenam. Nec ob. j. de quæſtio. l. maritus. Ibi enim non prohibuit quæſtionem

* Ex tit. de excep. rei. iud. Cõcor. l. 13. C. eod. Vide Balſam. Nomocã. tit. 13. ca. 18.

† Dubia cauſa eſt, cũ iudici non liquet, ac eo redactus eſt, propter paritatẽ probationis forte, vt hæſitet in vtram partẽ propendêre & inclinare debeat. quo caſu ſine iniuria cuiuſquam iudex poteſt iuſiurandum deferre, ſed maximè reo, cuius fauorabilior cauſa eſt quàm actoris. ca. vlt. de iureiurã. in Decretalib. Dubia verò cauſa nõ eſt, cũ actor vnum teſtẽ habet, aut aliàs iuſta ꝓbatione deficitur. Duare. 2. diſput. ca. 33. vbi refellit vulgarem ſententiam, ob ſemiplenam probationẽ iuſiurãdum à iudice deferri vel reo vel actori ſupplendæ probationis cauſa.



propter iudiciũ, quod non procederet: ſed quia contra dominum: vt C. de quæſti. l. j. Item datur actori ſacramẽtum propter enormitatẽ criminis: vt C. vnde vi. ſiquando. Item propter contumaciam rei datur actori: vt C. de iudi. properandum. §. ſinautem. Aliàs autem vbi actor non nouerit veritatem rei, vel ſumma non eſt modica, & perſona actoris eſt ſuſpecta, vel nõ, ſed reus ita eſt honeſtus vt actor, & ſumma nõ eſt modica: defertur reo iuſiurandum, & abſoluitur in contractibus bonę fidei, & ſtricti iuris iudiciis, & in delictis & quaſi delictis per regulã generalem quæ eſt hic, & C. eo. l. in bonæ fidei.

Actori in multis iuramentũ deferendum eſt.

f *Quòd ſi aliàs*. id eſt iudice non deferente: ſed à parte parti in iudicio vel extra. hîc enim ſolùm quærit, an ſit iuratũ: vt ſupra eo. non erit. §. dato. Sed quare diuerſum? Reſp. quia hîc religio tãtùm eſt circũuenta. ſed quãdo iudex defert, tunc religio & iudex circũuenitur, cum quo non ita mitè agitur vt cum Deo: vt ſupra de arbit. Celſus. & Co. eod. l. ij. & argu. ſ. eo. ſi duo. in fin.

IVriſiurandi gratiam facere pupillus non poteſt. [g]

Si non eſt legitimè iuratum, iterum iurandum eſt. Bart.

XXXIII. VLPIANVS *libro vicenſimooctauo ad Edictum.*

QVi per ſalutem ſuã iurat: licèt per Deũ iurare videatur (reſpectu enim diuini numinis ita iurat) attamẽ ſi non ita ſpecialiter iuſiurandũ ei delatum eſt, iuraſſe non videtur: [h] & ideo ex integro ſolenniter iurandum eſt. [i]

De cõmuni re poteſt iuſiurandum deferri: & ille cui defertur, ex cauſa poteſt petere tempus ad deliberandum. Barto.

XXXIIII. IDEM *libro trigenſimoſexto ad Edictum.*

IVſiurandum & ad pecunias & ad omnes res locum habet. Etiam de operis [k] iuſiurandum deferri poteſt. Nec de iniuria [l]

g *IVriſiurandi. Non poteſt*. etiam cum tutore: quia ſpecies donandi eſt: vt ar. ſ. de admini. tut. l. non omni. Accur.

QVi per ſalutem.] CASVS. Iuſiurandum pręſtandum eſt ſemper tale quale defertur: quia ſi detuli tibi inſiurandũ vt iurares per Deum. & iuraſti per ſalutem tuam: iterum erit iurandũ. Viuianus.

h *Non videtur*. vt. ſ. eo. l. iij. §. fi. & l. iiij. & l. v. j. reſpõ. &. §. fi. ſi autem ſpecialiter eſt delatũ, valet: vt hîc, &. d. ll. Sed cõtra id quod ſubiicit. ſ. eo. l. remittit. in fi. Sed [a] ibi iurauit non quando delatũ fuit, ſed poſtea cum iam reuocauerat. Accur.

a] Dic quòd hîc fuit acceptatum iuramẽtũ incõtinẽti: ibi verò nõ, ſecundũ Bar.

i *Iurandum eſt*. primo habito pro nõ præſtito: ſicut & optio malè facta: vt. j. de op. leg. l. ij. Sed ſecus in ancilla manumiſſa vt ſit vxor: quia tantùm de primo matrimonio intelligitur: vt ar. contra. j. qui & à qui. l. matrimonij. H. ADDITIO. Dic quòd ibi de iure quærendo: hîc de quæſito. Alber. Bar. & Iaſ.

IVſiurandum.] CASVS. Dicit, ſi dubitaretur vtrum operæ debeãtur, vel nõ: iurari poterit. poſtea reſpõdet tacitè obiectioni, quaſi dicat quis illud iniurioſum eſſe ꝙ reus cõpellatur iurare. Et dicit quòd non: quia ſi ipſe reus noluerit iurare, referat. poſtea ponit caſum quendã in quo nec compellitur iurare: nec eſt tutũ vt referat: vt ſi petatur à te Stichus abſens quẽ mihi debebas: & dubitabas an mihi tenereris, eo ꝙ credebas eum mortuũ. vnde in iſto dubio ſi deferam tibi iuſiurandum ꝙ non debeas: periculoſum eſt iurare, ſcilicet propter periurium. Itẽ periculoſum eſt tibi referre: quia ego ſtatim iurarẽ mihi deberi. vnde in iſto dubio erit tibi danda dilatio vt tu iures. Cætera plana ſunt vſque ad. §. ſi de qualitate. [SI DE QVALITATE.] Volui vt tu iurares mihi ſuper librũ: voluiſti iurare ſuper altare: vel volebã vt iurares ſub vna forma: tu voluiſti iurare ſub alia. dicit quòd iudex debet formã deſignare. & probatur. j. eo. l. generaliter. §. j. [AIT PRÆTOR.] Hîc ponuntur quædam verba prætoris, quæ ſunt generalia. Dicit ꝙ ille cui delatũ eſt ſacramentũ, debet iurare: quod ſi nõ fecerit, debet ſoluere. ſubiungit vt poſſit referre. petij ergo à te: & detuli tibi iuramentum: tu mihi retuliſti. ſi volo iurare, tu reus eris abſoluendus. Quid erit ſi te referente exigo iuramentum de calumnia? iurare nõ debes. [NON SEMPER.] Dicit, aliquãdo aliter refertur iuramentum quàm ſit delatum: & hoc contingit ex variis cauſis, quæ arbitrio iudicis relinquuntur. poſtea ponit duo exempla. Vnum quando ex diuerſitate rerum contingit incongruitas. Aliud, quando ex diuerſita te perſonarum, & diuerſitate rerum. & gloſ. hoc amplius in ſpecie declarat. Cætera ſunt plana vſque ad. l. ſi actor. Viuia.

k *De operis*. ſcilicet à liberto præſtandis, vel non præſtandis. & ad hoc ſupra eo. l. iij. §. j. Accur.

l *Nec de iniuria*. à lege vel deferente facta.

queri aduerſarius poteſt, cũ poſſit iuſiurandum referre. Quid tamẽ ſi ideo dicat reus ſe liberatũ, quoniam Stichum quem promiſerat, putat † deceſſiſſe? [a] Non erit tutus per relationem: [b] & ideo ex hac cauſa putat Marcellus, & rectè, aut remittendum ei iuſiurandum, aut ſpatium dandum vt certioretur, [c] & ſic iuret.

Defenſor ciuitatis poteſt deferre iuramentũ ſi eſt ei mandatũ. Bar.

Defenſor municipum vel cuiuſuis corporis iuſiurandum deferre poteſt, ſi ſuper hoc mandatum habeat. [d]

Pupillus, procurator & defenſor iurare non cogitur. Alexan.

Pupillo non defertur [e] iuſiurandum. Procurator non compellitur iurare, nec defenſor. & ita Iulianus ſcribit libro decimo Digeſtorum, [defenſorem * iurare non compelli: [f] ] ſufficeréque ad plenam defenſionem ſi paratus ſit iudicium accipere.

Deferens iuſiurandum de veritate, debet primò de calumnia iurare: niſi ſit parens vel patronus: & quando dubitatur de forma iuramenti, committitur iudicantis arbitrio.

Qui iuſiurandum defert, prior de calumnia debet iurare, ſi hoc exigatur: [g] deinde ſic ei iurabitur. Hoc iuſiurandum de calumnia, neque † patrono neque parentibus remittitur. Si de qualitate iuramenti fuerit inter partes dubitatum: conceptio * eius, arbitri [h] † iudicantis eſt.

Si is cui defertur iuramentum, non iurat, nec refert: cogitur ſoluere, niſi ex cauſa recuſet. h.d. vſque ad fin. Bart.

Ait prætor: *Eum à quo iuſiurandum petetur, ſoluere aut iurare * cogã.* Alterum itaque eligat reus: [i] aut

E ſoluat, aut iuret. Si non iurat, ſoluere cogendus erit à prætore.

Datur autem & alia facultas reo, vt ſi malit, [k] referat iuſiurandum. Et ſi is qui petet, [l] conditione iuſiurandi non vtetur: iudicium [m] ei prætor non dabit. [n] Æquiſſimè enim hoc facit: cum
B non deberet diſplicere conditio iuriſiurandi ei qui detulit. [o] ſed nec iuſiurandum de calumnia referenti defertur: quia non eſt ferendus actor, ſi cõditionis * quam ipſe detulit, de calumnia velit ſibi iurari. Non ſemper autem cõſonans eſt, per omnia referri iuſiurandum quale defertur: forſitan ex diuerſitate rerum [p] vel perſonarum [q] quibuſdam emergentibus quæ varietatem inducunt: ideoque ſi quid tale inciderit, officio iudicis conceptio huiuſce-
C modi iuriſiurandi terminetur.

Hîc ponitur practica præcedẽtium. Alexand.

Cum res [r] in iuſiurandũ dimiſſa [s] ſit: iudex iurantem abſoluit, referentem audiet. Et ſi actor iuret, condemnet reum. Nolentem iurare reum ſi ſoluat, abſoluit: nõ ſoluentem condẽnat. ex relatione nõ iurante actore, abſoluit reum.

Quando deficiunt probationes, poteſt tutor iuramentum deferre. Bartolus.

D XXXV. PAVLVS *lib. 28. ad Edictũ.*

TVtor pupilli omnibus probationibus aliis deficiẽtibus, [t] iuſiurandum deferens audiendus eſt. quãdoque [u] enim pupillo denegabitur actio.

Prodigus & furioſus non poſſunt iuſiurandum deferre. Bald.

Prodigus ſi deferat iuſiurandũ, audiẽdus nõ eſt. Idémq; in cæteris ſimilibus ei dicendũ eſt. Nam ſiue pro pacto [x] conuento, ſiue pro ſolutione, [y] ſiue pro iudicio [z] hoc
E iuſiurandum cedit, non ab aliis

a *Deceſſiſſe*. & defertur ei ſacramentum vt iuret ſe non teneri.

b *Relationem*. id eſt non eſt ei tutum referre: quia cũ actor non credat mortuum, ſtatim iurabit.

c *Certioretur*. ergo liquet manifeſtè quòd non ſufficit iurare ſe credere. ſed præciſè [a] ſic eſſe vel non eſſe: vt. j. re. amo. l. Marcellus. §. qui rerũ. Ioan. & s. eo. quotiens. ſecus in ſacramento quodam quod facit tutor vel curator: vt in authẽ. vt hi qui obliga. habere ſe perhib. res mi. §. vt autem. & ſecus in ſacramento calumnię: vt C. de iureiur. propter cal. dan. l. ij. quę ſunt argu. contra.

d *Mandatum habeat*. à ſyndico, vel ab his ad quos adminiſtratio pertinet. Io. Et no. ꝙ eiſdẽ caſibus poteſt hic deferre quibus & procurator: vt ſupra eo iuſiurandum. §. fi. ſecũdum quoſdã. Alij aſſimilant tutori: vt quãdo ſibi videtur, ſcilicet deficientibus probationibꝰ poſſit deferre: vt. j. eod. l. tutor. in princ. & C. de tranſac. l. præſes.

e *Pupillo nõ defertur*. vt iurare cogatur, vel referre: iurare tamen poteſt ſi vult, & ſeruatur: vt. s. eo. qui iuraſſe.

f *Non compelli*. ex ſtipulatione. ſ. vel defenſione interpoſita: nec à domino per actionẽ mãdati: quia negotiũ cõmiſſum ſine hoc explicari poteſt. Aliàs cõtra s. de procur. l. ad rẽ. & l. ad legatũ. Azo. & eſt alia ratio: quia pro alio ſubire anceps periuriũ non debet compelli: vt infra ti. j. l. videamꝰ. Accur.

g *Exigatur*. Tria not. hîc. Primum, quod ſacramentũ calũniæ poteſt remitti tacitè, cum demũ ſit præſtandũ ſi exigatur: vt hîc, & . j. de ope. no. nun. l. de pupillo. §. qui opus nouũ. Nec obſt. C. de iuram. calũ. l. ij. §. ſed quia veremur. quia licèt non expreſsè, vt ibi, tacitè tamen fit: [b] vt arg. s. de procurat. filius. §. milites. Secũdò not. quòd olim pluries iurabatur: ſicut erat hîc, & C. de iura. calum. l. j. & j. de dam. infe. l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. Sed hoc corrigitur: vt in auth. de iis qui ingre. ad appel. §. fin. vbi dicit ſemel iurari à principio tantum. Tertiò not. in eo quod ſubiicit, hoc iuſiurandum &c. ſacramentum calumniæ remitti patrono: vt hîc, & . s. qui ſatiſda. cog. de die. s. fin. & . j. de dam. infec. l. qui bona. §. ſi alieno. & . s. eo. ſi patronus. & . j. de obſequiis. licet. Sed hoc fortè corrigitur hodie, vt nulli remittatur: vt C. de iura. calum. l. ij. §. ſed quia. Sed magis puto non corrigi: tũ quia non expreſsè corrigitur: vt ar. C. de appel. præcipimus. in fi. tum quia lex remittit, non homo. nam homo nõ poteſt remittere, vt ibi: lex autem ſic, vt hîc dicitur. Accur.

h *In arbitrio*. Vtrum in præſentia iudicis ſit iurandum, vel alibi, vel in libro, vel in Eccleſia, [b] vel alibi: vt C. eod. l. generaliter. §.

A pe. Vel dic vt. j. ea. l. §. fi. & . s. eo. qui per ſalutem. Accur.

i *Eligat reus*. vt C. eo. l. delata. vel etiã recuſet hodie: [c] vt. C. eo. generaliter. §. ſinautem electio. Eſt autem ideo ſua, quia alternatiue tenetur: vt hîc, & infra de iure do. l. plerunque. in fin.

k *Si malit*. imò videtur non licere referri: vt infra re. amota. l. Marcellus. §. fi. quæ eſt contra. Sol. ſpeciale eſt in illa actione & in aliis turpibus: vt ſi cõuenti ſciãt factũ, nõ poſſunt referre iuſiurandum, nec recuſare, vt ibi: ſed aliàs & referri vt hîc, & recuſari poteſt: vt Co. de re. cre. generaliter. § ſinautem.

l *Petet*. ab alio iurari.

m *Iudicium*. principalis debiti. Accur.

n *Non dabit*. Not. denegari iuriſdictionem. ex cauſa: vt ſupra ex quibus cau. maio. l. ſed & ſi per prætorẽ. §. ſed & ſi dum.

o *Detulit*. Cato: Patere legem quam tuipſe tuleris. vt hîc, & ſupra quod quiſq; iur. l. j. & C. de reb. cre. l. pe. §. ſin autem. Accur.

p *Rerum*. vt ſi contra te actionẽ de dolo intento: & tibi defero vt iures te nõ feciſſe dolum: refers iura me feciſſe in re quæ ſit vltra duos aureos. nec enim aliter datr actio de dolo: vt. s. de dol. ſi oleũ. in fin. & . l. idem eſt. Idẽ eſt ſi agas ex donatiõe quæ eſt vltra quingentos ſolid. & defers iuſiuran. vt iurem me nõ donaſſe: & ego refero vt iures me donaſſe nõ vltra quingentos ſolidos: vt C. de don. l. pe. §. fi. Sed hoc ſi in totũ volo euadere: vel tu vis totũ qđ petis, tibi dari. Nec ob. ff. rerũ amo. l. Marcellꝰ. §. fi. & . l. ſeq. quia ibi in abſcõſo, hîc in aperto. Accur.

q *Vel perſonarum*. vt ſi libertus agat iniur. & patrono deferatur iuſiurãdum, vt iuret ſe nõ feciſſe iniuriam: patronus refert: Iura me tibi feciſſe atrocem iniuriã. vt. s. de in ius vocã. ſed & ſi. §. fina. & infra de iniur. l. prætor. §. ij. Item nota hîc ex varietate perſonarũ ius vel ſtatutũ ſtatim mutari: vt. j. neg. geſt. l. Pompon. in negotiis geſtis. & hoc iudex cognoſcit: vt hîc, & . s. e. l. §. ſi de qualitate.

r *Cum res*. abſoluet reum ab obſeruatione iudicij.

ſ *Dimiſſa*. i. placet partibus rem decidi iuramẽto vnius partis.

t *TVtor. Deficientibus*. vt. s. eo. iuſiurandum. §. j. & . ij. tranſigere etiam poteſt tunc: vt C. de tranſa. præſes. & . j. de fur. interdum. §. penul. aliàs non, vt in dictis legibus.

u *Quandoque*. id eſt quandocunque, id eſt ſemper. Vel dic, id eſt ſi non inueniatur læſus. alioquin contra: vt ſupra eod. nam poſtea. §. ſi minor.

x *Pro pacto*. de hoc ſtatim dices.

y *Solutione*. vt ſupra eod. l. iuſiurandum loco.

z *Iudicio*. vt ſupra eo. qui iuraſſe. §. fin. & . l. ſequen. Et plenius [d] not.

a] Bald. hîc dicit iſtã gl. ſing. ad hoc quod iuramẽtũ de veritate præſtitum non ſufficit ſi iurans dicit ſe credere: nã debet continere ſic eſſe vel non eſſe. Bol.

† Not. bene iſtũ text. per quem probatur quod exceptio poteſt opponi etiã per verba dubitatiua, puta quia dico, credo me non teneri: vel ſimilia. pro quo facit. l. ſi ſi debitor. s. de pet. here. & in. l. ſi quis inficiatus. cũ ſimilibus. j. depo.

* Incluſa videtur ſuperfluere.

† Delenda negatio ex Baſilic. & . l. 14. ſupra eo. ὁ ἐπάγων πρῶτος ὄμνυσι τὸν περὶ συκοφαντίας, ἐὰν ἀπαιτηθῇ, ὃν οὐκ ὄμνυσι πατὴρ ἢ πάτρων. ergo rectiꝰ hic legitur in vulgat. hoc iuſiurãdi æquæ patrono & parentibus remittitur.

* Conceptio eius. i. formula iuriſiurandi. Bu. hic.

† i. arbitrio.

* aut referre, vt addetur poſtea: nam & hoc ſit modeſtiꝰ l. 25. j. de cõſtit.

b] Iſta glo. eſt not ſecũdum Bal. ad hoc quòd acta iudicij quæ non requirunt ſtrepitum iudiciorum, poſſunt fieri per iudicem ſecularẽ in eccleſia. Bo.

c] Ex iuſta cauſa: aliàs non, ſecundum Alex.

* cõditioni. vel, cõditionis nomine.

Ius ex varietate perſonarum mutari poteſt.

d] Iſta ratio cõcludit, niſi interueneerit curatoris auctoritas, ſecundum Alexan. & Iaſo.

UNED

delatum probari debet, quàm qui ad hæc habiles ſunt.

Non cogitur quis iurare vbi nō poteſt conueniri. Bartolus.

Qui non compelluntur [a] Romæ iudicium accipere, nec iurare compellēdi ſunt: vt legati prouinciales.

Iuramētum reſtringitur ad eam cauſam ſuper qua iuratur, nec ad aliam porrigitur. Bartolus.

XXXVI. VLPIANVS *libro viceſimoſeptimo ad Edictum.*

SI actor deferat iuſiurandum de ſola conſtituta pecunia, & reus iurauerit, exceptione vtetur, ſi de conſtituta conueniatur. Sed ſi de ſorte, id eſt de priore obligatione cōueniatur, exceptio ceſſabit: [b] niſi de hac quoque iurauerit aduerſario deferente.

Deferens qui non vult iurare de calumnia, remittenti ſimilis eſt. Bartolus.

XXXVII. IDEM *libro trigenſimotertio ad Edictum.*

SI non fuerit remiſſum [c] iuſiurandū ab eo [d] qui detulerit, [e] nec de † calumnia iuretur: [f] conſequens eſt vt debeat denegari actio. ſibi enim imputet, qui proceſſit ad delationem iuriſiurandi, nec prius de calūnia iurauit: vt ſit iſte remittenti ſimilis.

Is cui iuramentum delatum eſt, iurare vel referre tenetur. aliàs pro confeſſo habetur. Alexan.

XXXVIII. PAVLVS *libro trigenſimoſeptimo ad Edictum.*

MAnifeſtæ * turpitudinis † & confeſſionis eſt, nolle [g] nec

not. quia videtur ſacramentū cedere in locum pacti: vt dixi in ciuili obligatione. Nam ſicut pactum nō tollit ciuilem obligationem, ita iuſiurandum in locum ſolutionis cedit in naturali obligatione. nam ſicut naturalis obligatio ipſo iure tollitur per ſolutionem, ita per ſacramentum: vt. ј. de ſol. Stichum. §. naturalis. Cedit in locū iudicij:

a] Imò dubiam, ſecundum Iaſ.

quia ſicut iudiciū rem certam [a] facit aut perimit, ita & ſacramentū: vt ſupra eo. nam poſtea. §. ſi is qui tempora. Vel ſicut iudiciū parit actionem in factū, ita & ſacramentum: vt. C. eod. actori. Item cedit in locum acceptilationis: vt. ј. eo. l. iuſiurandum. Accurſius.

a *Qui non compelluntur.* Et eſt ratio, quia loco iudicij iuſiurandū ſuccedit: vt ſupra eod. qui iuraſſe. §. fin. in fi. & ſupra de iudic. ſed & ſi. §. ex quibus.

S*I actor.*] CASVS. Debebas mihi x. ex cauſa mutui. poſtea conſtituiſti mihi illa te ſoluturum. egi contra te de conſtituta pecunia: & deferente me iuraſti te mihi non teneri de conſti. pecu. poſtea volo agere condi. certi: an poſſim? Et reſpō. quòd ſic, ex quo de priori obligatione iuratū non eſt. Viuianus.

†Flo. ſed de calumnia nō iuratur.

b *Ceſſabit.* agitur ad eādem pecuniam, & alia actione, & ceſſat exceptio. Sed contra ſupra eo. duob⁹. §. exceptio. Solut. vbi alia actio quę proponitur, ex eadem cauſa competit, ex qua & illa de qua iuratum eſt: obſtat exceptio. ſed vbi competit ex alia, nō ob. at prima actio hîc non propter conſtitutionem pecuniæ competit. Sed nōne iuſiurand. vice ſolutionis eſt? Reſpon. eſt quantum ad id de quo iuratum eſt, ſcilicet quantum ad conſtitutionem. vnde de conſtituta non tenebitur ac ſi ſoluiſſet: non [b] autem quantum ad illas actiones ſuper quibus non iuratur. Accurſius.

*Et tit. rer. amot.

†Plato tamē Dial. 12. de leg. turpe eſſe cenſuit iuſiurandū exigere. & omnino vſum iuriſiurandi prohibuit.

b] Imò dic quòd habet vim ſolutionis, quando eſt iuratum ſuper principali: ſecus ſi ſuper acceſſorio. Fulg. Sali. Alexā. & Iaſ.

S*I non.*] CASVS. Petebam à te x. iureiurando delato petiiſti à me vt iurarē de calumnia. nolui iurare. perinde eſt ac ſi iuſiurand. tibi fuerit remiſſum. Sed an mihi actio denegabitur, quia per me ſtetit quo minus iuraretur: quia nolui iurare de calūnia? Et reſpon. quòd ſic. Viuianus.

c *Si non fuerit remiſſum.* ſcilicet expreſſim. Azo. tacitè ſic: vt in fine. l. & facit ad. l. ј. quod vi aut clam. l. j. §. ſed & ſi quis contra teſta. Item quod hîc dicit de calumnia, dic hodie corrigi: cum ſemel tantùm iuretur: vt dixi. ſ. eo. iuſiurandum. §. qui iuſiurandū. Item no. quòd ſi non facio quod debeo: ſi tamen tu non facis quod tu debes, non obtines: vt hîc. ſic infra de contrahen. empt. l. ſi in emptione. §. item ſi emptor. Accurſius.

d *Ab eo.* ſcilicet actore. Accurſius.

e *Detulerit.* quia tunc ſine dubio actio denegaretur.

f *Iuretur.* ſcilicet ab actore.

M*Anifeſtæ.*] CASVS. Placuit litigantibus vt lis ſacramento decideretur vnius, puta Titij: deinde ei fuit delatum ſacramentum, & ab eo ſuſceptam. dicit ſe nolle iurare. dicit iudex: referas ergo aduerſario. non vult. Dicit quòd iſta eſt manifeſta turpitudo. Viuianus.

g *Nolle.* abundat vna negatio. ſic. ј. de damn. infec. fluminum. j.

ff. Vetus.

iurare, nec iuſiurandum referre.

Ex pacto collato in cōditionem iuramenti, ſecuto iuramento oritur exceptio. Bartolus.

XXXIX. IVLIANVS *libro decimo Digeſtorum.*

SI quis cum debitore ſuo pepigerit ne ab eo pecunia peteretur, ſi iuraſſet ſe Capitolium non

B aſcendiſſe, vel aliud quodlibet feciſſe, vel non feciſſe, íſque iurauerit: & exceptio iuriſiurandi dari debebit, & ſolutum repeti poterit. Eſt enim iuſta [h] conuentio, [i] ſi quælibet cauſa [k] in cōditione iuriſiurandi deducta fuerit.

Si iuratur ſuper debito, liberatur pignus: & contra actionem ad pœnam paratur exceptio: & ſoluti poſtea datur repetitio. Bart.

XL. IDEM *libro tertiodecimo Digeſtorum.*

C IVſiurandum * à debitore exactum efficit vt pignus liberetur. Eſt enim hoc acceptilationi ſimile. perpetuam certè exceptionem parit. Idcirco pœnam quoque petentem creditorem exceptione ſummoueri oportet: & ſolutum repeti poteſt: [l] vtpote cum interpoſito eo ab omni cōtrouerſia diſcedatur. [m]

Etiam abſenti poteſt iuſiurandū remitti. Bartolus.

XLI. POMPONIVS *libro ſingulari Regularum.*

D LAbeo etiā abſenti [n] & ignoranti [o] iuriſiurandi gratiam fieri poſſe [p] reſpondit. Sed & per epiſtulam gratia iuriſiurandi fieri poteſt.

A reſpon. & C. de ſer. fugi. l. j. & in auth. de here. & Fal. §. inordinatum. Item not. ꝙ hæc lex loquitur cum fuit ſuſceptum iuſiurandum: vt quia placuit vtriq; parti vt res per iuſiurandum decideretur. Alterutrum enim etiam hodie faciendum eſt: vt hîc, & C. eo. delata. & ј. de conſti. pecu. l. illud. §. j. Porro [c] ſi nō fuerit ſuſceptum, non eſt manifeſtę turpitudinis, cū poſſit recuſari: vt. C. eo. l. generaliter. §. ſin- autem. & reuocari: vt C. eod. l. ſi quis iuſiurandum. Vel dic, olim erat turpe: quia cogebatur ſuſcipere: vt hîc. Sed hodie [d] corrigitur per. d. l. C. eod. l. generaliter. Nec ob. ea. l. in fin. vbi dicit quòd nil corrigitur de legibus antiquis: quia hic caſus excipitur de recuſatione: vt alius in eo quòd poſt ſentētiam iurabatur: quod hodie nō eſt: vt. C. eo. ſi quis iuſiurādum. & l. generaliter. §. j. Accurſius.

c] Iſta ſolutio diſplicet Bar. Ang. Pau. Fulg. Sal. Alex. & Iaſ.

d] Nihil eſt. ideo dic quōd ibi poteſt recuſari ex cauſa: alias nō: vt hîc. Barto. Ang. P. Alex. & Iaſon.

S*I quis.*] CASVS. Cū habebam debitorem, feci ei pactum de non petendo, ſi iuraret quòd Capitolium non aſcenderet, ſi iurauit, & petam, obſtabit mihi pactum. Viuia.

h *Iuſta conuentio.* vt. C. cōmunia vtriuſque iudic. ſi cum patruo. Sed videtur iniuſta: ideoq; iuramentum remittendum: vt infra de condi. inſtitu. quæ ſub conditione. in princip. quæ eſt contra. Solut. illud circa vltimas voluntates, vt ſacramentum remittatur: hîc in contractibus. Vel ibi de futuro fuit conditio, hîc de præterito. Sed quid ſi promiſi tibi. x. ſi iures te aſcēdere Capitoliū: & iuras: nunquid oritur actio ex ſacramēto, vel ex pacto? Reſpon. ex pacto. Nam ſi promiſi ſi aſcenderes: non ex aſcenſu, ſed ex pacto datur actio: ſed quæ? de dolo, quaſi tu præuenire debeas in faciendo: & ſic eſt facio vt des: vt. ј. de præſcript. verbis. l. naturalis. §. quod ſi faciam. licèt quidam diſtinguāt, aſſit vel abſit. Vel melius hîc non fuit contractus innominatus: quia non modus obligare valens, ſed conditio fuit appoſita: ideo ex ſtipulatione, vel ex conditione, vel ſimili cauſa ſecūdum ius commune agetur ad dicta. x. promiſſa. Sed in caſu huius. l. hoc non ſeruatur: quia fuit pactum factum ad excipiendum.

* Bal. dicit iſtū tex. ſingu. ad hoc quòd iuramētū præſtitū ſuper prīcipali, extenditur & porrigitur etiam ad acceſſoria. Bolog.

E i *Conuentio.* id eſt pactio de non petendo.

k *Cauſa.* vt aſcendere Capitolium, vel non aſcendere. Accur.

I*Vſiurandum.*] CASVS. Si debitor meus me deferente iurauerit ſe teneri: pignora quæ obligauit, liberantur: neque pœnam petere poterit ratione illius debiti: & ſi ſoluerit, repetet. Viuianus.

l *Repeti poteſt.* vt ſupra. l. proxi. aliter ſi verus debitor ſit abſolutus: vt infra de condic. inde. Iulianus.

m *Diſcedatur.* & naturalis obligatio tollatur: vt infra de ſolu. Stichum. §. naturalis. & infra. l. ſi.

L*Abeo.*] CASVS. Procurator meus detulit tibi iuſiurandum. illud iuſiurandum tibi remiſi. Dicitur quòd ſi tu etiam ignores quòd tibi remiſſum fuit: nihilominus remiſſio valet. Viuia.

n *Abſenti.* per nuntium. Accurſius.

o *Ignoranti.* tēpore factæ gratiæ: ſed ſciet quādo parabit iurare.

p *Poſſe.* vt. C. eo. generaliter. §. his de præſentibus. Et ſic no. ar. pro collatione præbēdarum procuratoribus abſentium facta, vt



UNED

teneat:vt infra de don.l.abſenti.&.C.de don.l.ſi aliquid.

a] Imò debet eſſe, ô Pomponi ſecundum Alb.

a C *Reditore. Eius*.ſcilicet pupilli. Accurſius.
b *Mihi*.ô Iuliane, [a] de quo ſubiicit.
c *Non oportere*.quia non accepit:vt dicit.
d *Obligatio*.ſiue erat iūcta cum ciuili,vt quia cū tutore: ſiue non, quia ſine eo. Accur.

Iureiurando tollitur naturalis obligatio.

e *Tolletur*. Nota naturalē obligationē iureiurādo tolli:vt.j.de ſolu.Stichū.§.naturalis.
f *Si verò interueniſſet*. quia dicebat ſe non feciſſe cū auctoritate tutoris:quę in obligatione pupilli eſt neceſſaria:vt inſtit. de auctor. tuto.§.j. & ſic confitebatur factū: ſed negabat de iure teneri. Az.
g *Nō tuebitur*.quia naturaliter pupillus accipiendo ſe obligat:vt.j. de noua.l.j. in fine.niſi cū ipſo tutore contrahat:quo caſu nec naturaliter tenetur:vt.j. de actio.& oblig.l. pupillus.&.j. de auct. tut.l. v.in princ.vnde quādo pupillus naturaliter tenebatur,vt hic erat, fideiuſſores tenentur: vt infra de fideiuſſ.l. fideiuſſor.§.j.
h *De facto*.i.an acceperit.
i *An de iure*. apparet hîc de iure iurari poſſe: ſed hoc ideo, quia ponit ius ꝓ qualitate facti:vt.C.ſi contra ius vel vtili.pu.l.ij. Accur.
k *Creditore*. id eſt an cum tutore.
l *Intelligere*.i.pręſumere,in dubio:quia ꝓniores, &c. vt. j. de actio. & oblig.l. Arrianus.
m *Nō oportere*. quia nō fuit contractū, vel fuit ſolutum.
n *Atquin*. pro ſed.
o *Prodeſſe*.vt ſupra eo. duobus.§.j.&.ij.
p *Debebit*.vt ſupra eo. nam poſtea.§.iuſiurandum. Accurſius.
q *Eadem ratio*. hic ſolus caſus deerat: nā omnes alij qui hîc ſunt, erāt ſupra in prædictis modò legibus.
r *Reo*.vt.s.eo. duobus §.j. Accurſius.

† Ant. Auguſt. lib 4 c. 17. ait Haloandrum per peram negationē huic detrahere.

Si debitor iurat ex cauſa quæ perſonam tantùm ab obligatione eximit, fideiuſſori nō proderit. ſecus ſi iurat ſuper contractu: quod facere videtur in dubio. Bart.

XLII. IDEM *libro octauodecimo Epiſtularum.*

A CReditore qui de mutua pecunia contra pupillū contendebat, iuſiurandum deferēte, pupil- B lus iurauit ſe dare non oportere. eandem pecuniam à fideiuſſore eius [a] petit. an excludēdus ſit exceptione iuriſiurādi? quid tibi placet reſcribe mihi. [b] Eam rem apertius explicat Iulianus. Nam ſi controuerſia inter creditorem & pupillum fuerit an omnino pecuniam mutuam accepiſſet, & conuenit vt ab omni cōditione diſcederetur ſi pupillus iuraſſet, iſque iurauerit ſe dare non oportere, [c] naturalis obligatio [d] hac pactio- C ne tolletur, [e] & ſoluta pecunia repeti poterit. Sin verò creditor quidem ſe mutuam dediſſe contendebat, pupillus autem hoc ſolo defendebatur, quòd tutor eius non interueniſſet, [f] & hoc tale iuſiurādum interpoſitum eſt, hoc caſu fideiuſſorem prætor nō tuebitur. [g] Si autem liquidò probari non poteſt quid actū ſit, & in obſcuro erit (vt plerumque fit) de facto, [h] an de iure [i] inter creditorem & pupillum cōtrouerſia fuerit: deferente creditore [k] pupillū D iuraſſe, intellegere [l] debemus id actū inter eos, vt ſi iuraſſet ſe dare non oportere, ab omni conditione diſcederetur: atque ita & ſolutam pecuniam repeti poſſe: & fideiuſſoribus exceptionē dari debere exiſtimabimus.

Iuramentum fideiuſſoris ſuper facto, prodeſt reo: ſecus ſi ſuper perſona iuretur. Barto.

Si fideiuſſor iurauerit ſe dare non † oportere, [m] exceptione iuriſiurandi reus promittendi tutus eſt. Atquin [n] ſi quaſi omnino idē non fideiuſſiſſet, iurauit: nō debet hoc iuſiurandum reo promittendi prodeſſe. [o]

Ex iuramento defenſoris quæritur exceptio defenſo, & etiam ei cui quæreretur ſi defenſus iuraſſet. idem in re iudicata. Bartolus.

B Sed & ſi * actore deferēte defenſor abſentis vel præſentis iurauit eum quē defendit, dare nō oportere: exceptio iuſiurandi ei cuius nomine iurandū † fuerit, dari debebit. [p] Eadē ratio [q] eſt & ſi fideiuſſoris defēſor iurauerit. reo [r] enim detur exceptio. Itē ſi reus iurauit, fideiuſſor tutus ſit: quia & res iudicata ſecūdum alterutrum eorum vtrique proficeret.

## DE IN LITEM IVRANDO.

Supra dictum eſt de iureiurando, quod eſt de re: vt ſupra titu.1. quotiens. hîc de eo quod eſt ex voluntate ſiue affectione: vt infra eo.l.1.& l. videamus §.iurare. Accurſius.

Iuſiurandum in litem eſt quod à iudice defertur actori eius rei quæ in iudicium deducta eſt æſtimandæ cauſa. & defertur plerumque ob dolum vel contumaciā aduerſarij, ne in poteſtate eius ſit per fraudem ab inuito domino rem iuſto pretio comparare. Actori enim iurato licet facere pretiū etiam iniuſtum. nec in omnibus iudiciis paßim, ſed vt lex prætórue aut princeps iudici promiſerit. Cuiacius.

R *Em in iudicio.*] CASVS. Egi cōtra te rei vindic. vel conſimili actio. vnde cum debebas ſatiſdare iudicatum ſolui, obtuliſti quendam fideiuſſorē qui non ſatis erat idoneus ad rem petitam. dicebam ꝙ dares mihi magis idoneum fideiuſſorē: quia fortè ego iurabo in litem: & ſic fortè non erit ſoluendo ad eam quantitatē quam in ſacramento comprehendā: quia fortè cum non habet in bonis niſi.c. ego peto iurare ad.cc. Dicit ꝙ non A ſum audiendus: quia non videtur res petita maioris vel minoris pretij, quod ita poteſt creſcere per ſacramentū. contingere tamē poteſt vt pretiū eius plus æſtimetur: & hoc dicit verum eſſe ſiue agatur ad hoc quod meum fuit, ſiue agerem ad exhibēdum. Hoc dicit cum principio legis ſequētis. Viuianus.

## DE IN LITEM IVrando.

C TITVLVS III.

Hæc lex legitur duobus modis. ſecundum primam lect.h.d. Non debemus inſpicere quod euenire poteſt, ſi ad id non eſt res naturaliter deſtinata. ſed ſecundum alteram lect.h.d. Fideiuſſor non tenetur in id ad quod ex contumacia condemnatio creſcit. Bartolus.

I. VLPIANVS *libro quinquageſimoprimo ad Sabinum.*

REm * in iudicio [ſ] deductam non idcirco pluris eſſe opinamur, quia D creſcere condemnatio [t] poteſt ex contumacia non reſtituentis per iuſiurandū in litem. Non enim res pluris fit per hoc, ſed ex contumacia æſtimatur vltra rei [u] pretium:

Iſtud iuramentum defertur ratione doli, non ratione culpæ. Alexan.

II. PAVLVS *libro tertiodecimo ad Sabinum.*

SIue noſtrum [x] quid petamus, ſiue ad exhibendum agatur. Interdum quod interſit [y] agen-

ſ *Rē in iudicio*. Dupliciter poteſt poni caſus, [b] vel in re faciēda, vel iā facta. In re facienda, vt cū ago contra Titium aliqua actione qua iuratur in litē, vt rei vindi.& petā fideiuſſores iudicio ſiſti idoneos, vel iudi.ſol. ſecundum id quod poteſt creſcere lis. ecōtra nō dantur niſi quatenus lis eſt inſpecto principio. certè hoc vltimū ſufficit, vt hîc, &.s. ſi quis in ius vo.non ierit. l.j. nec enim aduentitij caſus, &c.vt. j. qui & à quibus, Iulianus. Item caſum aduerſamque for. &c. vt infra de verbo. oblig.inter ſtipulātem. §.ſacram. & ad hoc. s. de iuriſd.om.iudi.cum quædam.§.fi. In re iam facta, [c] vt ſi dediſti fideiuſſores idoneos inſpecta quantitate quæ petitur: ſed poſtea propter cōtumaciā in plus eſt damnatus: certè fideiuſſores non tenentur: vt arg. j. de fideiuſſo. l. fin. Item pone. j. ad. l. Fal. cum pater. §. legato. &.l. alienus. & de leg.iij. non dubium. §.fin. Accurſius.
t *Cōdemnatio*. id eſt æſtimatio.
u *Vltra rei pretium*. id eſt vltra ęſtimationem veritatis: vt. s. ne quis eū qui in ius vocatus.l. pen.§.j.& not. hîc duo arg. Primū, ꝙ non inſpicitur quod euenire poteſt. & pro vtraque parte dic vt dixi. s. de iuriſ. omn. iudi. ſi idē. in fin. legis. Aliud quia rerum pretia non affectione, ſed pro rei veritate æſtimātur: vt hîc, &.s. ad.l. Aquil.l. ſi ſeruum meum.&. j. ad.l. E Falc. pretia. Sed ar. cōtra. j. man.l. cum ſeruus. ADDITIO. quòd ibi propter affectionem noua actio datur: hîc competens contra non contumacem non augetur, ſecundum Ange. Pau. Alexan. & Iaſonem.

b] Iſta prima lectura placet Bar. Ange. P. Alex. & Iaſ.

* Doc. communiter & do. Alexa. poſt alios iſtū text. reputant ſingu.. ad id quod dicitur ī ſūmario, vno addito, qđ iſte.tex. non ſolum loquitur in defēſore abſentis, ſed etiā præſentis, dū modo eorū nomine iuretur. Bo.

† iuratum.

c] Iſta lec. nō procedit in fideiuſſore de iudicio ſiſti, ſed bene in iudicatum ſolui: quando feruntur duæ ſententiæ. alias ſecus. B. B. An. Alexan. & Iaſ. licet Ful. contra.

* Bal dicit iſtū textum ſing. ad hoc quod pœna contumaciæ non dicitur pœna principalis: de quo hic latè per Alexan. de Imola. Bol.

S *Iue noſtrum.*] CASVS. In lege ſuperiori in fi. dicitur ꝙ quando in litem iuratur, æſtimatur res vltra verum pretium: hîc dicit quòd verum pretium rei æſtimatur: puta antequam qui reſtituere debuerit, fuerit in culpa, & non in dolo. Viuianus.
x *Siue noſtrum*. Poteſt legi tota continuè: & non cōiungatur legi ſuperiori, nec ſit hîc.§. interdū: vel ſit hîc.§.& hic primus verſi. cum.l. ſuperiori iūgatur. Et dic, noſtrum petamus: vt per rei vindi. in qua iuratur in litem. vt ſupra de rei vindi. qui reſtituere. vel etiam ius, vt ſeruitutem: vt ſupra ſi ſer. vind.l. harum actionum. in fi.& in ac. ad exhi. vt ſubiicit.&. j. eo. in actionibus in prin. & ſupra ad exhi.l.iiij.§.ij.
y *Interdum quod interſit*. an per iuramentum probetur: vel per teſtes

UNED

tis, ſolum æſtimatur: veluti cũ culpa non reſtituentis vel non exhibentis punitur. cum verò dolus aut contumacia non reſtituentis vel non exhibentis, quãti in litem iurauerit [a] actor.

In his in quibus non cadit affectio, non defertur iuramentum in litem ad probandũ verũ intereſſe, etiam extra rem, quod circa rem non cadit. h. d. Diuiditur in duas partes, quæ patent ex ſummario. Secunda ibi, niſi. Bartolus.

### III. VLPIANVS *libro trigenſimo ad Edictum.*

NVmmis depoſitis iudicẽ non oportet in litem iuſiurandũ deferre, vt iuret quiſque quod ſua interfuit: [b] cum certa ſit nũmorum æſtimatio: [c] niſi fortè de eo quis iuret, quod ſua interfuit nũmos ſibi ſua die [d] redditos eſſe. Quid enim ſi ſub pœna pecuniã debuit, aut ſub pignore, quod quia depoſita ei pecunia abnegata* eſt, diſtractum eſt?

In cauſa quæ per tutorem agitatur, pupillus vel mater eius ad iurandum de affectione non admittitur: tutor & curator nõ cogitur, ſed volens admittitur: adultus etiã admittitur. Bartolus.

### IIII. IDEM *libro trigenſimoſexto ad Edictum.*

VIdeamus† in tutelari [e] cauſa* quis iurare, & aduerſus quẽ poſſit. Et quidem ipſe pupillus ſi impubes [f] eſt, nõ poteſt. hoc enim ſępiſſime reſcriptum eſt. Sed nec tutorem cogendũ, vel matrẽ pupilli admittendam, [g] etſi parata eſſet iurare, diui fratres reſcripſerunt. Graue enim videbatur, & ignorantes & inuitos tutores ſub alieni † compendij [h] emolumento etiam periurium anceps ſubire. Curatores quoque pupilli vel adoleſcentis non eſſe cogendos in litem iurare, reſcriptis imperato-
B ris noſtri & diui patri eius continetur. Si tamen tantam affectionem pupillo ſuo vel adoleſcenti tutores vel curatores præſtare volent, auctoritas iuris non refragabitur, [i] quin iudicio quod inter ipſos * acceptum eſt, finis [k] eiuſmodi poſſit adhiberi. Nõ enim [l] ad ſuam vtilitatem iuriſiurãdi referenda æſtimatio eſt, ſed ad domini, cuius nomine tutelę ratio [m] poſtuletur. Adoleſcens verò ſi velit, iurare poteſt. [n]

C Solus iudex poteſt iuramentum in litem deferre: & in infinitũ poteſt iurari: debet tamen iudex certam quantitatem taxare in quam iuretur. non tamen præſtitum iuramentum cogitur iudex omnino ſequi, ſi tale iuramentum ob culpam non defertur. h. d. vſque ad l. in actionibus. Alexan.

Deferre autẽ iuſiurandum iudicem oportet. Cæterùm ſi alius [o] detulerit iuſiurandum, vel nõ delato iuratum ſit: nulla erit religio, nec vllum iuſiurãdum. & ita con-
D ſtitutionibus expreſſum eſt imperatoris noſtri, & diui patris eius.

Iurare autẽ in infinitum [p] licet. Sed an iudex modum iuriiurãdo

teſtes? Reſpon. per teſtes, ſecundum Io. vt. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt. l. j. §. in aliis autem.

a *Quanti in litẽ iurauerit.* facta taxatione: vt. ſ. de dolo. l. arbitrio. &. j. eo. videamus. §. pen. & l. in actionibus. §. j. Interdum tamen iuratur in litem. i. in verã æſtimationẽ: vt. j. l. proxi. & l. cum furti. & ſic intelligitur. l. in actionibus. §. planè. j. eo. Sed quid ſi patet iudici actoris affectio an debeat exigere ſacramentũ in litẽ? Videtur ꝙ non: quia in incertis non certis, &c. vt. j. de verb. obliga. cõtinuus. §. cum ita. Ecõtra ꝙ ſic: quia nõ vt iudex ſcit: & ideo ex fide eorum quæ probãtur, iudicat, nõ ſua cõſciẽtia: quod verũ puto: vt. ſ. de offi. pręſi. illicitas. §. veritas.

N*Vmmis.*] CASVS. Depoſui pecuniã penes te. noluiſti eã reſtituere. nunquid in litem iurabo? Et dicit quòd non: cum nõ intereſt mea magis alios nummos habes quàm illos eoſdẽ. Sed pone promiſerã ſub vſuris, vel ſub pignore: & ideo quia non fuit pecunia depoſita mihi reſtituta, venditũ eſt pignus, & commiſſa eſt pœna: & dicit quòd adhuc in litem iurabitur. ſi tamẽ damnũ paſſus ſum, quia pecunia non fuit reſtituta, iurare potero: & dicitur id ſacramentum ad damnum, vel propter damnum: & non in litem. alij tamen aliter dicunt. Cætera plana ſunt vſque ad. §. iurare.

b *Interfuit.* ſupple magis illam pecuniam habere, quàm aliam.

c *Aeſtimatio.* i. nummi ipſi certi ſunt, qui rerũ ſunt æſtimatio. Io. nec enim in pecunia poteſt eſſe intereſſe, ſi rectè inſpicias, niſi fuerit in mora. tãtum enim intereſt mea hanc habere pecuniam, quantum illam. ſecus in libris & aliis rebus: quia pecunia per res non ęſtimatur: vt. j. de fideiuſ. l. ſi ita. Azo. ſed nec alia ratione iuratur, niſi fortè, &c. vt ſit bona exceptio. nec enim eſt hoc iuramentum in litem: & ideo cautè ponit, iuret: & nõ repetit in litem. in litem autem non iuratur: quia non fuit contumax in cõmiſſione pœnæ: ſed in reſtitutione ob quam eſt commiſſa pœna. Item quia affectio nulla eſt maior ad vnam pecuniam quàm ad aliam: ob quã affectionem in litem conſueuit iurari: vt ſupra. l. proxi. §. j. Alij dicunt hîc iurari in litem: vt. j. eo. in actionibus. §. planè.

d *Sua die.* ſ. die præſtituta, vel die interpellationis. aliud itaq; eſt in ſpecie, aliud in quantitate depoſita. nam in ſpecie iuratur in ac. depoſiti: vt. j. depo. l. j. §. in depoſiti. Item in hac veniunt fructus. at cum quantitas non venit quod potuit lucrari. ſ. negotiãdo: ſed venit illud tantùm quod intereſt ſua die datos eſſe, ſecundum Io. quod intereſſe duplex eſt, vt hîc dicitur. & facit ad idem. j. de eo quod certo loco. non vtique. §. nunc de officio. Hîc quæro, an in aliis contractibus bonæ fidei vel ſtricti iuris, vt in mutuo, habeat locum quod hîc dicitur? Reſpon. ſic, vt infra de eo quod cer. Io. quòd ſi Epheſi. Item an per ſolum iuramentum poſſit aliàs probari? Reſpon. ſic, per. l. iſtam contra doloſos. Accurſius.

V*Ideamus.*] CASVS planus eſt vſque ad. §. iurare. in quo ſic ponitur. In ſuperiori. §. dicit quòd debet iurari iudice deferente: & aliàs non valet iuſiurandum. Sed pone quòd iudex detulit: nunquid poteſt iurari in infinitum? Et dicitur ꝙ ſic. Nun-
A quid iudex taxare poterit ſacramentum, puta ſic dicere, iura pro quando nolles te carere: dum tamen illam quantitatẽ non excedas, ſcilicet. c. ſolidos? Et dicit quòd iudex taxare poterit: & hoc probat: quia in poteſtate ſua fuit deferre, & non deferre: vnde in poteſtate ſua debet eſſe taxare. Item pone: delatum eſt iuſiurandum à iudice, & eſt iuratum: nunquid poſtea iudex retractare poterit? Et dicit quòd ſic. In fine dicit quòd propter culpam non iuratur. & hoc dicit vſque ad. l. in actionibus. Viuia.

e *In tutelari cauſa.* ſi tutor agit nomine pupilli.

f *Impubes.* i. quia impubes, &c. ſecus in adoleſcente: vt. j. eo. l. §. adoleſcens. Accur.

g *Admittendam.* quia credimus quòd in infinitum iuret amore filiorum, cum nullus affectus vincat paternũ: vt Cod. de cu. fur. l. fin. j. reſpon. & quia plus quàm ſe filium diligit: vt ſupra quod me. cau. iſti quidem. §. fin. ſed ſi tutrix eſt, vt tutor admittitur, licèt non cogatur: vt hîc, & ſupra de noxa. quotiens. §. ſi tutor. ſed ſacramẽtum calũniæ tutores & curatores prorſus pręſtare coguntur: vt Co. de iu. calũ. l. ij. §. quod obſeruari. Idem eſt in eo quod fit pro lite decidenda, pro quantitate expenſarum: quia hoc præſtare cogit: vt Co. de re. cre. l. generaliter. & de iudi. properandũ §. j. Accurſius.

h *Compendij.* maximè. nam nec propter ſuum compendium: vt ſupra titu. j. l. iuſiurandum & ad pecunias. in fi. j. reſpon. &. ſ. qui ſatiſda. cog. de die. §. fi. nec ꝓpter alienũ: vt hîc, &. j. re. amo. l. Marcellus. §. pater. Eſt tamen ar. contra. huic dicto, vbi alienum compendium debet quis præferre: vt infra de adm. tu. l. tutor. §. non eſt audiendus. Accur.

i *Refragabitur.* imò videtur refragari, cum ſolus dominus debeat iurare: vt infra eo. vulgo. quæ eſt contra. Sol. & tutor eſt quaſi dominus: vt infra vt de fur. interdum. §. qui tutelam. & pro emp. qui fundum. §. ſi tutor.

k *Finis.* ſcilicet per ſacramentum. quod eſt inſtrumentum decidendi lites: vt Cod. de re. cred. l. in bonæ fidei. vt ſupra titu. j. l. j. Accurſius.

E l *Non enim.* bene dico tutorem præſtare iuramentum, quo æſtimetur vtilitas: quia non ad ſuam. quæ nulla eſt, ſed ad pupillum refertur. iurabit enim [a] pro quãto ſuus adultus vel pupillus nollet re carere: vt hîc, & ſupra ibi, ſub alieni compẽdij, &c. non autem pro quanto ipſe tutor nollet ſuum pupillum re carere. ſic & ſupra ſi quis cau. l. penul.

m *Ratio.* id eſt debitum occaſione tutelæ: quia tutor eſt.

n *Poteſt iurare.* quoddã ergo adoleſcenti permittitur, quod non pupillo: vt hîc. & inſti. de ſuſpe. tu. §. impuberes. Sed videtur diſtinguendum an habeat curatorem, vt tunc non poſſit: ad inſtar pupilli. aliàs ſic: vt. C. de in integ. reſt. mi. l. ſi curatorẽ. ſed non eſt ita: quia hîc de ſuo commodo agitur. Item not. hîc ar. ꝙ minor debet iurare de veritate dicenda: maximè cum ad iudicem pertineat inquirere veritatem: vt. C. de eden. l. ſi is apud quem.

o *Alius.* ſecus in alio iuramento: vt ſupra tit. j. l. ij.

p *Iurare in infinitum.* No. infinitatẽ amplectendam: vt hîc, & in

* Flo. adnegata.

† Ex tractatu de tutelis.

* Hęc verba de actione tutelæ quæ aduerſus tutorẽ aut ei⁹ heredẽ intẽditur, accipe: in qua in litẽ iuratur. l tutor. j. Cõtingere enĩ poteſt vt tutor nomine pupilli aduerſus cõtutorem ſuum actione tutelæ experiatur, remotũ videlicet vel excuſatum: & cõmode ſic intelligi poſſunt ſequentia, auctoritas iuris &c.

† No. ſecundum Bal. ꝙ quis nõ cogitur iurare de facto alieno, & aliena ſcientia: nec debet quis grauare cõſcientiam ſuã ratione officij quod gerit: ſed ſalutem animæ ſuæ præferre cuicunque officio quod eſt no. dignum, ſecundum eundem.

* id eſt tutorẽ nomine pupilli agẽte, & cõtutorẽ excuſatum vel remotũ ob ſuſpicionem. Duar. in cõ. de in lit. iuran. nu. 10.

a] Iſta forma iurandi diſplicet Bar. Bal. Ange. P. & Alex.

Minor de veritate dicẽda iurare debet.

Infinitas ãplectẽda eſt.





UNED

authen.de non alie.§.finimus. Sed ar.contra infra de le.l.iij.fideicommiſſa.§.ſi quis.x.&. C.de ſacroſanct. eccle.l.fin. Solu.etiam hîc euitatur, quia taxatur: vt ſubiicit. A

a *Congruit.* vt ante & poſt poſſit taxari: vt hîc,&.j.proxi.ſic.ſ.de pac.iuriſgētiū.§.adeo. Sed videtur ꝙ nec ante nec poſt: vt.ſ.de rei vin.l.q reſtituere. quæ eſt cōtra. Sol. nō taxatur: vt ibi dicit.ſ.à lege: ſed à iudice ſic: vt hîc, &.j.l.proxi.§.j.&.ſ.ad exhib.l.iij.§.ij. &. ſ.de dolo.arbitrio.§.j.

b *Ex magna cauſa.* vt ſi iudex inueniat inſtrumēta ꝙ ad reū res pertineat: a vnde propter contumaciā iam nō eſt puniēdus: vt.j.de pe.l.eo tēpore. j.reſpō. & ſ.tit.j.admonēdi.Azo. aliàs facilè nō retractatur: vt.j.eo.l.fin.præterea ad id ꝙ dicit, poſſit id nō ſequi, vel prorſus abſoluere, & ſic iuramētum præſtitū retractari: concordat. C. de iudi. ſancimus. Sed contra dicit in authen. de iudi.§.oportet.coll. vj. vbi dicit ꝙ poſt exactum & præſtitū amplius non taxetur. Sol. quidā dicūt illam corrigere iſtā. Alij diſtinguunt b an ante ſacramentū taxauit, vt tunc poſtea taxare non poſſit: vt ibi. an non taxauit prius: & tunc taxat poſtea: vt hîc. Tu dicas ꝙ ibi in alio ſacramēto loquitur.ſ.de expēſis litis: hîc de in litē iurando. quod ergo dicitur ibi de expenſis litis, idē dicetur vt vbi defertur propter aliquā rem dubiā, vt certa efficiatur: vt.C. vnde vi.l.ſi quando. hoc autē de affectione tantū eſt. Item quod dicit hîc retractari iuramentū præſtitū, intellige niſi ſit ſecuta definitiua ſententia de re reſtituēda. tūc enim ſententia iudicis nō reuocaretur: vt.j.de re iud. imperator.&.l.Paulus.& ita nec ſacramētū. Vel dic vt.ſ.tit.j.l.admonendi. hîc autē in rei vin. ita procedit, vt iuret ſi reus dolo deſiit poſſidere: vt.ſ.de dolo.l.arbitrio.§.j. vel ſi actor nō vult rem auferri manu militari: ſed quāti in litem iurat, vult damnari reum. D

* necne velit.

† non deferre Flo.

a] Iſtud exēplū eſt bonū ad tex. dum dicit iudicē poſſe abſoluere, ſecundū Alexan.

b] Iſta non tollit cōtrariū ſecūdum Alex.

ſtatuere poſſit, vt intra certā quātitatē iuretur, ne arrepta occaſione in immēſum iuretur. quæro. Et quidē in arbitrio eſſe iudicis, deferre iuſiurandū necne * conſtat. An igitur qui poſſit iuſiurandū deferre, † idē poſſit & taxatione iuriiurando adiicere, quæritur. Arbitrio tamē bonę fidei iudicis etiā hoc congruit. a Item videndum an poſſit iudex qui detulit iuſiurandū, nō ſequi id, ſed vel prorſus abſoluere, vel etiam minoris condēnare quàm iuratū eſt. Et magis eſt vt ex magna cauſa, b & poſtea repertis probationibus poſſit. Ex culpa c autem non eſſe iuſiurandum deferendum conſtat: ſed æſtimationē d à iudice faciendā.

In actionibus in rem arbitrariis & bonę fidei iuratur in litē ſecundum taxationem iudicis, ob dolū tantū. In aliis autē actionibus ſtricti iuris non iuratur in litem, niſi quādo alia vera æſtimatio probari non poteſt. h.d. cum.l.ſeq. Diuiditur in duas partes. Primò loquitur de iuramēto in litem, quod eſt affectionis. Secundo de iuramēto in litē, quod eſt veritatis. Secunda ibi in ver. planè. Itē prima ſubdiuiditur: quia primò ponit in quibus actionibus iuratur. Secundò, quod ſit officiū iudicis in delatione iuramēti. Tertiò quod ſit eius officiū poſtquam eſt iuratū. Quartò ob quam cauſam deferatur. Secunda ibi, ſed iudex. Tertia ibi, item & ſi. Quarta ibi, ſed in his. B.

c *Ex culpa.* niſi in caſu: vt.C.eo.l.alio.

d *Aeſtimationem.* cognita veritate: vt.C.eo.l.ij.Azo.

IN *actionibus.*] CASVS. Hæc.l. quatuor habet dicta. Primum, quòd in iudicio bo.fid.& in act.ad exhibendū, & in ac.in rem iuratur in litem. Secundum, quòd iudex poterit taxare vſque ad quam quantitatem iurari debeat. Tertium, quòd propter dolum ſuum non propter culpam iurare debet. Quartum, in ſtricti iuris iudicio in litem non iuratur: præterquam in vno caſu quem ponit ln litera: puta cum mihi Stichum promiſiſti: & fuiſti in mora ſoluendi: poſtea deceſſit Stichus: intelligunt enim quidam de iurando in litem, quod eſt pro quanto nolles re carere: quod falſum eſt: ſed ad veram quantitatem rei intelligitur.

e *In rem.* vt.ſ.de rei vin.l.qui reſtituere. Et dic ꝙ impropriè dicitur actio in rem: ſed dicitur petitio: vt.j.de act.& obl.l.actio in perſonā. ſed largè hîc ponitur, vt in prædicto tit.l.actionū genera. Item nūquid in aliis realibus iuratur: vt in Publi.& Seruiana, & quaſi, & ſimilibus? Reſpon.ſic: quia dicit actionibus, in plurali numero. c &.j.de pig.ſi fundus.§.in vindicatione.& quia ſunt arbitrariæ, in quibus iuratur: vt inſtit.de act.§.præterea.

c] Iſta ratio eſt fragilis, ſecundum Alexan.

f *Ad exhibendum.* vt ſupra ad exhib.l.iij.§.ij.

g *Bonæ fidei.* vt.j.commo.l.iij.§.in hac.&.j.loca.ſi cui.§.ſi.&.ſ. de petit.heredi. ſed & ſi.§. hæc verba. & hoc in directis, non in contrariis: vt infra depoſi.l.j.§.in depoſiti quoque.&.l.ei apud. Sed ſpeciale eſt in actione ex empto: vt licèt ſit bon.fid. non tamen iuratur in ea in litem: quia venditor liberari poteſt præſtito intereſſe ſingulari: nec committit dolum: vt.j.de act.emp.l.j.in princip.&.C.de here.vel act.ven.l.qui tibi.in fin.& ideo non iuratur ad infinitum. Accur. Sed certè nulla lex vetat ſecundum

H.vt not.in ſumma huius tit. nam & aliàs venit ſingulare intereſſe in act.de dote: & in aliis ſimilibus: & tamen iuratur in litem.

h *Iudici.* vt.ſ.l.proxi.§.penul.& potes hîc dicere contrarium in authen.de iudi.§.oportet.& ſolue vt ſuperiori lege diximus.

i *Non etiam ob culpam.* ſcilicet propter leuem, vel leuiſſimam. Sed an propter latā culpā iuretur? Videtur ꝙ ſic, cum ſit ſimilis dolo: vt j.de preca.l.quęſitum. §.culpam. vnde &.ſ.ſi men.fal. mo. di.l.j.§.j. Sed tamen dico quòd nō. vt enim propter ſolam cōtumaciam quis poteſt excōmunicari, ita & poteſt iurare in litē contra aliquē propter dolū tantùm: vt. ſ.de dolo.l. arbitrio.§. j. cōparatur ergo lata culpa dolo quantū ad pecuniariū damnū perſequendū, non quantū ad corporalem pœnā: vt.j.ad.l. Cor. de ſic.l. iij. Item non quantum ad infamiam irrogandam: vt inſti.de ſuſpec. tu.§.ſuſpectus. Itē nec quātum ad iuſiurandū in litem: quia irrogat pœnam reo ex ſola voluntate iurantis. Porro in actione tutelæ eſt ſpeciale vt ſi agatur cōtra tutorem tutelæ, & ipſe tutor dolo vel lata culpa vel leui non exhibuit res vel inſtrumēta pupilli, iurari poteſt tunc cōtra eum in litem: ſed contra heredem ſuum fortè non iurabitur niſi propter dolum ſuum proprium, vel latam culpam: vt.C.de in lit.iur.l.is qui.&.l.alio iure.& ideo ibi in tractatu tutelarum ponitur hic titu. v. oſtendat quòd in ea aliquid ſeruetur ſpecialitatis. Accurſius.

* in hanc legem totūmque tractatū elegātes cōmētarios edidit Duarenus, quos vide.

v. MARCIANVS *libro quarto Regularum.*

IN * actionibus in rem, e & in ad exhibendū, f & in bonæ fidei g iudiciis in litem iuratur. Sed iudex poteſt præfinire certā ſummam vſq; ad quam iuretur. licuit enim & à primò nec deferre. Item & ſi iuratū fuerit, licet iudici h vel abſoluere, vel minoris cōdēnare. Sed in his omnibus ob dolū ſolū in litē iuratur, nō etiā ob culpā. i hęc enim iudex ęſtimat. Planè k interdū & in actione ſtricti iudicij in litem iurandum eſt: veluti ſi promiſſor Stichi morā fecerit, & Stichus deceſſerit: quia iudex ęſtimare ſine relatione l iuriſiurandi non poteſt rem quæ non extat. C

k *Planè.* hic.§.iūgitur principio huius.l.ibi: & in bonæ fidei,&c. & collige ex hac adiunctione, arbitrarias non eſſe ſtricti iudicij, cum fecerit mentionē de bonæ fidei,& de arbitrariis.& tunc aduerſatur planè, pro ſed: quaſi de aliis prorſus dicat à prædictis: & hoc ſecundū quoſdā. Sed tu dic quòd ſtricti iuris ſunt: cum non numerētur inter bonæ fid. quæ ſunt inſtit.de actio.§.actionum. Et quod dicit hîc, planè,&c. dic in ſtricti iuris, etiā quæ non ſunt arbitrarię.& ſic eſt bona aduerſatio. Nota ergo in actione ſtricti iuris iurari in tribus caſibus. Primus contra eum qui in ius vocatum vi exemit: vt.ſ.ne quis eum qui in ius vocatus eſt, vi eximat. l.pen.§.j.& eſt illud propter contemptam auctoritatem iudicis: vel propter rigorem iudicis ſeruandum. Secundus eſt in actione Fauiana, ſi non reſtituatur res alienata in fraudem patroni: vt.j. ſi quid in frau.pa.l.tenetur.§.in hac actione. nam & ſi non ſit arbitraria, d eſt tamen in rem ſcripta. Tertius eſt, ſecundum Ir.in promiſſore Stichi, qui moritur poſt moram etiam ſine dolo, ſed culpa tantùm: vt hîc. Et eſt ratio: quia iudex aliter non poteſt æſtimare corpus mortuum, cum ad nullum ſit vſum: ſed in aliis rebus ſecus: quia mortuus bos ad aliquē vſum eſt. ſed certè hoc vltimum intelligo ſecundum Azo. non de iureiurando in litem, quod cuiuſque arbitrio facit rei æſtimationem: ſed de iureiurādo quod impropriè dicitur in litem: & continet veram, id eſt communem rei æſtimationem. & hoc innuit ratio huius legis: quia iudex,&c. & de tali ſacramento loquitur.j.eo.l.cum furti. nam ſiue agatur actio.fur.quia in ad rem duplicandā vel quadruplandā habetur reſpectus, ſiue agatur condic.furtiua, defertur actori iuſiurandū ſuper quantitate rei propter inopiam probationū,& propter maleficiū conuenti: vt iuret tanti rem fuiſſe cum furtum factum ſit. nec debet adiici, eo, pluriſve,&c. vt in d. l.j.eo.cum furti. & ſic etiā defertur ſacramentum in interdicto vnde vi: vt.C.vnde vi.ſi quādo. Eſt & quartus: vt.j.re.amo.l.ſi cū dos.§.j.Accurſius. ADDITIO. Dic quòd ibi erat actio arbitraria propter præceptum iudicis contemptum. Bar. Alex.& Ia. E

Iuratur in litē quādoque in actionibus ſtricti iuris.

d] Imò eſt arbitraria, ſecundum Bar. Ang. Ale. & Iaſ.

l *Relatione.* id eſt delatione. Accurſius.

*Aliàs ſi ex.*

UNED

a Aliàs ſi ex. ſecundū eos qui dicunt in ſuperiori caſu iurari in litem: dic aliàs, id eſt quàm in prædicto caſu: & planū eſt. Sed ſecundum nos qui dicimus non in litem iurari, dic aliàs, id eſt ſi non eſt in mora: & ſic nō tenetur interitu ſpeciei ſcilicet liberatus: vt. ff. de ver. obli. ſi ex legati. Vel aliàs, id eſt pro alia re, vel eadē, ſi tamē extet.

b *Volgo præſumitur. Quam dominū.* vel quaſi: vt. ff. e. l. videamus. §. ſi tamē. Accur.

c *Si tutor.* ſ. quondā.

d *Domini.* No. domini arbitrio rem æſtimari: vt hîc, & infra re. amo. l. non enim. & l. ideoq;. & C. de Iudæ. l. nemo exterus. Accur.

* Ex tit. de procur.

*Cum furti.*] CASVS. Egi cōtra te actione furi. condemnatus eras in duplum, vel in quadruplum: & iurare debeo quātum valuit res cum mihi ſurrepta erat. qualiter enim poſſit ſciri quantum eſſet duplū vel quadruplū rei, niſi prius ſciretur eius æſtimatio? licèt quidā dicant ꝙ hîc loquitur de iuramēto in litem. vnde ponunt caſum in cōdictione furti, & non in act. furti: quia illa agi nō poſſet, quia in infinitum iuratur: & ita non poſſet duplari vel quadruplari, niſi prius ſciretur vera eius æſtimatio. imò ego debeo dicere rem meā tanti fuiſſe. neque debeo dicere, tantum valuit, & nō plus. imò ſi plus valeat: nō adiiciat, & plus. Viuia.

† Cōiūge. l. 48. loca. Vulg. incipit, ſi tutor.

* Cōiūge. l. ſi is cui 71. de fur.

† Flo. quod

e *Cum furti agitur.* id eſt cōdic. furtiua. nam furti actio pœnā tantùm perſequitur. Sed cur in ea tantum iuratur in litem, cum nec ſit arbitraria, nec ſit bonæ fidei? Reſpon. in odiū furum: vt inſtit. de ac. §. ſic itaq;. & hoc ſecundū quoſdam. vel dic ſecundū alios hominem furto ſubtractum, & apud furem mortuū hîc peti: vt ſ. eo. l. in actionibus. §. planè. ſecus ſi pro alia re condict. furtiua ageretur. Tu dic melius quòd hîc loquitur non de ſacramēto in litem, ſed de eo quod veram quantitatem rei ſubtractæ cōtinet: ſiue condict. furtiua agatur, ſiue agatur act. furti: quia & in ea habetur reſpectus ad rem. ſic & in interdicto vnde vi defertur ſacramentum: vt. C. vnde vi. l. ſi quando. ſecundum Azo.

f *Cum furtum factum ſit.* niſi & pluris res fuerit poſt: vt infra de condict. furt. l. in re furtiua. §. j.

I*N inſtrumentis.*] CASVS. Si agam contra te ad exhibitionem aliquorum inſtrumentorum, & non exhibeas: agam contra te, & iurabo in litem. Viuianus.

g *Iurare.* vt. C. ad exhiben. l. non ignorabit. & C. eo. l. alio iure.

D*E periurio.*] CASVS Petebam à te codicem meum. tu dolo malo non reſtituiſti. iuro contra te in litem, ꝙ nollē pro. x. marchis codice carere. Tu dicis, ego probabo te periurum, quia codex tantū non valet. & dicit ꝙ non audieris de facili. Viuia.

h *Ex neceſſitate.* ſ. ſibi à iudice de iure impoſita: vt. ſ. eo. videamus. §. deferre. nec enim recuſare poteſt, [a] niſi velit à lite diſcedere.

a] Imò poteſt. Barto. Aug. Pau. Ale. & Ia.

i *Facilè.* vt quia cum iuraſſet actor in litem, pro. c. marchis dicens ſe nolle re carere: affert reus rem in publicum, & non valet tantum. certè non debet quæri de periurio, ſecundum Ioan. ſed ex magna cauſa poteſt repertis probationibus poſtea: vt ſupra eo. l. videamus. §. item videndum. ſecundum Azo.

VI. PAVLVS *libro viceſimoſeptimo ad Edictum.*

A Liàs ſi ex [a] ſtipulatu vel ex teſtamento agatur, non ſolet in litem iurari.

Dominus litis debet in litem iurare, non alius. Bartolus.

VII. VLPIANVS *libro octauo ad Edictum.*

B VOlgo * præſumitur alium in litē non debere iurare, quàm dominū [b] litis. Deniq; Papinianus ait aliū non poſſe iurare, quàm eū qui litē ſuo nomine cōteſtatus eſt.

In actione tutelæ, quia eſt bonę fidei, iuratur in litem. Barto.

VIII. MARCELLVS *libro octauo Digeſtorum.*

TVtor [c] † rem adulti quā poſſidet, reſtituere ei non vult: quero vtrū quāti res eſt, an quanti in litē iuratū fuerit, condemnari debeat. Reſpōdi, non eſt æquum, C pretio, id eſt quāti res eſt, litē æſtimari: cum & cōtumacia puniēda ſit: & arbitrio potius domini [d] rei pretiū ſtatuendū ſit: poteſtate petitori in litem iurandi conceſſa.

Qui iurat rem valere centum, quæ valet plus, non eſt periurus, licèt non dicat & plus. Barto.

IX. IAVOLENVS *libro quintodecimo ex Caſſio.*

CVm furti * agitur, [e] iurari ita oportet, tanti rem fuiſſe cum furtum factum ſit: [f] non adiici, *eo, pluriſ've*: quia quo † res pluris eſt, vtique tanti eſt.

Contra non exhibentem inſtrumenta, iuratur in litem.

X. CALLISTRATVS *libro primo Quæſtionum.*

IN inſtrumētis quæ quis nō exhibet, actori permittitur in litē iurare [g] quāti ſua intereſt ea proferri, vt tāti condēnetur reus. idq; etiam diuus Cōmodus reſcripſit.

Iuramentum in litem non retractatur niſi ex cauſa. Bartolus.

XI. PAVLVS *libro tertio Reſponſorum.*

DE periurio * eius qui ex neceſſitate [h] iuris in litem iurauit, quæri facilè [i] non ſolere.

## DE CONDICTIONE cauſa data † cauſa non ſecuta.

## TITVLVS IIII.

Dati ob cauſam cauſa ſecuta ceſſat repetitio: ſecus ſi cauſa non ſit ſecuta: ſiue fuerit expreſſa, ſiue ab vtraque parte tacitè intellecta. hoc dicit. cum. l. ſeq. Barto.

I. VLPIANVS *libro viceſimoſexto ad Edictum.*

SI ob rē [k] nō inhoneſtā [l] data ſit pecunia, vt filius emāciparetur, vel ſeruus manumitteretur, vel à lite diſcedatur, cauſa ſecuta repetitio ceſſat. Si parēdi [m] cōditioni cauſa tibi dedero decē, mox repudiauero hereditatē vel legatū, poſſum condicere.

II. HERMOGENIANVS *libro ſecundo iuris Epitomarum.*

D SEd & ſi falſum teſtamentū ſine [n] ſcelere eius qui dedit, vel inofficioſum pronuntietur: veluti cauſa nō ſecuta decē repetētur. [o]

DE CONDICTIONE CAVSA, &c. *Impropriè ponitur cauſa, cum hîc tractet quando ob rem furtiuam datur: vt infra l. proxi. l. reſpon. & infra de condict. inde. damus.* A *Condictio ex mutuo, vt dixi, traxit ad ſe tractatum de iureiurādo. Nunc ordine perſequitur alias cōdictionū ſpecies. Propoſita hoc titulo appellatio hæc eſt, Cauſa data cauſa non ſecuta, ſumpta à verbis legis, vt per eam repetatur ſcilicet cauſa data, id eſt ſub cauſa vt eſt ſcriptum. l. pen. hoc tit. quod Græci,* ἐπὶ τῇ συνθήκῃ, *ſi ea cauſa ſecuta non ſit. Cauſa do, quod do vt Romā eas. Cauſa non ſequitur ſi non Romam eas. eadē dicitur etiā cōdictio ob cauſam vel cōdictio ob rem dati re nō ſecuta, ſimilis condictioni ex mutuo, vel potius cōdictio ex promutuo. quid enim aliud eſt quod ob rē datur quā prorogatio ſiue datio in anteceſſum? Omnis aūt prorogatio, promutuū. Cuiac.*

S*I ob rem.*] CASVS. Dedi tibi codicē vt quid faceres. feciſti. nō poſſum repetere. [SED SI PARENDI.] Pater deceſſit me herede inſtituto, ſi decē darē. vel filium inſtituit heredē: & fundū mihi legauit, ſi heredi eidē. x. darē antequā adirē here. vel antequā caperē legatum. poſtea repudio her. vel legatum. Dicit ꝙ. x. repetere poſſum. Sed pone ꝙ illa vltima voluntas, in qua heres fui inſtitutus, vel legatū fuit mihi relictum, defecerit. vel defecit facto meo: & non repetam. aut non: & tunc repetam. hoc dicit cū. l. ſeq.

* Paulus ſignificat, eū qui deferēte aduerſario peierauit, facilius extraordinem puniri. l. 21. & ſeq. ſ. de dol. quā cui iudex detulit iuſiurandū. Ille enim ex coerciōne voluntaria iurat, hîc iurare interdū cogitur, à quo iudex exigit iuſiurandum. l. in actionib. §. planè hîc.

† Sic Flo. & hîc, & in indice, & ſic etiā in omnibus manuſcr. nimium audaces ſunt qui pro data, emēdare præſumunt dati. nā cauſam pro eo quod ob cauſam datur accipi, poſſum obſeruare licet.

k *Si ob rem.* ſcilicet furtiuam: vt in exemplo ſubiicit.

l *Inhoneſtam.* alioquin ceſſat repetitio: vt. C. de condic. ob tur. cauſam. l. cum te. Accur.

m *Si parendi.* ſicut cauſæ expreſſæ defectus parit actionem hanc: vt. ſ. proxi. reſpon. ita tacita deficiens: vt hîc, & ff. de condic. inde. l. in ſumma. §. ſed & agere. inerat enim hîc tacita quædā cauſa. ſ. ſi non haberem legatum vel hereditatē, repeterē quod dedi: & hoc inerat vtriq; noſtrum. ſecus ſi cauſa ineſt tantùm danti, & eam nō exprimit: quia tunc licèt illa deficiat, repetere nō poteſt: vt. C. eo. l. ſi repetendi. ſic & ineſt tacita cauſa in donatione cauſa mortis. ſcilicet ſi conualuero: vt. ff. de do. cauſa mor. ſenatus. §. j. & alibi. ff. eo. ſi extraneus. & l. cum quis. & ff. de col. bo. l. prætor. §. emancipatus. & ff. eo. ſi filius. ei autem quod hîc dicit hereditatem poſſe repudiari etiam impleta conditione, eſt cōtra. ff. de here. inſtit. iam dubitari. §. ſi. & de condi. & de. l. cōditionibus. Sol. ſecus eſt in ſuo: quia E impleta ab eo conditione, pro purè inſtituto habetur, ideoque ſtatim eſt heres ipſo iure: vt ibi. hîc autem de extraneo, pro quo facit. ff. l. proxi. in prin. in eo quod dicit inoffi. & ſic extraneus inſtitutus, & filius exheredatus erat. vel dic hereditatem non poſſe repudiari impleta conditione eo animo, vt ſit heres: vt ibi. ſi verò vt puram redderet inſtitutionem, poteſt repudiare: vt hîc, & ff. de acq. hered. l. Antiſtius. & de condi. inſtit. l. ſi quis ita hereditatem. vel diſtingue vt inſtit. de here. quali. & differen. §. penul.

n S*ed & ſi falſum. Scelere.* in falſo committendo adhibito. Acc.

o *Repetentur.* cum inopinata hæc eueniant: vt hîc, & ſ. de interroga. act. l. de ætate. §. ex cauſa. & ſ. de inoffic. teſta. ſi ſub hac. Item not. in hac. l. argu. quòd ſi mulier ſciat matrimonium nullum, & dedit pecuniam in dotem, non poſſit eam repetere: licèt P. dixerit contra. arg. eius quod eſt. ff. de condic. ſine cauſa. l. fin. ſed certè ibi deliquit errando in iure. Idem multo magis ſi erraret in facto. & ita poteſt intelligi quod eſt. C. eo. l. j. ſecus ſi ſciret

UNED

ius & factum:quia tunc non repetit:vt dixi.præterea in.l.prædicta de condic.ſine cauſa,nec ſecutum fuit matrimoniũ de facto.

DEdi.] CASVS. Tibi.x.dedi, vt non moueres mihi quæſtionem ſuper quodã fundo.in craſtino tibi dixi : timeo ne adhuc mihi quæſtionẽ moueas. te mihi non moturũ quæſtionem non cauiſti. an poſſum repetere quod dedi? dicit ꝙ refert quid actũ ſit : quia ſi conuenerit mihi cauere, & cautũ non ſit:cõpetit repetitio. Si autẽ tãtùm promiſſum eſt ꝙ tibi quæſtio nõ mouebitur, nõ competit repetitio interim quòd quęſtio nõ tibi mouebitur. Item ſi tibi dedi. x. vt manumitteres ſeruum : ſi nõ manumittas , vel me pœniteat,repetere poſſum.[QVOD SI.]Dedi tibi.x. vt intra certũ tẽpus manumitteres. tẽpus elapſum nõ eſt. repetere non poſſum: niſi fortè pœniteã. Sed pone ꝙ deceſſerit Stichus:nunquid cõpetit repetitio? Dicit ꝙ ſic.ſi ante tẽpus deceſſit, nõ poſſum repetere. imò ſi non dedi, cõueni tamen vt darem : habet actionem ad illud etiã ex quo deceſſit ante tẽpus quo manumittere debuiſti.[SI LIBER.] Homo liber mihi ſeruiebat cũ credebat ſe ſeruũ eſſe. dedit mihi. v.vt eum manumitterẽ. manumiſi de facto. poſtea perpendit ſe liberũ . an repetere poſſit,quæritur.Et dicit ꝙ ſic.& inde ponit exemplũ. [SI QVIS.] Deceſſit quis : libertatẽ reliquit ſeruo ſuo. ipſe qui credebat ſibi relictã ſub conditione, ſcilicet ſi. xx. daret heredi inſtituto, dedit. x. an repetere poſſit quæritur.Dicit iuriſcon. ſe audiuiſſe à patre ſuo,ꝙ repetere non poſſit.filius econuerſo,ꝙ ſic.nec obſtat obiectio quam pater pro ſe induxit,quòd ſi dedi tibi quia credebam quòd eſſes mihi amicus,& ſi non ſis,tamen mihi non cõpetit repetitio.iſta ratio non obſtat. [SVBTILIVS.] Deceſſit aliquis, & filiũ ſuum inſtituit heredem. ſeruo ſuo peculium legauit , & libertatẽ ſi.x.daret heredi.poſtea in codicillis purè reliquit libertatẽ.ſeruus hoc ignorans x. ſoluit. nummos accipientis non facit : quia non tradidit eos ac ſi eſſent ſerui proprij , ſed proprios heredis putans tradidit.& hoc probat per ſimile , quòd ſi nummos meos quaſi tuos tibi numero,non facio accipientis.poſtea mutat caſum,quia iſti ſeruo relicta fuit libertas purè, & credebat ſibi relictam ſub cõditione ſi.x.daret cuidam extraneo : nec fuit ei legatũ peculium, ſicut in caſu præcedenti. dicit quòd ſi pecuniã ſoluat, ſcilicet de peculio , non facit accipientis. cæterùm ſi alius pro eo vel liber ipſe factus,bene facit accipientis.[QVAMQVAM.] Dicit quòd ſtatuliber poteſt pecuniã ſoluendo peculiarem adimplere conditionem, ſub qua eſt ei libertas relicta:veruntamen heres poterit prohibere ne ſoluat : & tunc nihilominus poterit peruenire ad libertatem. Ille autem cui ſolui debẽt nummi,habebit actionem in factum cõtra heredem, vt voluntati defuncti ſatisfaciat.

Si pecunia datur ne quis ad iudicẽ euocetur, nõ poteſt repeti, licèt de nõ vocãdo nõ caueatur:ſecus ſi ad iudicẽ quis vocetur. Bar.

III. VLPIANVS *libro vicenſimoſexto ad Edictum.*

DEdi tibi pecuniam ne ad iudicẽ iretur.[a] quaſi decidi.[b] an poſſim condicere ſi mihi non caueatur , ad iudicem non iri ? Et B eſt verum , multũ intereſſe vtrum ob hoc ſolum dedi, ne eatur:an vt & mihi repromittatur non iri . Si ob hoc, vt & repromittatur, condici poterit ſi non repromittatur. ſi vt ne eatur , condictio ceſſat[c] quamdiu non itur.

Si do pecuniã vt Stichũ manumittas, non poteſt repeti : quia nõ cauetur de manumittendo , niſi fuerit actum : ſed poteſt repeti ſi dantem pœniteat, vel non manumittatur:niſi qui debebat manumittere, caſu fuerit impeditus.

Idem erit & ſi tibi dedero[d] ne Stichũ manumittas. nam ſecundum diſtinctionẽ ſupraſcriptam aut admittẽda erit repetitio,[e] aut inhibenda.[f] Sed ſi tibi[g] dedero vt Stichum manumittas:ſi[h] non facis, poſſum condicere.aut ſi me pœniteat, cõdicere poſſum. Quid ſi ita dedi, vt intra certum tempus manumittas? ſin nondum tempus præterierit, inhibenda erit repetitio,[i] niſi* pœniteat.quòd ſi præteriit, condici[k] poterit.Sed ſi Stichus deceſſerit , an repeti quod datum eſt poſſit ? Proculus ait , ſi poſt id temporis deceſſerit quo manumitti potuit ,[l] repetitionẽ eſſe.ſi minus, ceſſare.[m] Quinimò & ſi nihil tibi dedi vt manumitteres , placuerat tamen[n] vt darem, vltro† tibi competere actionem quæ ex hoc contractu naſcitur , id eſt condictionem ,[o] defuncto[p] quoque eo.

Si cauſa ob quã datur, ſequatur de factu , nõ de iure, competit repetitio : nec diſtinguitur ſciens an ignorans quis receperit. Bartolus.

Si liber homo qui bona fide ſeruiebat, mihi pecuniam dederit vt eum manumittam , & fecero ,[q] C poſtea liber probatus an mihi cõdicere poſſit , quæritur. Et Iulianus libro vndecimo Digeſtòrum ſcribit competere manumiſſo repetitionem.[r] Neratius etiã libro Membranarum refert , Paridem pantomimum à Domitia Neronis filia* decem quæ ei pro libertate dederat, repetiſſe per iudicẽ: nec fuiſſe quæſitum an Domitia ſciens liberum accepiſſet.[ſ]

a *Iretur*. id eſt ne tu ires. Accurſius.

b *Quaſi decidi*. id eſt rei veritate decidi.expreſſiuum eſt enim veritatis:& ita non habet locũ pœnitẽtia:vt.C.de tranſac.l.quamuis.&.ĩ.de condict.inde.l.eleganter.§.penul.in fin.Accur.

c *Condictio ceſſat*. videbatur contrarium : tum quia ſemper ante diem videtur poſſe peti cautio : vt.ſ̃.de iudi.l.in omnibus. Tum quia expreſſè quando conſiſtit negotium in non faciendo ,[a] ſicut hîc erat , dicit lex interponi cautionem : vt infra de condit. & demon. l. Mutianæ. quæ ſunt contra. Sed prima loquitur in dandis : vel nõ fuit hæc conditio expreſſa : & ſic poteſt peti cau-

a] Reprobatur p Bart. & vide per eũ & Ia. hic.

A tio : non tamen condictio cõpetit. Secunda in relictis in vltima voluntate.Item contra.ĩ.eo.ſi pecuniã.§.planè.Sol.vt ibi.Acc.

d *Dedero*. ſcilicet pecuniam.

e *Repetitio*. ſi non manumiſeris.

f *Inhibẽda*.ſi manumiſeris.Vel dic ꝙ dedi vt manumittas ad diẽ: & prius volo agere ad cautionẽ quòd aduenięte die manumittas: qđ poſſum ſi hoc fuerit dictum:nõ aliter.& ſic bene cõſonat cum ſuperiori caſu.Acc.

* niſi me.

g *Sed ſi tibi*. ſ̃. locutus eſt ſi. x. dedi vt Stichũ manumittas, vel repromittas de manumittẽdo : nũc autem repetit ſolummodo primũ caſum , vt plura det exẽpla : & caſus ponit in quib9 datur repetitio.

† Vltro, id eſt priori.ſic accipitur .l. I.vti poſſide. & Donatus ita interpretatur ad illud Terẽtij, Sed his vltro arrideo.

h *Si non*. id eſt quia non.Accurſius.

i *Repetitio* . ob hoc quòd non ſit : ſed propter pœnitentiam dari poſſet : vt ſubiicit.

k *Cõdici poterit*.Ex hoc dicũt quidã quòd mora inducit hanc actionem:quod falſum eſt: imò ceſſatio cauſæ : vt ĩ.tit. j.l. j.§. ob rẽ. Sed nõne die præterita ſuccedit conſtitutio,& facit eum liberum : & ſic non repetit : vt. C. ſi man. ita fuer . alie . vt ma.l.ſi is. quæ eſt contra ? Sed ibi tanquam pretium pecunia data fuit:hîc nõ, ſed vt ſpecies : vel hîc non erat ſeruus eius qui manumittere debebat:vnde non ſuccedit conſtitutio,ne fieret iniuria domino : vel non poterat manumitti. Et ſic etiam non ob.quod eſt.ĩ.eo.ſi pecuniam.§.j.in fin.§.Accur.

* Nõ filiam, ſed amicam fuiſſe Neronis, ſcribit Tacit.lib.13.

D l *Potuit*. & debuit.Accurſius.

m *Ceſſare*. niſi pœniteam ſecundũ quoſdam. ſed hoc falſum eſt: & aliter diſtinguitur.ĩ.eo.ſi pecuniam.§.ſed vbi.Accur.

n *Placuerat tamen*. inter me & te.

o *Condictionem*.Si loquitur de certi condictione generali, planũ eſt:ſi de condic.ob cauſam, mirabile videtur : quia ea nõ reperitur dari ad id quod debuiſti dare:ſed ad repetendũ quod eſt datum:vt.ĩ.de re.permu.l.j.in fin.niſi in caſu:vt.ĩ.eo.ſi pecuniã.§. item ſi quis.&.§.ſed & ſi acceperit.Dic ergo de condic. generali loqui:vt dixi.Vel dic,[b] de act.præſcri.ver.quia illa intereſſe proſequitur,& id quod debuit dari vel fieri:vt.ĩ.de præſcri.ver.l.ob eam.& quod dicit condictionẽ,id eſt perſonalẽ actionẽ, ſcilicet præſcri.verb.Nam omnis perſonalis dicitur cõdictio:vt inſti.de act.§.ſic itaq;.Sed ſiue dicas dari condictionẽ certi generalẽ,ſiue præſcri.verb.eſt cõtra.C.de dolo.l.cum proponas.vbi dicit dari de dolo,quæ in ſubſidiũ datur cum alia non ſupereſt. Sol.prout E hîc datur condictio,non erit cõtraria:quia hęc genus,illa ſpecies eſt : & genus ſpeciem nõ excludit. prout diceres dari præſcriptis verbis, dicas quòd hîc fuit do vt facias : & quòd dicit hîc vt darem,dices.ſcilicet primò,ſecundũ hoc. Ibi autẽ fuit facio vt des: ex quo dolo datur : vt.ĩ.de præſcriptis verbis.naturalis.§. quod ſi faciam.& ita condictio ob cauſam non habet locum. Accur.

p] Approbatur cõmuniter per Barto. Alexan. & Ia.

p *Defuncto*. eo ſeruo, non ſolùm eo viuo : & hoc ſi diſtracturus eras,non aliàs : vt infra eo.ſi pecuniam.§.ſed vbi.

q *Et fecero*. ſcilicet de facto.Accurſius.

r *Repetitionem*. vt. C.eo. cum ancillam. &.l.ſi liber. & arg.ĩ.de condic.inde.l.ſi.j.reſpon. Hæc autẽ ſunt vera niſi dederit de peculio quod ad eum pertinebat : vt.ĩ. man.ſi procuratorem.§.ſi liber homo. Item not. hîc argu.quòd nil refert non fiat aliquid, vel non de iure fiat : vel ſic , non fieri niſi quod de iure fit. ſic.ĩ. proxi.§.&.C.ſi man.ita fue.alie.vt manumit.l.ea lege.

ſ *Accepiſſet*.ergo & ignorãs tenetur.Et nota hîc argumẽtum,ꝙ vbi lex

UNED

vbi lex non diſtinguit,nec nos:vt diximus.ſ.de offic.præſi.l.iij.
a *Non eſſet*.à teſtatore. Azo.imò purè relicta erat libertas.
b *Poſſe*. Not. filium corrigere patrem. Sed contra in authen. de nupt.§.& ita certa.colla.iij.ſed ibi in adminiſtratione rerum:hîc autem in iure:in quo non videtur fieri iniuria maioribus,ſi à minoribꝰ melius dicatur: vt.C. de offic.rec.prouin.l.potioris.Sed qua actione repetitur? Reſpon.ſecundū Io.condict.ſine cauſa.An autē hæc condictio. ſcilicet ob cauſam, competat? Videtur quòd nō:quia nō eſt hîc defectus cauſæ propter quā cauſam data eſt pecunia. ſcilicet libertatis : vtpote cum directā habeat libertatē ipſo iure, ſicut fuit relicta. Ecōtra videtur ꝙ ſic ſi ponas fideicōmiſſariā libertatē relictā ſub condit.dandorū decē:quæ conditio poſtea codicillis eſt adēpta.vnde ipſe ignorans dedit hæc decem vtmanumitteretur.ſed certè nec hoc videtur habere locum:quia ſecuta eſt cauſa propter quam dedit:quia eſt liber per manumiſſionē heredis, qui prius non erat.Dic ergo ſecundū Azo.in fideicommiſſis tantū condic.ſine cauſa cōpetere.ſed in directa dicas condictio.ob cauſam & ſine cauſa cōpetere.nam nō ſufficit eū liberū:ſed oportet ab eo vel propter eam datione liberum eſſe: vt.ſ.§. proxi.&.l.j.§. ſi parendi. nec ob. quod dicitur.ȷ̄. de ver. obli.l.cum ſeruus. ſ. ꝙ ſufficit vndecunq; habeat libertatē:quia intelligitur ſi modò habeat per eū cui pecunia eſt data ſiue promiſſa. indebiti autem condictio locum non habet: quia ſciebat ſe nō obligatum, licèt ſic ſcriptum eſſet in teſtamento. illud etiam poteſt dici,vt detur rei vind.vt diſtinguitur.ȷ̄.eo.§.ſubtilius.

Filius corrigit patrem.

† Not. ſecūdū Bal.quòd æquitas naturalis iſpici tur penes effectum, & cauſam finalem hoc etiā addito,quòd æquitas eſt attēdere potius ſenſum quàm verba. Bolog.

* qui dedit eum ſe

Si pecunia datur vt aliquid ex certa cauſa ſequatur, ſi illud poſtea ſequitur, non tamen ex eadem cauſa cōpetit repetitio. Item defectus cauſæ à dante tantùm in mente retentus, hanc condictionem non parit.Bartolus.

A Si quis quaſi ſtatuliber mihi decem dederit,cū iuſſus non eſſet, [a] condicere eum decē Celſus ſcribit. Sed ſi ſeruus qui teſtamento heredi iuſſus erat decem dare, & liber eſſe, codicillis purè libertatē acceperit, & id ignorans dederit heredi decē,an repetere poſſit? Et refert patrē ſuū Celſum exiſtimaſſe repetere eū nō poſſe. [b] Sed ipſe Celſus naturali æquitate † motus putat repeti poſſe. quæ ſententia verior eſt:quamquā [c] cōſtet (vt & ipſe ait [d]) eū qui dedit ea ſpe,quòd ſe ab eo qui acceperit, remunerari exiſtimaret, vel amiciorem ſibi eſſe eum futurum : repetere non poſſe, [e] opinione falſa deceptum.

Si quod meum eſt, tibi trado tanquam tuum : non transfero dominium. Bartolus.

Subtilius quoque illud tractat, an ille qui * ſe ſtatuliberū putauerit, [f] nec fecerit nummos accipientis,quoniā heredi dedit quaſi ipſius heredis nummos daturus, non quaſi ſuos, qui vtique ipſius fuerunt, adquiſiti ſcilicet poſt libertatem ei ex teſtamento cōpetentem.Et puto,ſi hoc animo dedit,nō fieri ipſius. [g] Nam & cum tibi nummos meos quaſi tuos do, non facio tuos.[h] Quid ergo ſi hic non heredi, ſed alij dedit, cui putabat [i] ſe iuſſum? Si quidem peculiares [k] dedit, nec fecit accipientis. Si autem alius pro eo dedit, aut ipſe dedit [l] iam liber factus, fient accipientis. [m]

B Habetur conditio pro impleta, quando is qui implere debet, impeditur facto eius qui ex implemento tenetur.Bartolus.

Quanquā permiſſum ſit ſtatulibero [n] etiā de peculio dare implendæ conditionis [o] cauſa,ſi tamen vult heres nūmos ſaluos facere, poteſt eum vetare † dare. [p] Sic enim fiet, vt & ſtatuliber perueniat ad libertatē quaſi impleta conditione [q] cui parere prohibitus eſt:& nummi nō peribunt.ſed is quē teſtator accipere voluit,aduerſus heredem [r] in factū actione agere poteſt,vt teſtatori pareatur.

C Si cauſa propter quam debitor liberatur,non impletur : agitur vt in priſtinam obligationem reponatur.Bartolus.

IIII. IDEM *libro trigenſimonono ad Edictum.*

Si quis accepto tulerit debitori ſuo, cum conueniret vt expromiſſorem daret, nec ille det, poteſt dici condici poſſe [ſ] ei qui accepto ſit liberatus.

D In cōtractibus innominatis,puta do vt facias : ſi tu nō es in mora faciendi, nō poſſum repetere per condictionē ob cauſam,ex capite cauſę nō ſecutæ:ſed ex capite pœnitētiæ ſic,ſi res omnino erat integra:ſecus ſi nō:quia nō poſſum repetere niſi te conſeruē indemnem de eo quod feciſti. h. d.vſque ad.§.ſi ſeruum.Barto.

v. IDEM *libro ſecundo Diſputationum.*

c *Quamquam*. hac ratione videbatur confirmari ſententia Celſi patris.Accurſius.
d *Ait*. Celſus filius.
e *Non poſſe*.vt.C.eo.ſi repetēdi.& arg.C.de nup.imperialis.§.ſed & ſi tales.eſt enim talis datio ſimplex donatio,ſicut ſi darē tibi.x. ſcilicet vt caligas emeres tibi : vt.ȷ̄.de do. inter vi. & vxo. ſed ſi mors.§.ſi.&.ȷ̄.de condit.& de.Titio.j.reſpon. Sed arg.contra.ȷ̄. de pigne.act.l.ſi quaſi.ADDITIO. Ibi cauſa tacita ſubintelligebatur ab vtraque parte:hîc verò ab vna tantum ſecundum Bart.
f *Putauit*. cum eſſet ei in codicillis poſtea purè libertas relicta, peculiūq; ei legatū:vnde factus eſt liber adita hereditate,& peculiū ſuū.Vel dic etiā non legatū:ſed poſtea quæſitos nūmos dare.
g *Non fieri ipſius* . dabitur ergo vindicatio, ſi extant : & condictio, ſi conſumpti ſunt.
h *Non facio tuos*.paro [a] tamē tibi cauſam vſucapiēdi:vt.ȷ̄.de vſucap.l.ſi per errorē.&.ȷ̄.de acqui.poſ. Pomponius.§.ſi iuſſu.Azo.
i *Putabat*.non tamen erat: quia nō intelligitur iuſſus,qui poſtea fuit in codicillis releuatus : alioquin fierent eius: vt.ſ. ſi cer. pe.eius qui.§.quas verò.&.ȷ̄.de ſtatulib.l.ij.Io.& Accur.
k *Peculiares*. non legatos : cum nec ſtatuliber erat.nam tunc tacitè [b] videtur legatum.Accurſius.

a] Nihil eſt. imò iſtud dictum gl. eſt cōtra regulam l.clauibus.ȷ̄.de cōtrahē. emp. & ven.
b] Nihil eſt

l *Aut ipſe dedit*. ſcilicet pecuniam ab alio ſibi datam vt daret cauſa implendæ conditionis.Accurſius.
m *Accipientis*. & condicet : vt ſupra.§.ſi quis quaſi.
n *Statulibero*. ſcilicet verè:ſed in putatiuo contra:vt.ſ.proxi.§.
o *Conditionis*.ſ. tam heredi,quàm extraneo cui ſit dare iuſſus:vt ȷ̄. de ſtatulib.l.iij.§. & parui.& ſupra fami.erciſ.ſi filia.§.fin.
p *Dare*.imò videtur ꝙ etiā eo inuito dare poſſit : vt. ȷ̄. de ſtatulib. ſi peculiū.§. de illo. quæ eſt contra. Sol.ibi ſolo verbo prohibuit : hîc etiā de facto vetuit.Io. hoc non valet:quia eo inuito non dat : & qui accipit, pro poſſeſſore poſſideret:vt.ȷ̄. de cōdit. & de.l. ſi inuitus. Dic ergo quòd in.l.cōtraria erat ei prælegatū peculium : & ideo eo inuito dare poteſt : vt ex principio eiuſdem legis patet.
q *Conditione*.No.cōditionem haberi pro impleta,ex quo nō remanet per eum qui eam vult adimplere:vt hîc, &.ȷ̄. de condit. & demon.l. iure ciuili.& in aut.vt exact.inſtan.do. §.ſi.col.vij.Accur.
r *Heredem*. recta via: vt argu. ȷ̄. de condict. inde.l. dominus teſtamēto.non autē contra ſtatuliberum : vt.ȷ̄. de le.j.plane.§.ſi.&.l.ſeq. Sed ſecundū hoc quomodo nummi erūt ſalui heredi? Reſpō. quia ſui ſunt : nec eos præciſè dare tenetur : ſed ad tātum in genere tenetur. & ita parum eſt vtile [c] ei hoc conſiliū. Et not.ſubueniri ei cui eſt danda. non autem ſic ſubuenitur contra heredē qui omiſit hereditatem ex teſtamēto, & tenet ab inteſtato : vt. ȷ̄. ſi quis omiſ. cauſa teſt. ſi quis ſub conditione. Sed quare hîc non habet actionem ex teſtamento? Reſpon.quia à teſtatore non eſt ei relictum ſecundum Ioan.

quia contra l.1. C. de pe. eius qui liber. meruit. Ale. & Ia.

† Niſi peculium legatū ſit ſeruo. tū enim inuito herede nūmos dare poteſt.l.ſi peculium §. de illo.ȷ̄.de ſtatu lib.

c] Imò bo- teſt eſſe vtile dupliciter. Primò,quādo tertius nūquam ageret. Secundò, ſi heres eſſet creditor illius tertij naturaliter poſſet opponere cōpēſationē: quod tamen non poſſet quādo eſſent ſoluti, ſecūdū.Ale.& Ia.

*Si quis*.] CASVS. Debebas mihi.x.accepto tuli tibi,vt aliū debitorem mihi des,qui pecuniā promitteret. nō vis mihi dare illum expromiſſorem. cōdicere poſſum vt te reponas in priſtinā obligationem,& liberationem tibi factam condicere poſſum.
ſ *Condici poſſe*. ſ.liberationē:vt ſic reponat ſe in priorem obligationē : & hoc cum in diem vel cōditionalis eſt obligatio:vt hîc, E &.ſ.quod me. cauſa.l. metū.§. ex hac. alioquin ſi erat pura,ipſa pecunia condicitur ſecundum Io. vt.ȷ̄.eo.ſi mulier. Sed videtur nunquā agi ad hoc vt in priorē obligationē reponatur, ſed tantum vt fiat quod conuenit, & per actionē præſcriptis verbis : vt ȷ̄.de præſcrip.verb.l.ob eam cauſam.quæ eſt contra.Sol. Diſtingue vtrū debitum ſit liquidū,necne:& ſi liquidū ſit,prior inſtauratur : vt hîc, ſi non agitur præſcriptis verbis, vt.ȷ̄.de his quæ in frau.cre.ait prætor.§.ſi cōditionalis.Sed hoc non placet:quia & ſi agat præſcriptis verbis, probat tamē liquidum ſuum intereſſe. Subaudi ergo ibi,tantū : quia & ad veterē agit, vt hîc, & vt promiſſa præſtetur, vt ibi. Vel hîc promiſit expromiſſorē in genere: ibi certum, puta Titium. Item opponitur:quia prima obligatio videtur non extincta : & ſic non debet agi condictione. nam tacita conditio ineſſe videtur, ſi expromiſſorem det. ſic & aliàs, vt infra de iure do.licet.j. reſpon. Sed dico ibi aliud eſſe : quia ibi à

UNED

lege intelligitur ineſſe tacita conditio: vt.j.de iure do. ſtipulationẽ.at hic non,niſi exprimatur:& ſi exprimat,tunc eſſet inutilis acceptilatio:qui non recipit diem vel conditionẽ expreſſam: Sed vt.j. de reg.iur.l.actus.&.j.de acceptil.l.acceptilatio.Acc.

SI pecuniam.] CASVS. Dedi tibi pecuniã,vt ires Romã:accepta pecunia paraſti te ad eundũ:emiſti cappã,& alia.per fortuitũ caſum fuiſti impeditus,& per te nõ ſtetit quò minus ires. an pecu. repetere poſſim,quæritur.Et videtur ꝙ non : quia per te non ſtat quò minus eas : verius tamẽ eſt,vt ſi aliquid de pecunia ſuperſit deductis expẽſis tuis, condicere poſſim reſiduũ.[SI SERVVM.] Dedi tibi ſeruum meum, vt manumitteres vſq; ad diem certum.pœnitui.ſi manumiſiſti poſt pœnitẽtiam, cum certioratus fuiſti,manumiſſio facit eũ liberũ:ſed ad intereſſe agã propter certiorationẽ : vel ad ipſum ſeruum, cum de facto tãtum ſit manumiſſus. [ITEM SI QVIS.] Dedi tibi decẽ vt ſeruũ Titij emeres,& manumitteres. ſi emiſti, & pœniteat me:aut antequam emeres,aut poſt.primo caſu condicã, ſecundo nõ.Si verò ſeruus iſte antequã debebat manumitti,deceſſerit : nihil præſtabit is qui pecuniã ob manumiſſionem accepit. Si autẽ fugit ſine culpa eius qui eum redemit:nõ tenebitur redẽptor ſerui, debet tamen promittere ſeruum reſtituere,ſi in eius poteſtatẽ reuerſus fuerit. Cætera plana ſunt vſque ad.l.ſi extraneus. Viuianus.

†Facit gl.ſuper verb. aſſumatis. in c.cum inter vniuerſas. ante med. glo.&. c.in cauſis. cum glo. ſuper ver. integra. extra de elec.

SI pecuniam ideo acceperis [a] vt Capuam eas, deinde parato [b] tibi ad proficiſcendum conditio temporis vel valetudinis impedimento fuerit quò minus proficiſcereris,an condici poſſit, [c] videndũ.& cum per te nõ ſteterit, [d] poteſt dici [e] repetitionẽ ceſſare. Sed cum liceat pœnitere [f] † ei qui dedit, proculdubio [g] repetetur [h] id quod datum eſt:niſi fortè tua interſit nõ accepiſſe te ob hãc cauſam pecuniã. Nam ſi ita res ſe habeat, vt licèt nõdum profectus ſis,ita tamẽ rem cõpoſueris,vt neceſſe habeas [i] proficiſci,vel ſumptus qui neceſſarij fuerũt ad profectionem,iam feciſti, [k] vt manifeſtum ſit te plus fortè [l] quàm accepiſti erogaſſe, condictio ceſſabit. Sed ſi minus erogatum ſit, condictio locum habebit: [m] ita tamen, vt indemnitas tibi præſtetur eius quod expendiſti.

In contractibus innominatis ſi res eſt integra, ſiue aliquid cœptũ ſit, vel deſierit poſtea fieri facto tertij, vel caſu:ex pœnitẽtia datur cõdictio ei qui ex parte ſua impleuit: dũmodo indemnitati aduerſarij cõſulatur ſi quod damnũ occaſione illius contractus incurrit. h.d.vſque ad ſi. Diuide: quia primò loquitur quãdo quis dedit pecuniam vt ſeruum manumitteret. ſecundò quando quis dedit pecuniã vt ſeruus accipientis manumittatur. ſecũda in.§. item ſi quis. tertia in.§.ſed ſi acceperit. Bart.

Si ſeruum [n] quis tradiderit alicui ita vt ab eo intra certum tempus manumitteretur, ſi pœnituerit eũ qui tradiderit, & ſuper hoc eum certiorauerit,& fuerit manu miſſus poſt pœnitẽtiam : attamen actio propter pœnitentiam competit [o] ei qui dedit. Planè ſi non manumiſerit,conſtitutio [p] ſucce-

nõ legitimè: vt.s̃.eo.dedi.§.ſi liber homo.&.§.ſi quis quaſi.Item tertio mora ſecundũ quoſdã: vt.s̃.l.iij.§.ſed ſi tibi.quod nõ placet : quia iſtud cõtinetur ſub defectu cauſæ. In ſi.no.ad quid datur.& certè ad datum,ſi ſpecies eſt : vt.j.de re. permu.l.j.in ſi. Si verò quãtitas,ad tantundẽ,vel ipſum:vt.j.tit.ij.quod per errorẽ.& ſic eſt hic.Itẽ ad fructus: [b] vt.j.eo.qui ſe. §. ſi. nõ ad acceſſiones ciuiles:vt ar.C.de condic.inde.l.j.itẽ res quaſi data : vt.§.itẽ ſi quis. ibi,ſed pro.x.& cętera. Itẽ dic interpretatiuè datum:vt.j.l.ſi mulier.&.s̃.l.proxi. ſi pecunia pro debebatur:vt ibi dixi. An autem ecõtra ad id quod dare conuenit? Videtur ꝙ ſic:vt s̃.l.iij.§.j. in fin. ſed dic vt ibi. ADDITIO. Dic quòd non : ſed bene datur actio præſcriptis verbis : vt ibi per gloſ. & Bart.

b] No.quòd agens condic. ob cau. conſequitur fructus,& acceſſiones naturales Bolo.

g *Proculdubio.* hîc nihil expendit, ſed.j.proxi. totũ in tertio pro parte expendit. Accur.

h *Repetetur.* imò videtur ꝙ non : vt.j. loc.l. qui operas. in princ.& §.j.quæ eſt contra.Sol. ibi in contractu nominato, vbi pœnitentia non habet locum : hîc in innominato.nam fuit pecunia data vt ſpecies.vel ſi vt quantitas,non cõſueuerat iſte ſic ſua operas locare : vnde non eſt locatio : vt.j.de præſcrip.ver.naturalis.§.at cum do.ſecundum Azo. eadem ratione nec donatio poteſt reuocari per pœnitentiã:quia eſt hodie nominatus contractus : vt inſtitu. de dona.§.aliæ. Alij dicunt referre cuius gratia debuit iſte ire:vtriuſque, vel alterius tantum.vel hîc repeto,quia nil tibi abeſt:ibi abeſt,quia inimicitiam aduerſarij incurriſti. Item quia fortè tantundem accepiſſes ab aduerſario. Vel diſtingue ſecundũ H. an fortuitus caſus contingat in perſonã eius qui conduxit,vt ibi:an eius qui locauit,vt hîc.ſi in perſonã conducentis, nihilo minus tenetur mercedem præſtare.ſi in perſonã locatoris,non:vt hîc,& arg.j.loca. ſi vno. §.item cum.Sed hoc fallit in duobus caſibus.j.de ſtatulibe.cum heres. §. Stichus.& de var. cog.l. prima.§.penult. & ſecundum hanc diſtinctionem eſt ſolutum contrarium.C.eo.l.penult.

i *Neceſſe habeas.* vt quia iuraſti. Acc. ADDITIO. Singu.eſt iſta gl. ſecundum Iaſo.in.§.actionum.inſtit.de act.ad limitationẽ illius regulæ quę habet ꝙ in obligatione facti loco liberationis ſuccedit intereſſe.fallit ſingulariter vt hîc,ſi iuratũ fuerit:quia iuratio operatur vt cogatur præciſè ad factũ.& illã ſing.dicit in.viij.col.

k *Feciſti.* expendendo pro rebus neceſſariis ad iter. nunquid hoc caſu ipſas res emptas poterit condicere? Reſpon. ſic : vt infra ea.l.§.ſed ſi acceperit. circa fin. ſolũm enim indemnis ſeruari debet accipiens : vt infra proxi. ſed hîc haberet lucrum, ſi res emptæ ſibi remanerent. Accurſius.

l *Plus fortè.* & fortè minus.& not. quòd malè [c] coniungit,manifeſtum,& fortè.

m *Locum habebit.* in eo quod non eſt expenſum.vel dic in totum: vt bona ſit exceptio, ita tamen,&c. Accurſius.

n *Si ſeruum.* ſcilicet proprium.

o *Competit.* ſcilicet ad intereſſe ſecundũ Ioan. Azo.& H.& hoc propter certiorationem : vel ad ipſum ſeruum, cum tantum de facto ſit manumiſſus. Alij dicunt quòd ad ipſum ſeruum licèt non ſit certioratus.& pro eis.j. de manu.vindic.ſi pater.ſed primum verius : quia hîc dominium fuit tranſlatum in accipiẽtem: & ideo exigitur certioratio : argu.j.de dona.l.hoc iure.§.ſi quis dederit.&.j.man.l.ſi hominem.ſed aliud in ſimplici procuratore,vbi non exigitur certioratio : vt.d.l.ſi pater.Item oppo. videtur quòd hęc pœnitentia locum non habeat:vt.j.de ſer.expor.l. quæſitum.quæ eſt contra. Sol.ibi in contractu nominato,hic in innominato : vnde ibi non potes pœnitere.

p *Conſtitutio.* Marci & Commodi ad Aufidium Victorinum:vt C.ſi man. ita fue.alie.l.ij. eſt tamen contra ſupra eo.l.iij.§. quod ſi ita dedi.ſed reſpon.vt ibi diximus.

c] Iſta gl. videtur reprehendere iuriſconſultũ: ſed dic quòd dictio manifeſtum,refertur ad verbũ erogaſſe. & dictio fortè, ad verbũ pl', ſecũdum Ia. in ſi. vltimæ col.

a *Acceperis.* in ſpecie.vel non conſueuit locare operas.aliàs locati : vt infra de præſcrip.ver.l.naturalis.§.at cum do.

b *Parato.* in qua præparatione expendiſti: vt infra dicit.& infra man.l.ſi verò non remunerandi.in fin.l.Accurſius.

c *Poſſit.* pecunia ſcilicet.

d *Non ſteterit.* Not.quia per eum ſtare nõ videtur,cum caſũ fortuito impeditur:arg.j.de ſtatulib.l.cum heres.§.Stichus.

e *Dici.* diſputando.

f *Sed cum liceat pœnitere.* Not.ꝙ pœnitẽtia facit locũ huic actioni:nec diſtinguitur interponatur pactũ gratia vtriuſq;,vel dantis tantum ſecundũ Azo.licèt quidã diſtinxerunt, vt primo caſu nõ liceat pœnitere:ſecũdo ſic.ſed primũ eſt verius,vt patet in exemplo : do tibi pecuniã vt manumittas. mea gratia fit manumiſſio: tua pecuniæ datio:& tamẽ pœniteo,vt repetã pecuniã:vt.s̃.eo.l. dedi.§.j. Itẽ & quia ſi dedi pecuniã vt Capuã eas.nam hinc inde debet accipiens ſeruari indemnis, ſi ſua interſit ob hanc cauſam pecuniã non accepiſſe,vel ratione ſumptuũ,vel ſimiliũ:vt hîc,& j.§.ſed ſi accepit.Caue tamẽ quia re integra tantũ poſſum pœnitere:non poſtea quàm feceris, vel facere inchoaueris: vt.j.eo.l. quod Seruius. nam ibi erãt ſponſalia ab accipiẽte cõtracta:vnde nõ licet pœnitere danti. Ecõtra accipiẽti nunquã pœnitere licet, prædicta ratione : quia dans iam adimpleuit cõtractum.& idem dico in do vt des:& do vt facias:& in permutatione. [a] Et eſt fortè ratio, vt habeat locũ pœnitentia in prædictis:quia ſicut debiles ſunt iſti cõtractus in cõtrahenda obligatione,ita & in ea retinenda.In cõtractibus autẽ nominatis non licet pœnitere : vt.C. de act.& ob.ſicut. præterquam in tribus caſibus.In mandato:vt inſti.man.§.rectè.In ſocietate:vt.j.pro ſocio.l. ſed & ſocius.§.ſi. Idem in depoſito:vt.j.depoſi.l.j.§.pe. nam in depoſito nõ tenetur deponẽs,ne reuocet depoſitũ:& ſic hac condictione non tenetur qui veſtiuit:quia adhuc nõ eſt veſtitus. Itẽ cauſæ defectus inducit hanc actionẽ,ſcilicet expreſſæ & finalis : vt.j.de condic. ob tur.cau.l.j.§.j.&.s̃.l.j. ſecus ſi impulſiua : vt.j.de dona.l.ij.§. ſi.&.j.de do.inter vi.& vxo.l.ſed ſi mors.§.ſi.Item in tacita hinc inde tacitè intellecta : vt.s̃.l.j.§.ſin.&.j.tit.j.l.in ſumma.§.ſed & agere.Itẽ in donatione cauſa mortis:vt.j.eo.l.cum quis.item in l.quod Seruius.ſecus ſi altera pars tantum:vt.s̃.eo.dedi.§. ſi quis quaſi.&.C.eo.l.ſi repetendi.Item deficere dic etiã ſi ſequitur:ſed

a] Idem in aliis contractibus innominatis Bar. Alex. & Iaſ.

Pœnituerat.

UNED

a *Pœnituerat*. etiā nō certiorato eo q accepit ſeruū, ſecūdū quoſdā: vt. j. de manu. vin. l. ſi pater. Azo. &. j. q ſine manu. ad li. l. iij. A
b *Adficiatur*. vt infra man. l. ſi mandaſſem.
c *Redemit*. id eſt emit.
d *Non eſt*. quia fortè eum occidit: vt. j. de ver. obl. ſi ſeruum.
e *Reſtitutū*. ſ. ſi pœniteat. ſed videtur nō debere repromitti: vt. j. depoſi. l. ſi ſine. quæ eſt cōtra. Sol. ibi fortè de ſatiſdatione dicit, vt eā depoſitarius non præſtet: hîc de nuda cautione. ſed non valet hoc: quia ibi de cautione facit mentionē: quod ad nudā tantùm referetur: vt C. de verb. ſi g. l. ſancimus. Dic ergo procuratorem durius aſtringi, vt hîc: qui etiam de leuiſſima culpa teneť: vt C. mā. l. à procuratore. quàm depoſitariū, qui de dolo ſolo tenetur. Itē adhuc eſt contra. ſ. e. l. iij. ſ. reſpō. vbi dicit nō eſſe repromittendum niſi hoc fuerit dictū. Sol. ibi ex pacto ſtatim obligatur vere & cum effectu: vnde nō recurrit ad médicatum ſuffragiū cautionis: ſed hîc interim dū res ei abeſt, nullo iure eſt ei obligatus, & ideo petit cautionē. & facit ad. ſ. ſ. de rei vin. l. ſi à bonæ. &. l. ſequen.

dit: facítque eum liberum, ſi nondum pœnituerat [a] eum qui in hoc dedit. Item ſi quis dederit Titio decem, vt ſeruum emat, & manumittat, deinde pœniteat: ſi quidem nondum emptus eſt, pœnitentia dabit condictionē, ſi hoc ei manifeſtum fecerit: ne ſi poſtea emat, damno adficiatur. [b] Si verò iam ſit emptus, pœnitentia nō facit iniuriam ei qui redemit: [c] ſed B pro decem quæ accepit, ipſum ſeruum quem emit, reſtituet: aut ſi ante deceſſiſſe proponatur, nihil præſtabit: ſi modò per eum factum non eſt. [d] Quòd ſi fugit, nec culpa eius contigit qui redemit, nihil præſtabit. Planè repromittere eum oportet, ſi in poteſtatem ſuam peruenerit, reſtiTVıri. [e] * Sed ſi accepit [f] pecuniam vt ſeruum manumittat, iſque fugerit prius quàm manumittatur, videndum an cōdici poſſit quod accepit. C Et ſi quidem diſtracturus [g] erat hunc ſeruum, & propter hoc non diſtraxit, quòd acceperat vt manumittat, non oportet ei condici. Planè cauebit, vt ſi in poteſtatem ſuam peruenerit ſeruus, reſtituat id quod accepit, eo minus, quo vilior ſeruus factus eſt propter fugam. [h] Planè ſi adhuc eum manumitti velit is qui dedit, ille verò manumittere nolit propter fugam offenſus, totum quod accepit reſtituere eum oportet. D Sed ſi eligat is qui decem dedit, ipſum ſeruum conſequi, [i] neceſſe eſt aut ipſum ei dari, aut quod dedit reſtitui. Quod ſi diſtracturus nō erat eum, oportet id quod accepit reſtitui: niſi fortè diligentius eum habiturus eſſet ſi non accepiſſet vt manumitteret. [k] tunc enim non eſt æquum, eum & ſeruo & toto [l] pretio carere. [m] Sed vbi accepit vt manumitteret, deinde ſeruus deceſſerit, ſi quidem moram [n] fecit manumiſſioni, cōſequens eſt vt dicamus refundere E

*Hoc loco in archetypo additur inter verſiculos, hæc ſyllaba TVM, vt ſit, reſtitutū iri. Ant. Aug. lib. 2. c. 2.

f *Sed ſi accepit*. vt verè commodatum ſeruum proprium. aliàs eſt in textu.
g *Diſtracturus*. hāc diſtinctionē accipe, quādo nōdum morā fecerit: alioquin omnino tenetur: vt. j. ſ. ſed vbi accepit. Accur.
h *Propter fugam*. hoc cū is qui dedit, pœnitere vult, & habere pecuniam vult.
i *Cōſequi*. ergo in duobus caſibˀ cōſequitur totā pecuniā. i. quādo elegit ſeruū manumitti ſecundū pactū. & tūc nō habeat actionē qua cogat eū manumittere ſcilicet præciſè: obligatus eſt tamen facere. i. manumittere per actionem præſcrip. verb. vt colligitur. j. de preſcri. ver. l. naturalis. ſ. at cū do. quod ſi nō facit, repetit pecuniā. ſecūdus eſt quādo elegit ſeruum, nec ei præſtatur. elegit autē per cōdic. ob cauſam, quæ nō ſolum pro re data vt repetatur proponitur, ſed vt promiſſa pręſtetur: vt. ſ. ea. l. ſ. item ſi quis dederit. &. l. dedi. ſ. quòd ſi Stichus. hîc autē eſt actū ſaltē tacitè de præſtādo ſi eligā: quia pactū manumiſſionis meo fauore eſt appoſitum: vnde pœniteret. Azo.
k *Manumitteret*. i. tanto minus reſtituat de pecunia prędicta. Ac.
l *Toto*. id eſt pecuniaquā ei dedi quaſi ꝓ pretio. nā in parte caret, & reddit, quanto ſcilicet valet dubius euentus: argu. ſ. ibi, & cominus &c. & ſupra fami. erci. l. item Labeo. &. l. ſequen.
m *Carere*. Sed nonne tunc in culpa vel in dolo eſſe videtur, quia minus bene cuſtodiuit eū quàm alias res ſuas: vt. ſ. ea. l. ſ. item ſi quis d ederit. in fi. ſ. &. j. depoſi. quod Nerua? Rn. non: quia non erat veriſimile eū fugere, q ſperabat libertatē, & ideo minor cuſtodia videbať poſt pactū neceſſaria, quàm ante. nā & ſi nunquā accepiſſet pecuniā, & propriū ſeruū diceret quis ſe manumiſſurū: minorē in cuſtodiēdo ſeruaret diligentia, q aliàs faceret. Acc.
n *Moram*. ſimilis diſtinctio eſt. ſ. qui ſatiſda. cog. ſi deceſſerit. & ſecundum hanc diſtinctionē intellige quod eſt. ſ. eod. dedi. ſ. ſed ſi Stichus. quæ eſt contra. [a] in eo ꝙ ibi indiſtinctè dicit ante morā eo mortuo non reperi.

eum quod accepit. Quòd ſi moram non fecit, ſed cum profectus eſſet ad præſidem, vel apud quem manumittere poſſet, ſeruus in itinere deceſſerit: verius eſt, ſi quidē diſtracturus erat, vel * quo ipſe vſurus, [o] oportere dici nihil eum refundere [p] debere. Enimuero ſi nihil eorum facturus, ipſi adhuc ſeruum obiſſe. [q] decederet [r] enim & ſi non accepiſſet vt manumitteret: niſi fortè profectio manumiſſionis gratia morti cauſam præbuit, vt vel à latronibus ſit interfectus, vel ruina in ſtabulo oppreſſus, vel vehiculo obtritus, vel alio quo modo, quo nō periret [ſ] niſi manumiſſionis cauſa proficiſceretur.

Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis. Bar.

VI. IDEM *libro tertio Diſputationum*.

SI extraneus [t] † pro muliere dotem dediſſet, & pactus [u] eſſet vt quoquo modo finitum eſſet matrimonium, dos ei redderetur, nec fuerint nuptiæ ſecutæ: quia de his caſibus ſolummodo fuit conuentum, qui matrimonium ſequuntur, nuptiæ autem ſecutæ non ſint: quærendum erit vtrum mulieri condictio, an ei qui dotē dedit, competat. Et veriſimile eſt, in hūc quoque [x] caſum, eum qui dat, ſibi proſpicere. [y] nam quaſi cauſa non ſecuta habere poteſt condictionem, qui ob matrimonium dedit, matrimonio non copulato: niſi fortè euidentiſſimis probationibus mulier oſtenderit, hoc eum ideo feciſſe, vt ipſi magis mulieri quàm ſibi proſpiceret. Sed & ſi pater pro filia det, & ita conuenit: [z] niſi euidenter aliud actum ſit, condictionem patri cōpetere Marcellus ait.

Si debitor putatiuus pro muliere dotē promittat, & ſoluit ignoranter, matrimonio non ſecuto

o *Vſurus*. ad arandum vel quid ſimile.
p *Refundere*. in primo caſu, in ſecundo autem habetur ratio vſus amiſſi: vt. ſ. eo. l. ſi pecuniā. j. reſpon. Dic ergo nil eum refundere: vel vt habeatur ratio dāni vel quaſi dāni, cū iam erat diſtracturus.
q *Obiſſe*. ſcilicet cum pœniteat eum qui pecuniam dedit.
r *Decederet*. id eſt deceſſiſſet.
ſ *Periret*. quo ſcilicet nō periiſſet, niſi &c. Et not. breuiter ꝙ tale eſt quod hîc dicitur: ſi tibi do pecuniā vt ſeruum tuū manumittas, & is mora interueniēte vel fugit, vel deceſſit: non retines pecuniam, niſi ante morā vel fugit, vel deceſſit, vel quocunq; caſu videri poteſt per me factum non eſſe vt neque ſeruum habeas, neq; ſerui pretium: vnde eo caſu pecuniā retines. Accur.

a] Dic ſecūdum Bart. hîc quòd aut vult repetere quaſi cauſa non ſecuta: & ita loquitur l. contraria: aut vult repetere ex pœnitentia: & ſic habet locum diſtinctio huius ſ.
* vel eo.
† Coniunge. l. 29. fol. mat.

S*I extraneus*. CASVS. Dedi tibi dotem pro aliqua muliere. pepigi vt ſi aliquo caſu ſepararentur, reſtitueretur mihi dos. deinde nō ſunt ſecutæ nuptię. quæritur, quis repetat dotem: an ego, vel mulier? Et dicitur ꝙ mihi cōpetit repetitio, niſi animo donādi dotem conſtituerem. Idem in patre, quòd ſcilicet repetere poſſit, niſi probet mulier patrem ei ponaſſe. Viuia.
t *Si extraneus*. Extraneˀ eſt omnis qui non habet dotatā perſonā in poteſtate: vt Co. de rei vxo. act. ſ. extraneum.

Extraneus quis ſit.

u *Et pactus eſſet*. & etiam nudo pacto incontinenti: vt C. de iure do. auia. & infra ſoluto mat. l. quotiens.
x *In hunc quoque*. Not. ergo quòd qui in vnum caſum pepigit, etiam in aliis ſibi prouidere videtur. Sed contra infra ſolut. mat. l. ſi cum dotem. j. reſpon. Solu. ibi pactus erat in vno ſolo caſu de his qui poſſent ſoluto matrimonio contingere: quare non videtur pactus eſſe de caſu qui poſſet contingere nuptiis non ſecutis. hîc verò diligens fuit, & pepigit in omnem caſum contingentem poſt ſecutas nuptias: vt arg. C. de inoffi. teſta. l. contra maiores. & de his qui à nō domino ma. l. fi. in fi. vel dic nō agi ex ſtipulatiōe: ſed agi cōdic. ob cau. ac ſi nulla ſtipulatio eſſet facta.
y *Proſpicere*. ſaltem tacitè. nam &c.
z *Conuenit*. per ſtipulationem.

UNED

Qui ſe debere.] CASVS. Credebam me debere alicui mulieri decem cum nõ debebam, vel fui exceptione tutus: dedi .x. nomine dotis ei qui cum muliere matrimonium contrahere debebat, nõ eſt matrimonium ſubſecutum. quæritur, quis repetat: an ego, an mulier? Dicit quòd ego. Sed pone quòd in veritate debebam ei .x. & pro ea ſolui marito futuro nomine dotis. nõ ſunt nuptiæ ſecutæ. dicit ꝙ ego condicam: & in priſtina obligatione remaneo obligatus: tamẽ liberari potero cedendo mulieri actionẽ [FVNDVS.] Dedi fundum nomine dotis: ſed nuptiæ non ſunt ſecutæ. nũquid potero fundum condicere? Reſpon. quòd ſic: & non ſolùm fundum. ſed etiam fructus. idem eſt in ancilla data in dotem, & eius partu. A

a *Putabat.* ſed non debebat. Accur.

b *Non interceſſerunt.* Si autem nuptiæ ſecutæ eſsẽt, repeteret mulier: vt. ĩ. eod. ſi donaturus. §. j.

c *Quoniam.* pro quanuis.

d *Sed.* pro tamen. Vel rectè lege. Sed hæc videtur mala ratio, quòd poſſit repetere, quia habet exceptionem doli: vt. ĩ. de condic. inde. l. qui exceptionem. quæ eſt cõtra. Sol. nõ repetet quia tueri ſe poterat exce. doli, ſed quia cauſa ceſſat ꝑpter quã dedit: nec datur repetitio mulieri maximè ideò, quia hic tueri ſe poterat exce. doli ſi nõ ſoluiſſet.* Maximè ideo dixi: quia idem eſſet ſi eſſet verus debitor: vt infra eo. §. ſi autem. Azo. Item nec videtur doli exceptio locum habere: nam in hac promiſſione tacita infuit conditio, ſi matrimonium ſequeretur: vt infra de iure dot. ſtipulatione. ea igitur deficiente, ipſo iure ex ſtipulatu agi non poteſt. Malè igitur dicit poſſe eum tueri ſe exceptione doli. ſed dic quòd hîc fuit actum ne ineſſet illa conditio. Vel dic doli exceptio, id eſt in factum vel intentionis. nam quælibet exceptio dicitur doli: vt infra de excep. do. l. j. §. generaliter. & ſecundum hoc etiam ceſſat prima oppoſitio.

* Ergo ſuo iure nõ competit condictio mulieri: neque hoc probatur ex l. ſi procurator ĩ de con dict. indeb. vt exiſtimauit Accur.

Exceptio doli quadruplex eſt.

e *Exceptione.* Quadruplex eſt exceptio doli. Vna quæ naſcitur tempore contractus, vt ſi dolo me induxiſti vt promitterem tibi decem: & hoc caſu ceſſat repetitio ſi ſoluam: vt infra de condic. inde. l. qui exceptionem. Secunda, quæ ſuccedit in locum non numeratæ pecuniæ: & hæc naſcitur tempore quo agitur, non tempore confeſſionis: vt. ĩ. de excep. do. l. ij. §. circa. Tertia, quæ ſuccedit in locum exceptionis pacti, & iuriſiurandi præſtiti: & his duobus caſibus ſolutum per errorem repetitur: vt infra de condic. inde. l. ſi non ſortem. §. indebitum. Quarta eſt, quæ ſuccedit in locum exceptionis facti, vel intentionis: quod eſt quando nec actor habet actionem: ſed de facto agit: & ſic reus de facto excipit. vt hîc dicit.

f *Actionem.* Satis poteſt dici illud admitti cum ipſe promiſit & ſoluit, vt detur mulieri condictio ob cauſam in maritum non ſecutis nuptiis, quaſi ille videatur dediſſe mulieri, & mulier ſponſo: vt infra de dona. inter vir. & vxo. l. iij. §. ſed ſi debitorem. Sed quid ſi promiſit ſoluere, ſed nondum ſoluit, non ſecutis nuptiis? dabitur mulieri aliqua actio vel in maritum, vel in iſtum? Reſpond. ſic in virum: & vir aget ex promiſſione: vt hîc, & Co. ad legem Fal. l. fin.

g *Condicere.* per hanc condictionem ob cauſam. & eodem modo intelligo quod dicitur. ĩ. proxi. Sed cur hîc non datur condictio indebiti, cum in promiſſione videatur tacita conditio ineſſe: vt infra de iu. do. ſtipulatione. & ſolutum pendente conditione repetitur: vt infra de condic. inde. l. ſub cõditione? Reſpõ. quia ſcit ſe interim non teneri, ceſſat condic. inde. ſed quia ſoluit vt ſequatur matrimonium, datur ob cauſam condictio.

h *Manente.* remanet ergo debitor: vt hîc, & infra de iur. do. non enim. licet liberetur cedendo: vt hîc dicit. Sed nonne ipſo iure liberatus eſt: vt infra de ſolu. l. ſolutã? Reſpõderi poteſt hunc irreuocabiliter non ſoluiſſe pecuniam: vnde non liberatur: vt infra de leg. j. nõ quocũque. Vel hîc non fuit ſimplex mandatum: ſed promiſſio interuenit debitoris: vt ex prin. hui*. l. apparet: vnde magis ſuo nomine quàm alieno ſoluiſſe videtur: vt infra mã. l. Papinianus. & ideo non mulier, ſed ipſe ab eo cui ſoluit condicit: vt infra de condic. inde. l. indebiti. Itẽ nõne & ipſi mulieri datur cõdictio ob cauſam, vt hîc, cũ ſuo nomine indebitũ ſit ſolutũ ea ratum habẽte? Rñ. ſic: vt ĩ. de cõdi. inde. l. ſi procurator. Accur.

i *Fructus.* No. naturalem acceſſionẽ. ſ. fructuum, venire in cõditione ob cauſam: vt hîc, &. ĩ. eod. l. cũ quis. & ĩ. de vſur. l. videam*. §. j. & in cõdictione indebiti: vt. ĩ. de condic. indebi. l. indebiti. & in condictione certi generali: vt. ſ. ſi cer. pe. l. cum fundus. in prin. & in bo. fi. iudiciis: vt infra de vſur. l. videamus. §. ex cauſa. non autem vſuræ, quæ ſunt ciuilis acceſſio, veniunt in prædictis condictionibus: vt C. de cõdic. inde. l. j. & C. de condic. ob tur. cau. quotiens. cum citra vinculum ſtipulationis non veniant: vt C. de vſur. l. quamuis.

ipſi cõdictio competit: ſi ſcienter cõpetit mulieri: ſed debitor verus indiſtinctè condictionẽ habebit: ſed eam mulieri cedendo liberabitur. h. d. Diuide: quia primò loquitur in debitore nõ vero. Secũdò in vero. Secũda ibi, ſi autẽ. Prima ſubdiuiditur in tres. Primò ponitur thema & quæſtio. Secundò reſponſio in debitore erratẽ. Tertiò in ſciente. Secũda ibi, Nerua. Tertia ibi, ſed ſi cũ ſciret. Barto.

VII. IVLIANVS *libro ſextodecimo Digeſtorum.*

Qui ſe debere pecuniam mulieri putabat, [a] iuſſu eius dotis nomine promiſit ſponſo, & ſoluit. nuptiæ deinde non interceſſerunt. [b] Quæſitum eſt, vtrum ipſe poteſt repetere eam pecuniã qui dediſſet, an mulier. Nerua, Atilicinus, reſponderunt, quoniã [c] putaſſet quidem debere pecuniã, ſed [d] exceptione [e] doli mali tueri ſe potuiſſet, ipſum repetiturum. C Sed ſi cum ſciret ſe nihil mulieri debere, promiſiſſet, mulieris eſſe actionem: [f] quoniam pecunia ad eam pertineret. ſi autem verè debitor fuiſſet, & ante nuptias ſoluiſſet, & nuptiæ ſecutæ non fuiſſent, ipſe poſſit condicere: [g] cauſa debiti integra mulieri ad hoc ſolum manente, [h] vt ad nihil aliud debitor compellatur, niſi vt cedat ei condictitia actione. * D

Hac conditione repetitur res cum acceſſionibus naturalibus. Bartolus.

Fundus dotis nomine traditus, ſi nuptiæ inſecutæ nõ fuerint, cõdictione repeti poteſt. fructus [i] quoque cõdici poterũt. Idem iuris eſt de ancilla, & partu eius.

B Datũ cauſa dotis nõ repetitur, donec matrimoniũ putatur ſubeſſe; vel ſpes eſt quòd cõtrahatur. h. d. Et primò ponit dictũ Seruij. Secundò declarat caſum in quo debet intelligi. Tertiò ponit caſum in quo non debet intelligi: & adducit ſimile. Secunda ibi, ſic intelligendum. Tertia ibi, donec. Bartolus.

VIII. NERATIVS *libro ſecundo Membranarum.*

Quod Seruius in libro de dotibus ſcribit, ſi inter eas perſonas quarum altera nondum iuſtam ætatem habeat, [k] nuptiæ factæ ſint, quod dotis nomine interim datum ſit, repeti poſſe: ſic intellegendum eſt, vt ſi diuortiũ [l] interceſſerit prius quàm vtraque perſona iuſtam ætatem habeat, ſit eius pecuniæ repetitio. donec autem in eodẽ habitu [m] matrimonij permaneant, non magis id repeti poſſit, quàm quod ſpõſa ſpõſo [n] dotis nomine dederit, donec maneat inter eos adfinitas. [o] Quod enim ex ea cauſa nondũ

Quod Seruius.] CASVS. Titius & Berta volebant matrimonium contrahere, & de facto contraxerunt. tamen vtriq; vel alteri deerat ætas legitima. Titius dedit .x. dotis nomine ſpe futuri matrimonij. an Titius ſi nuptiæ ſecutæ non fuerint, repetere poſſit, quæritur. Et dicitur quòd ſic. ſed hoc verum. ſi antequam ad ætatem legitimam perueniſſent, à nuptiis ſe abſtinuerunt. ſi autem in primo voto perſtiterint, ceſſat repetitio. Idem eſt vbi ſponſalia non matrimonium contrahuntur. ſi nuptiæ contrahi non poſſunt, competit repetitio. E

k *Habeat.* ſcilicet ad nuptias: vt quia maſculus minor. xiiij. ann. fœmina. xij. ſit: vt inſtit. de nup. in prin. & quod ſubiicit nuptiæ, ſcilicet de facto. ADDITIO. Dic hoc verum attento iure ciuili. ſecus de iure canonico, ſecundum Alexan.

l *Diuortium.* id eſt repudium: cum diuortium ſit inter coniuges: repudium inter ſponſum & ſponſam: vt infra de verborum ſignifi. l. inter ſtuprum. §. diuortiũ. &. l. inter diuortium. ſed nec repudium propriè dicitur: [a] ſed hîc de facto fuit matrimonium, & de facto diuortium.

a] Imò, quia fuerunt vera ſponſalia: vt in ca. 1. de deſpon. impu. lib. 6.

m *Habitu.* id eſt dum ſpes eſt fieri matrimonium.

n *Sponſa ſponſo.* qui à ſeptẽ annis eſſe poſſunt. vt. ĩ. de ſponſa. l. in ſponſalibus. Et not. quòd hoc ſecundo caſu fuit datum nomine futuræ dotis: ſed ſuperiori nomine quaſi præſentis, cum credebant nuptias conſtare. Item ibi altera perſona tãtùm erat inſufficiens: hîc vtraque, vel neutra. Accur.

o *Affinitas.* cœpta, non perfecta. Et not. affinitatem dici inter ſponſos,

UNED

ſponſos, vt hîc: & inter coniuges: vt.C. de hered.inſtitu.l.non ideo.ſed tamen impropriè,quia tunc non poſſent eſſe nuptiæ:vt infra de gradibus.l.non facilè.§.primo,& ſecundo.

a *Poteſt.* ſi iſtud poteſt,extẽdatur (vt dialectici dicunt) quandiu vterq; viuit, etiã miſſo repudio non eſſet repetitio.nam ſemper poſſibile eſt quòd fiat hoc matrimoniũ. ſed certè nos nõ extendimus:ſed ſecundũ præſens iudicamus: & rebus ſic ſe habẽtibus loquimur: vt.ʒ.de verb. oblẽ.l.cõtinuus.§.cum quis. ſcilicet donec alter eorũ aliàs cõtraxerit.quandoq; tamẽ extenditur: vt,quantum capere poterit lego:vt ʒ. de leg.ij. ſi ita quis teſtamento.ſic & inſti. quibᵒ modis teſt.infir. §.poſteriore.Azo. Sed nõne hic pœnitere poteſt: vt.ſ.eo.l. ſi pecuniã.in princi? Reſpon. non: quia non erat res integra:quia ſponſalia præceſſerũt,vt ibi dixi. Item no.hîc expectandum donec eſt aliquid in pendenti: vt hîc, & argu.ſ. ſi cer. pet. non omnis. in prin. &.ʒ.de iur.do.l.ſi ſponſalibus. in princ.&.l.dotis fructus.§.fin.&. l. ſi debitor.in fin.titu. &.l.ſi is qui.§. fin. in fin. &.ſ.ſi cer.pet.l.pecuniam.

S *I donaturus.*] CASVS. Nomine dotis cuidã mulieri dedi.x.cum vellet cũ quodã cõtrahere ſpõſalia, eidem.x. numeraui iuſſu illius. non eſt ſecutũ matrimoniũ. quæritur, quis repetet? Dicitur quòd mulier.Pone quòd cõueni cum ſponſo,ſi nuptiæ nõ eſſent ſecutæ, quòd mihi reſtituerentur decẽ quæ dedi nomine dotis. ſi nuptiæ non fuerint cõſecutæ, condicam.[SI QVIS.] Credebã me debere alicui mulieri decẽ, cum nulla deberẽ.iuſſu mulieris promiſi iſta.x. ſpõſo futuro. ſecutum eſt matrimoniũ.maritus petit à me illa decem.volo à me repellere eum except. doli mali.an poſſim, quæritur. Et reſpon. quòd non:cum nihil dolo videtur cõmiſiſſe ſuum negotiũ exercendo.neq; enim decipiendus eſt maritus:quod quidẽ eueniret, ſi dotem promiſſam non obtineret:veruntamen contra mulierẽ cõdicere poſſum,& potero eam cõpellere vt me liberet.Sed pone vt primò ꝙ contractũ eſt matrimoniũ. pactus eſt maritus de media dote lucranda ſoluto matrimonio vel diuortio,vel morte.diuortiũ poſtea interuenit.maritus contra me agit. Dicitur ꝙ pro medietate quam eſt lucratus, non habeo except.pro alia ſic. idem ſi ſoluero:quia pro vna medietate condicam:pro alia non.

coito matrimonio datur: cum ſic detur, tanquam in dotem peruenturum : quandiu peruenire poteſt, [a] repetitio eius non eſt.

Datum ob cauſam futuri matrimonij per extraneum volẽtem ſimpliciter donare mulieri,ſiue ſequatur matrimonium, ſiue non, per ipſum dantem non repetitur, ſed per mulierem. Sed ſi voluerit donare ſolùm eo caſu quo matrimoniũ contraheretur,tunc ſi non contrahitur,ipſe repetit.Bart.

IX. PAVLVS *libro ſeptimodecimo ad Plautium.*

SI donaturus mulieri,iuſſu eius ſponſo numeraui, nec nuptiæ ſecutæ ſunt:mulier cõdicet. [b] Sed ſi ego cõtraxi cum ſpõſo,& pecuniam in hoc dedi, vt ſi nuptiæ ſecutæ eſſent, mulieri dos adquireretur:ſi nõ eſſent ſecutę,mihi redderetur: quaſi ob rem datur:& re nõ ſecuta,ego à ſpõſo condicam.

Exceptio doli quæ obſtat deleganti,nõ obſtat ei cui facta eſt delegatio ex cauſa oneroſa,niſi quatenus ad delegãtem res eſt reuerſura: ſed delegato cõtra delegantem ſuccurritur.h.d.Diuide. Primò ponit vnum dictum,per quod conſulit ei cui facta eſt delegatio. Secũdò ponit aliud,per quod cõſulit delegato. Tertiò ponit limitationẽ primi dicti.Secũda ibi,itaque.Tertia,ibi,ſed ſi ſoluto.Bart.

Si quis indebitam [c] pecuniã per errorem iuſſu mulieris ſpõſo eius promiſiſſet,& nuptiæ ſecutæ fuiſſent,exceptione doli mali vti non poteſt. [d] maritus enim ſuũ negotiũ gerit,& nihil dolo facit, [e] nec decipiẽdus eſt,quodſit [f] ſi cogatur indotatã vxorẽ habere. Itaq; aduerſus mulierem [g] condictio ei cõpetit:vt aut repetat ab ea quod marito dedit:aut vt liberetur ſi nõdum ſoluerit. Sed ſi ſoluto matrimonio maritus peteret,in eo duntaxat [h] exceptionẽ obſtare debere,quod mulier receptura [i] eſſet.

Si cauſa ob quam facta eſt liberatio, non eſt ſecuta,repetitur pecunia ac ſi ſoluta fuiſſet.Bart.

X. IAVOLENVS *libro primo ex Plautio.*

SI mulier ei cui nuptura erat, cum dotem dare vellet, pecuniã [k] quę ſibi debebatur,acceptã fecit, neq; nuptiæ inſecutæ ſunt, rectè ab eo pecunia condicetur: quia nihil intereſt vtrũ ex numeratione pecunia ad eũ ſine cauſa,an per acceptilationẽ peruenerit. [l]

Datum executori vltimæ voluntatis, ſi in cauſam debitam nõ expendit,repetitur.Bart.

XI. IVLIANVS *libro decimo Digeſtorum.*

SI heres arbitratu liberti certa ſumma monumentũ iuſſus facere,dederit liberto [m] pecuniã,& is accepta pecunia monumẽtum non faciat: [n] cõdictione tenetur.

Reuocata donatione cauſa mortis, res condicitur cum ſuis acceſſionibus.Bartolus.

XII. PAVLVS *libro ſexto ad legem Iuliam & Papiam.*

CVm [o] quis mortis cauſa donationem cum conualuiſſet donator condicit, [p]

b *Mulier condicet.* Et ſic alius ſoluit,& alius repetit: nec eſt nouũ hoc: vt.ʒ.de condic.inde.l.nec eſt nouum.& eſt ratio: quia ipſa ſoluiſſe videtur: vt.ʒ.de do. inter virum & vxorem. l.iij.§.ſed ſi debitorem. Sed argu. contra.ſ.eo.l.qui ſe.§.ſi autem.ſed dic vt dixi: quia propter ſuam obligationem ibi ſoluerat,quæ præceſſerat: vt ex principio eiuſdem.l.apparet. & facit ad hoc reſponſum.ʒ.de iure do.l.ſi ego.in principio.

c *Si quis indebitam.* quantum ad ſe: debitam tamen à muliere.

d *Non poteſt.* ſcilicet promiſſor,ſi ab eo maritus pecuniam petat. non enim eſt dos titulus lucratiuus:vt.ʒ.de act.& obli.l.ex promiſſione.&.C.de impo.lu. deſcript.l.j.§. lucratiua. lib.x.&.ʒ.de except.do. apud Celſum.§. ſed ſi mulier. & ideo non repellitur creditor exceptione: vt hîc,&.ʒ.de noua.l. doli exceptio. &.l.ſi quis delegauerit. &.C.de noua.ſi pater. &.ʒ.de iu.do. quemadmodum.§.fin. &.ʒ.de do. except.l. pure. §. ſi eum.ſi autem eſſet lucratiua cauſa,quæ multæ ſunt in.d.l.j.C.de impo. lu. deſcript. lib.x.tunc haberet promiſſor doli except.vt infra de dona.l.ij.§. cum verò.&.ʒ. de except.do.l. Iulianus ait, ſi pecuniam. &. d.l. apud Celſum.§. ſi quis autem. Sed contra. eſt huic.§.ʒ.de admi.tuto. l.cum poſt. §. fina. vbi dicit quòd curator dotem pro adulta promittens, non tenetur in dotem, ſi adultæ facultas non patitur.Solu. illud ideo, quia ratione officij promiſit, ſciens ſe nõ teneri pro ſe:vt ar.ʒ. de his qui.vt indig.l.tutorẽ.hîc autẽ pro ſe promiſit, credẽs ſe debere. vel hîc tota indebita:ibi non tota. ſed prima verior eſt.

*Dos titulus lucratiuus non eſt.*

e *Dolo facit.* Not. non facit dolum, qui ſuum commodum iure proſequitur: vt hîc, & infra de libe. ho. exhi. l. iij.§.j.& infra de iniur. iniuriarum. §.j.&.ʒ.de acquir.hered. Iulianus ſcribit,ſi pupillus.&.ʒ. ad leg. Iul. de vi publi. l.pe.§. fin. &. ʒ. de iur. fiſ.l.delator.Accur.

*Dolum non facit qui ſuũ commodum iure proſequitur.*

f *Quod ſit.* id eſt decipitur ſi opponatur doli excep.& ſic vxorẽ indotatã haberet. quod eſſe non debet: vt hîc, &.ʒ.de do.excep.apud §.ſed & ſi mulier.

g *Mulierem.* vt. C. de condic.inde.l.ij.

h *Dũtaxat.* in eo quod lucraretur ex dote propter pactum, non obſtabit. nec videtur petere ex lucratiua cauſa, cum præceſſit cauſa oneroſa, id eſt titulus dotis.Accurſius.

i *Receptura.* id eſt recuperatura.

S *I Mulier.*] CASVS. Debebam alicui mulieri.x.cum non eſſem ſoluendo, ſolicitaui eam contrahere mecum nup.& in tempore futurarum nuptiarum liberauit me acceptil. poſtea nolo contrahere:fortè quia ſcio me liberatũ. Dicitur quòd à me mulier condicet,ac ſi integrum mihi ſoluiſſet.

k *Pecuniam.* ſi purè debebatur.Si verò ſub cõditione, & in eum ſtatum reſtituenda eſt obligatio: vt infra de iu.do.licet.& ſupra eod.l.ſi quis accepto.

l *Peruenerit.* ſic & præſtatur quod compenſatur: vt infra ſolu. ma.l.ſi filio.§.ſed ſiue propter.Accurſius.

S *I heres.*] CASVS. Teſtator iuſſit me heredẽ ſuum facere monumentũ arbitratu ſui liberti. Ego illi liberto pecuniam ad conſtruendũ monumentũ dedi.libertus non facit monumentũ. nunquid ab eo pecuniã condicere poſſum?Et reſpon.ꝙ.ſic.Viu.

m *Liberto.* vt faceret hanc ſepulturam.Accurſius.

n *Non faciat.* vel faciat, ſed minus eroget: vt infra de leg.ij.l. antepe.§.à te.& eſt ratio,quia libertus vt miniſter eligitur:vt infra de lega.ij.ſi quis Titio decem.

o C*Vm quis.* ſcilicet donator.

p *Condicit.* ſ.donationẽ.ſ.per cõdictionẽ iſtam: vt.ʒ.de do. cau.mor.l.ſenatus.§.nec dubitauerit.ſic & aliàs dicitur furtũ redimi,id eſt res furtiua:vt.ʒ.de cõdi.inde.l.ſeruus.ſic & in pignore:vt inſtit.de act.§.inter pignus. ſed contra hoc.ʒ.commo.l.j.§. ij.&.C.quæ res pign.ob.poſſunt.l.cum conſtet. ſecundum Azo.

UNED

a *Fructus.* vt infra de vſur.videamus.ij.§.idémque eſt ſi mortis.
S*i filius.*] CASVS. Deceſſit quis duobus filiis relictis:alio emācipato : altero in poteſtate conſtituto. emancipatum autem filium præterierat in vltima voluntate:& aliū heredem inſtituit. poſtea dicit inſtitutus vt emancipatus bona ſua conferat. contulit emācipatus.deinde non vult petere bo. poſſ. an repetere poſſit quæ contulit? Dicitur quòd ſic.
b *Si filius.*ſcilicet emācipatus.
c *Bonorum poſſeßionem.* ſcilicet cōtra tab.vt.C. de col.l.ea demū.&.j. de col. bo.l. prætor. §. emācipatus pręteritus.
d *Poſſe.* cōdic.ob cauſam,quaſi deficiēte tacita cauſa:vt.ſ.e.l.j.§.j.
S*I procuratori.*] CASVS. Credebā me debere tibi. x. procuratori tuo,quem credebā eſſe procuratorē, ſolui.aut domin⁹ Titius habuit ratū, & tenetur.aut nō habuit ratum:& cōdicere potero à procuratore. Itē ſi debitū fuerit ſolutū falſo procura.neque dominus habuit ratū,& hoc omnino ſoluit, vt ſtatī ſe liberet:repetetur à procur. cōdic. ob cauſam, non indeb. ſi autem vt miniſtro pecuniā credidit ei, vt ad dominū portaret:ſi non habuit ratū, poſſet conuenire procura. actione furti: quia in eum non eſt trāſlatum dominium, in priori caſu ſic.
* Cōiunge. l.ſi procurator. de condic. indeb.
e *Falſo.* qui nunquam fuit procurator : vel fuit quondā, ſed reuocata erat procuratio. nec enim refert quādo indebitum ſolutū eſt, vt hîc erat.ſed quando debitū, tunc refert, an ſciam reuocatū emandatum,vel non : vt primo caſu non liberetur à domino : nec ob hoc repetam, cum ſcienter ſolui indebitum. ſecundo : liberetur ipſo iure,ſi bona fide exigebat & accipiebat procura.ſed ſi mala, tunc per exceptionem : vt infra de ſol.cum quis.§.j.

fructus [a] quoque donatarum rerum, & partus & quod adcreuit rei donatæ, repetere poteſt.

Collatio ob cauſam facta, cauſa non ſecuta condicitur.

XIII. MARCIANVS *libro tertio Regularum.*

A SI filius [b] cōtulerit fratri, quaſi adgniturus bonorum poſſeſſionem, [c] & non adgnouerit: re- B petere eum poſſe [d] Marcellus libro quinto Digeſtorum ſcribit.

Si procuratori falſo in rem ſuā ſoluatur indebitū, ab eo condicitur:niſi domini ratihabitio ſubſequatur. item ſi debitor dat alicui vt eū faciat liberari, ab eo repetitur:niſi cauſa ſubſequatur.item id quod debitor tradit alicui vt nuntio, ſi ad creditorem portat,cōditione furtiua repetitur, & furti agitur.h.d.ſecundū glo.Et diuiditur in tres partes. Primò loquitur quādo ſoluitur procuratori falſo in rem ſuam. Secundò quādo datur alicui, vt eū à creditore faciat liberari.Tertiò quando datur pecunia alicui,vt portet ad creditorem.ſecūda ibi, quòd ſi dominus. Tertia ibi : Vel quòd furtū.Bart.

XIIII. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

SI procuratori *falſo [e] indebitum ſolutū ſit,ita demū à procuratore repeti nō poteſt,ſi dominus ratū habuerit. ſed ipſe dominus tenetur, [f] vt Iulianus ſcribit. D Quòd ſi dominus ratum non habuiſſet:etiam ſi debita [g] pecunia ſoluta fuiſſet, ab ipſo procuratore [h] repetetur. [i] nō enim [k] quaſi indebitum datum repetetur, ſed quaſi ob rem datum,nec res ſecuta ſit, ratihabitione non intercedente: [l] vel quòd [m] furtum faceret pecuniæ falſus procurator: [n] cum quo non tantùm furti agi, ſed etiam condici [o] ei poſſe.

Res ob cauſam data,cauſa non ſecuta,etiā ſi deſierit extare,cōdicitur:& ſi non eſt tranſlatū dominium, ad exhibēdum,& furti,ſeu condict. furti agitur.h.d. Diuiditur.primò ponit vnum dictum.ſecundò ponit aliud, quod videtur contrarium primo. tertiò reducit ad concordiam, addendo aliqua. quartò addit quædā ad prædicta. Secunda ibi, Labeo.tertia ibi, ſed Proculus.quarta ibi,ſed ſi tuus.

XV. POMPONIVS *libro viceſimoſecundo ad Sabinum.*

C CVm ſeruus tuus in ſuſpicionem furti Attio veniſſet, dediſti [p] cum in quæſtionem ſub ea cauſa, vt ſi id repertum in eo non eſſet,redderetur tibi.Is eum tradidit præfecto vigilum quaſi in facinore deprehenſum. [q] præfectus vigilum eum ſummo ſupplicio [r] adfecit. Ages cū Attio, dare eum tibi oportere: [s] quia & ante mortem dare tibi eum oportuerit. [t] Labeo [u] ait,poſſe etiā ad exhibēdum agi: quoniā fecerit quo minus exhiberet. [x] Sed Proculus [y] dari oportere ita ait,ſi feciſſes eius hominem: quo caſu ad exhibendum agere te nō poſſe. ſed ſi tuus manſiſſet,etiam [z] furti te acturū [a] item furti, ſub diſtinctione tamen in.l.tradita, quia alio modo vſus, es quàm ſcires me dominum permiſſurum. Viuianus.

ti ratū.vel euaneſcit.ſi pecunia erat debita:vt.j.de fur.l.ſi vēdidero.§.ſi Titius.& probatur prędicta diſtinctio.j.de fur.falſus.§.j.
m *Vel quòd.* id eſt quia.
n *Procurator.* ſupple repetetur ab eo : vt ſupra.
o *Condici.*condic.furtiua.Et hîc not.ꝙ Martinus dicebat actione furti poſſe agi cōtra falſum procuratorem, & cōtra falſum creditorem,ſi ſcienter indebitum accipiūt, vt eos nūmos lucrentur:quāuis in eos ſit dominiū tranſlatum:vt hîc,&.j. de condict. fur.l.quoniam.Sed.Ioā.& Azo. cōtra.dicunt enim furtum nō fieri ab eo qui dominus factus eſt:vt. j.l.proxi.in fine. & patet ex definitione furti,quia dicitur, furtum eſt cōtrectatio rei alienæ,&c.vt inſtit. de ob. quæ ex delic.§.primo. nec obſtat quod hîc dicit : quia mutat caſum. nam.ſ. dixit quādo dominium fuerat tranſlatū:& datur tunc condic.ob cauſam.hîc quādo nō,& datur furti:vt &.C.de fur.falſus. Item non ob. d. l. j. de cōdict.fur.l.quoniam. quia & illam intelligas quando dominium nō eſt tranſlatum in creditorem : vt ibi dices.
C*Vm ſeruus.*] CASVS. Seruus alienus ſurripuit equum tuū. habuiſti aliquē ex ſeruis meis ſuſpectum, puta Stichū. tradidi tibi eum,vt de furto illo inquireres.& innocentem eum inueniſti:poteſtati tamen eum tradidiſti,ac ſi furtum cōmiſiſſet.affectus eſt vltimo ſupplicio.dicit ꝙ potero agere contra te condic. ob cauſam, itē actione ad exhibendū,

f *Tenetur.*cōdic.inde.vbi credidit ſe liberatū,credēs eum in rem ſuā datū procuratorē,vel cōdic.ob cauſam ſe liberādum : aliàs ſi ratū non habet dn̄s,procurator tenetur:vt hîc ſubiicit, &.j.rem ra.ha.ſi indebitū.&.j.de cōdic.indebi.l.ſi procurator.§.Celſus.
g *Si debita.*latenter incipit cum erat debita. & hunc caſum proſequitur vſque in finem.
h *Procuratore.* vt infra man.l.inter cauſas.§.mandato.
i *Repetetur.* condic.ob cauſam.
k *Non enim.* bene dico etiam ſi debita.non enim,&c.
l *Non intercedēte.*& ſic nō cōdic.inde.ſed ob cauſam datur vt hîc. Sed arg.cōtra.C.de cōdi.inde.l.creditoris.vbi dicit dari indebiti. prętereà alia dicit dari furti:vt.C.de furtis.l.falſus.quę cōtradicit vtriq;. Solue ergo,quia qui ſoluit ea cauſa vel pacto,vt à domino liberetur,tunc habet locū hæc lex, quæ dicit dari cōdictionē ob cauſam. ſi autē incontinenti ſe liberatū credidit, vt quia credebat procuratorē in rem ſuā cui ſoluit, & ideo nō præcauit ſibi per pactū,vt liberetur:tūc habet locū cōdic.inde.vt in.l.creditoris.& hîc in prin.huius.l.& hoc quādo dominiū eſt trāſlatū.aliàs nulla cōdictio datur:vt.ſ.vſufru.quemad.ca.l.ſi.aut ſi autē miniſtro dedit, vt ad dominū portaret,& ſic apud ſe ſoluēs dominiū retinuit,tunc habet locū furti,& condictio furtiua : vt.d.l.C.de fur. falſus.& in fine huius.l.quas actiones tenetur cedere dn̄o habē-

p *Dediſti.* ita etiam quòd dominium tranſtuliſti, adiecto tamē, vt tibi redderetur,ſi in eo facinus deprehenſum non eſſet.
q *Deprehenſum.* cum non eſſet deprehenſus,vel conuictus.
r *Summo ſupplicio.* quod mortē interpretor ſecundū Io.& iniuſtē fecit fortè hic præfectus,cū iudex de hoc nō eſſet:ſed ad præfectū vrbis debuit referre:vt.ſ.de offic. præfe.vigi.l.tertia.§.j.& hoc eſt verū,ſecundum H. Sed Azo.dicit ꝙ iudex erat, quia hoc non erat publicum crimen,licèt capitis fuerit impoſita pœna:& F ideo hoc potuit cognoſcere : vt.C.de offic.præfe.vigi.l.j.Acc.
ſ *Oportere* . ſcilicet cōdict. ob cauſam, qua agitur vt quid detur, quia eſt perſonalis:vt inſtit.de ac.§.ſit itaq;. habet autem locum hæc condictio,quia non fuit impleta conditio quæ fuit adiecta: quia ſcilicet non fuit in ſcelere deprehēſus. & alia tacita defecit, ſcilicet per quam non redderet,ſcilicet ſi eſſet deprehenſus.
t *Oportuerit.* ſcilicet ſi in facinore repertus non fuiſſet : quia ſic ſe habuit forma dationis.ſi autem æſtimatum dediſſet,habet locum præſcrip.ver.ac.vt in.j.de præſcrip.ver.l.ſi dominus.
u *Labeo.*mutat caſum,ſcilicet quando dominiū nō tranſtuliſſet.
x *Exhiberet.* & ſic iuratur in litem in ac. ad exhib. quando dolo fecit quò minus exhiberi poſſet : vt ſupra ad exhib. l. Ceſus. §. idem Iulianus ſcribit emptorem.
y *Proculus.*redit ad primū caſum,quādo dominiū fuit tranſlatū.
z *Etiam.* non ſolùm ad exhibendum.
a *Furti te acturum.* not. quem teneri furti, licèt non lucri cauſa fecerit.

fecerit.nam lucri cauſa nihil fecit hic.& ſic eſt contra inſtitu. de obli.quę ex delic.§.placuit.Sol.dicunt quidam ſpeciale.ſic & in ſacco cum pecunia ſubtracto:vt.ĩ.de fur.l. qui ſaccum. Tu dic; prædictum.§.inſtitu.non fallere.nam hîc eſt lucrum;quia volũtatem ſuam expleuit.ſic & aliàs ſpecies lucri eſt &c. vt.ĩ.de fur. l.ſi pignore.Item ſic in authen.de here.& Fal. ſi verò expreſſim . col. j.& eodem modo in.l. qui ſaccũ. furtum fuit factum ſacci. ſ.ſecundario,licet non principaliter. nec poteſt dici quòd ſine dolo in hac l.fuerit.doloſè enim agit.&facit ad.l.ĩ.de iniu. l. ſed ſi vnus. §. ſeruus meus.Accurſius.

Dedi tibi pecuniam.] CASVS. Habebas ſeruum.dedi tibi pecuniam vt eum mihi dares. quæritur an ſit cõtract⁹ emptionis &vẽ. Et reſpon. quòd non: & hoc triplici ratione: quia pone ꝙ Stich⁹ ſit mortuus antequã traderetur, potero pecuniã condicere.&ita nõ eſt venditio:quia ſi eſſet,mihi emptori periret.Secunda ratio talis eſt : pone quòd ſeruus fuerit alienus:eũ tamẽ mihi tradidiſti. quia enim rẽ mei accipientis nõ feciſti,cõdicere poſſum. Aliter autẽ eſt in vẽditione:quia nõ cogitur iſte venditor rem facere accipiẽtis. vnde apparet quòd non eſt venditio. Tertia eſt ꝙ ſi Titius fuit proprius cũ eum mihi tradidiſti, potero petere vt eius nomine caueas de euictione.quod ſi non feceris,repetere poſſum. aliter etiã in vẽditione : quia ibi de natura cõtractus de euictione tenetur.Viu.

† De hoc verbo dare, no. quia dominij trãſlationẽ importat: licet quandoque ratione materiæ ſubiectę aliter accipiatur. l.r. in princip.ĩ. depo. &.l.ſtipulat⁹.ĩ prĩ. ĩ. de vſur. & in aliis pleriſque locis.

cũ eo:quia re aliena ita ſit vſus,vt ſciret ſe inuito domino vti:aut dominũ,ſi ſciret, prohibiturum eſſe.

Notabilis lex, & hoc intendit: Quãdo ex parte dãtis pecuniam, & ex parte dantis ſpeciẽ,venit dari,non eſt emptio & venditio: ſed contractus innominatus:ideo habebit locũ cõdictio ob cauſam h. d.gl.diuiditur:primo ponit dictũ: ſecundo tres rationes. ſecũda ibi, & ideo.Tu dic quòd nõ ſũt rationes:imò ſunt illatiões ex dicto. B.

XVI. CELSVS *libro tertio Digeſtorum.*

Dedi † tibi pecuniam,vt mihi Stichum dares. [a] vtrũ id cõtract⁹ genus [b] pro portione [c] emptionis & venditionis eſt?an nulla hic alia obligatio eſt, quàm ob rẽ dati re nõ ſecuta? In quod procliuior [d] ſum. Et ideo [e] ſi mortu⁹ eſt Stichus, repetere poſſum [f] quod ideo tibi dedi, vt mihi Stichũ dares. [g] finge [h] alienum eſſe Stichũ, ſed te tamen eum tradidiſſe.repetere à te pecuniã potero: quia hominem accipientis non feceris. [i] Et rurſus [k] ſi tuus eſt Stichus, & pro euictione eius promittere nõ vis, non liberaberis [l] quo minus à te pecuniam repetere poſſim.

a *Dares*.ex hoc verbo proceſſit dubitatio.

b *Genus*.melius diceret ſpecies.[a]

c *Pro portione*.ſcilicet ſubiecta.Ioan.q.d.an contineatur ſub hoc prædicabili venditio.

d *Procliuior*.i.vt ſit do vt des.& hoc probat tribus rationibus,vt ſubiicit,ſed videtur venditio,cũ ex vna parte eſt pecunia, ex alia ſpecies:vt.ĩ.de præſc.ver.naturalis.§.j.quę eſt cõtra.Sol.hic fuit data pecunia in ſpecie,quod potuit fieri:vt.ĩ.de leg.j.plane.§.ij. ibi vero in quãtitate,ſecundũ Io.[b] Vel dic ſecundũ Azo.idẽ etiã ſi in quantitate in caſu huius.l.nam quia appoſitũ fuit pactũ de dando Sticho.i.de transferenda proprietate Stichi,quod eſt cõtra naturam venditionis,dicitur eſſe innominatus cõtractus. eſt enim dare accipientis facere:vt inſti.de act.§.ſic itaq;. quod vẽditor facere non tenetur:vt.ĩ.de act. emp.ex empto.in princi.

a]Imò rectè dixit id genus contract⁹,id eſt ei⁹ conditionis ſeu qualitatis cõtract⁹. vide Zaſium ĩintellectib. vbi de varia generis ſignifica. tractat.

b]Iſta eſt diuinatio:& cõtra.l. adhuc. §. ſi vero.ſ. de vſufruct.

e *Et ideo*.prima ratio.

f *Poſſum*.imò videtur quòd non poſſum:vt.ĩ.de pręſcr.ver.naturalis.§.ſed ſi Stichũ.quæ eſt cõtra.Sol.hic interceſſit culpa vel mora eius qui debuit Stichum dare:ibi non.Vel dic ſecundũ Io. hic loqui etiã ſi culpa vel mora nõ interceſſit: ſed tamẽ non erat diſtracturus hic,ſed in.l.contraria erat diſtracturus: ar.C.e.l.pecuniam.&.ſ.eo.dedi.§.ſed ſi tibi dedero.&.l.ſi pecuniam. §.fin. quæ eſt contra in eo quòd ibi diſtinguitur prædicto modo : hic non.& hæc ſolutio placet præceptori meo.vel ſolue vt ibi.Acc.

g *Dares*.quod in venditione non ſeruaretur,imò ad intereſſe ageretur ſi culpa vel mora interceſſiſſet:aliàs nõ:vt.ĩ.de act.emp. l.j.in prin.& inſti.de contrahen.emp.§.cum autem.Accur.

h *Finge*.ſecunda ratio.

i *Non feceris*.quod in vẽditione nõ eſt neceſſe : vt.ĩ.de act.emp. l.ex empto.in prin.&.ĩ.de contrahen.emp.l.ſi itaque.Accur.

k *Et rurſus*.tertia ratio.

l *Non liberaris*.ſecus in venditione:quia tunc ago vt caueas de euictione:vt.ĩ.de euict.l.ij.ſecundum H.& Azo. ſed Io. dicit hic

A exigi ſatiſdationẽ fideiuſſoriam,quæ in venditione nõ eſt neceſſaria,niſi hoc actum ſit:vt.ĩ.de euic.l.emptori.&.l.iij. ſed prima magis placet.ſed ad quid hæc lex fecit vim,ſit cõtractus innominatus,vel emptio?Reſpõ.Io.vt ſciretur an condictio ob cauſam habeat locũ.nam non habet locũ in contractibus nominatis:vt hic manifeſte dicitur, &.ĩ. de re. perm.l.j.in fi.ſubtiliter colligitur: niſi in caſu. ſ.donationis:vt.C.de dona. quę ſub modo.l.j.quæ donatio eſt hodie nominatus contractus:quia ſolo conſenſu fit.ſ.pacto etiam nudo: vt.C. de dona.ſi quis argentũ.Sed omnes illi ſunt nominati, qui cõſenſu fiũt:vt.ĩ.de re.permu. l.j.circa medium.olim autem erat innominatus, cum conſenſu nõ fieret ſolo.Vbi ergo habet locum hæc condictio?Reſpon.in cõtractu do vt des, & etiam in contractu do vt facias: vt.ĩ.de re.permu. l.j.§.fi.& de præſcript. ver.naturalis.§.at cum do. Item in contractu do vt non facias:puta, non alienet:vt.C.eo.l. ea lege.In cõtractu autẽ facio vt des, locum non habet.quia tũc locum habet de dolo,cũ qua alia nõ cõpetit:vt d.l.naturalis.§.quod ſi facio.Item nec in contractu facio vt facias, cum facta non poſſint repeti, ſed ad intereſſe agitur: vt.ĩ.de præſcri. verb.l.penul.

Contractus nominati ſunt omnes qui conſenſu fiunt.

† vicenſimo

† Colligit hic Bald. ꝙ ille turpiter facit, qui facit aliquem redimere.

## DE CONDICTIONE ob turpẽ,vel iniuſtã cauſam.

### TITVLVS V.

Datum ob cauſam honeſtã,non repetitur cauſa ſecuta: ſed datum ob turpem cauſam. ſi eſt turpitudo ex parte accipientis, repetitur: ſecus ſi eſt turpitudo ex parte dãtis,vel vtriuſque.h.d.cũ trib.ll.ſeq. vſque ad.§.ſi tibi indicium. Bart.

B

I. PAVLVS *libro decimo*† *ad Sabinum.*

Omne quod datur: aut ob rem [m] datur, aut ob cauſam. [n] Et ob rẽ: aut turpem,aut honeſtã. turpem autem,aut vt dãtis ſit turpitudo, nõ accipientis: aut vt accipientis dũtaxat,nõ etiam dantis:aut vtriuſque. Ob rẽ igitur [o] honeſtã datũ ita repeti poteſt,ſi res propter quã datũ eſt,ſecuta non eſt. [p] Quòd ſi C turpis cauſa accipientis [q] fuerit:etiam ſi res ſecuta ſit,repeti poteſt.

II. VLPIANVS *libro vicenſimoſexto ad Edictum.*

Vt puta †dedi tibi ne ſacrilegiũ facias, ne furtũ:ne hominẽ occidas. In qua ſpecie Iulianus ſcribit,ſi tibi dedero ne hominem occidas,cõdici poſſe:itẽ ſi tibi dedero vt rẽ mihi reddas depoſitã [r]

## DE CONDICTIONE OB TVRPEM, vel iniuſtam cauſam.

*Dictum eſt de condictione ob cauſam,quæ futuram cauſam tantùm reſpi-* D *cit,honeſtam tamen:nunc de hac quæ præteritam & futuram, & non honeſtam reſpicit,ſed turpem: & quod ſubiicit,vel iniuſtam: pro eodem ponitur.nec enim tractat hic de condictione ſine cauſa.ſed tractabit.ĩ.tit.ij.*

*Superior titulus eſt de condictione ob cauſam honeſtam ; vt detur omnimodo cauſa non ſecuta,vt non detur cauſã ſecuta. Hic verò titulus eſt de condictione ob turpem cauſam,vt detur etiam cauſa ſecuta ſi ſolius accipientis turpitudo verſetur,vt non detur ſi ſolius dantis vel ſi vtriuſque. Eſt & de condictione ob iniuſtam cauſam.In hac,cauſa pro principio accipitur vt ſi quid detur ex ſtipulatione per vim extorta.In illa pro fine,vt ſi quid detur vt contingat aliquid quod ſit contra bonos mores. Cuiac.*

Omne.] CASVS. Temere facit iuriſcon.bimẽbrem diuiſionem:quia quicquid datur:aut ob rem,aut ob cauſam datur.& quod ob rẽ datur:aut ob honeſtã, aut ob turpem. aut eſt turpitudo dantis:aut recipientis: aut vtriuſq;.de honeſta cauſa nil dicit:quia ſatis dixit in tit.ſuperiori. tamẽ dicit quòd ſi ex honeſta cauſa datum ſit:ita erit locus repetitioni,ſi id propter E quod datũ eſt,ſecutũ nõ eſt. Cæterũ ſi ob inhoneſtã cauſam dedi.i.turpem,dũ tamẽ turpitudo ſit ex parte accipientis tantum: locus erit repetitioni. cætera ſunt plana vſq; in finem tit. Viuia.

m *Ob rem*.ſcilicet futuram.

n *Ob cauſam*.præteritam:vt infra titu.j.l.damus.

o *Ob rem igitur*.inceptiuum,vel illatiuum: vt.ſ.de iuſtitia & iure.l.ius ciuile.§.hoc igitur.

p *Non eſt*.vt.ĩ.titu.j.in ſumma.§.quod ob rem.&.ſ.titu.j.quaſi per totum.vel etiam ſi eſt ſecuta poſt moram,vel poſt pœnitentiam accipiente certiorato.Ioan.vt.ſ.titu.j.dedi. §. ſed & ſi tibi dedero.&.l.ſi pecuniam.§.ſi ſeruum.

q *Accipientis*.ſ.tantum:vt ſequentia exempla dicunt:vt.C.eo.l. quotiens.&.l.ob reſtituenda.& ad idem ſupra de pac. iuriſgentium.§.ſi ob maleficium.& ſupra de calum.l.j.in princi.

r *Vt puta.Depoſitam*.vt infra eo.l.fin.in princip.&.§.fi.&.ĩ. depoſi.l.fina.



UNED

apud te, vel vt inſtrumētum mihi redderes. Sed ſi dedi [a] vt ſecundum me in bona cauſa iudex pronuntiaret, eſt quidem relatū condictioni locū eſſe: ſed hic quoq; [b] crimen contrahit. Iudicem enim corrumpere videtur. & nō ita pridem imperator noſter conſtituit litem eum perdere.

III. PAVLVS *libro decimo ad Sabinum.*

VBi autē & dantis & accipientis turpitudo verſatur, non poſſe repeti dicimus, [c] veluti ſi pecunia detur vt malè iudicetur.

IIII. VLPIANVS *libro vicenſimoſexto ad Edictum.*

IDem ſi ob ſtuprum datū ſit: [d] vel ſi quis in adulterio deprehēſus redemerit ſe. ceſſat enim repetitio. [e] idq; Sabinus & Pegaſus reſponderunt. Item ſi dederit fur ne proderetur: quoniā vtriuſque turpitudo verſatur, [f] ceſſat repetitio. Quotiens autem ſolius accipiētis turpitudo verſatur, Celſus ait repeti poſſe: veluti ſi tibi dedero ne mihi iniuriā facias. [g] Sed quod meretrici datur, repeti non poteſt: [h] vt Labeo & Marcellus ſcribūt: ſed noua ratione, [i] nō ea quòd vtriuſq; turpitudo verſatur, ſed ſolius dātis. illā enim turpiter facere, quòd ſit meretrix: nō turpiter [k] accipere, cum ſit meretrix.

Poteſt quis honeſtè accipere vt malefactorē indicet: non vt eū celet, niſi ſit particeps criminis. Bar.

Si tibi indiciū [l] † dedero, vt fugitiuum meum indices, vel furem rerum mearū: nō poterit repeti [m] quod datū eſt. Nec enim turpiter accepiſti. Quòd ſi à fugitiuo meo acceperis ne eū indicares, cōdicere [n] tibi hoc quaſi furi poſſum. ſed ſi ipſe fur indicium * à me accepit, vel furis vel fugitiui ſocius, puto condictionem locum habere. [o]

B V. IVLIANVS *libro tertio ad Vrſeium Ferocem.*

SI à ſeruo meo pecuniā quis accepiſſet ne furtum ab eo factū indicaret ſiue indicaſſet, ſiue non, repetitionem † fore [p] eius pecuniæ Proculus reſpondit.

Datū ex iiuſta cauſa, repetitur. B.

VI. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

PErpetuo Sabinus probauit veterum opinionem, exiſtimantium id quod ex iniuſta [q] cauſa apud aliquem ſit, poſſe cōdici. [r] in qua ſententia [ſ] etiam Celſus eſt.

C Pecunia violēter ſoluta ex p̄miſſione etiā violēta, repetitur. Alex.

VII. POMPONIVS *libro vicenſimoſecundo ad Sabinum.*

EX ea ſtipulatione quę per vim extorta eſſet, ſi exacta eſſet pecunia, repetitionem eſſe cōſtat. [t]

Promiſſum ex cauſa turpi ex parte recipiētis, ſi ſoluatur, cauſa finita nō repetitur: ſed quādo eſt turpitudo ex parte vtriuſq;, ſiue cauſa ſit finita, vel nō, ſolutū nō repetitur. h. d. Diuiditur. primo loquitur quādo turpitudo eſt ex parte D recipiētis tātum: ſecūdo quādo ex parte vtriuſq;. ſecūda ibi. porro. B.

VIII. PAVLVS *libro tertio Quæſtionum.*

---

a *Sed ſi dedi vt ſecundum me in bona.* iſtud, ſecundum me, poteſt determinare verbū, pronuntiaret: & nomen bona. prout vero determinat verbū, eſt ſenſus, quia dedi iudici vt iudicet pro me. & quod ſubiicit, eſt relatū. ſ. à quibuſdā: ſed male, ſecundū omnes. & ideo corrigit ſtatim, ſed hic quoq; &c. & quod ſubiicit, litem perdere, dic. ſ. cōdi. ob tur. cauſ. & aliā. ſ. litem quā ſimoniace voluit vincere. & ſecūdū hoc vertitur turpitudo vtriuſq;. ſic &. j. l. proxi. Prout autē determinat nomē, eſt ſenſus: quia dedit vt pronūtiet. i. vt ſe expediat. & quod dicit, relatū eſt: exponit M. ſ. & bene. Et quod ſubiicit, ſed hic quoq; &c. nō corrigit, ſed denotat ꝙ in aliquo deliquit corrūpendo iudicem: nō vere, ſed præſūptiue: & p̄pter hoc delictū perdit litē, quā ſcilicet ſimoniace voluit vincere, non pecuniæ repetēdę per cōdi. & ſecūdū hoc vertitur turpitudo tātùm accipientis, quantū ad cōdict. iſtā: ſicut. ſ. proxi. reſpon. hodie autē nec ſic licet dare, vt ſaltem pronūtiet, vel ſe expediat: vt. C. de pœn. iu. l. ij. & in auth. vt liti. iu. j. reſpō. & ſecūdum hoc ſemper dices quòd ille verſus, ſed hic quoque &c. corrigit: & quòd dicit, litem. ſ. vtramq;. Argu. contra in decretis. xiiij. q. v. non ſane.

b *Sed hic quoque.* nō ſolum iudex. Quid autē ſi promiſerim iudici vt ſecundū me iudicaret: & dederim ei mea pignora in hanc cauſam, an poſſim pignora repetere? & videtur quòd poſſim: arg. j. de cōſtit. pec. l. iij. §. j. & eſt ratio: quia ſicut pign⁹ nō poteſt accedere obligationi quæ nulla eſt: ita nec ei q̄ inefficax eſt.

† i. indicij præmium, quod Græci μήνυτρον. Bu.

c *VBi autē. Dicimus.* vt. j. e. ſi ob turpē cauſam. §. porro. &. C. e. l. cū te. ſed apud accipientē nō remanet: ſed datur fiſco, vel alteri parti: vt. j. de cal. in heredē. in prin. Sed quid ſi dedi rē indiuiduā, vt ſeruitutē, vel equū, partim ob turpē cauſam, & partim ob aliquā cauſam honeſtā ex parte dātis: an repetitur totū? ſi enim ſola eſſet turpis cauſa, nō repeteretur. ergo propter iuſtam cauſā repetitur: ar. pro hoc, & cōtra hoc, ſecūdū Azo. j. ſi quis omiſ. cauſa teſt. l. iij. ī fi. &. j. de iu. fiſ. l. nō intelligit. §. ſi quis palā.

d *IDem & ſi. Datum ſit.* vel ei quæ ſtupranda eſt, vel lenoni, vel marito, vel alij: vt. C. eo. l. mercalem.

e *Repetitio.* per cōdic. ob tur. cau. ſed per actionē qđ met. cau. ſic repetit: vt. ſ. qđ met. cau. l. nec timorē. & l. ſeq. quæ ſūt cōtra. Ac.

f *Verſatur.* hoc caſu & in ſuperiorib⁹. licet enim nemo iudicare teneatur: vt. j. e. l. pe. tamē turpiter accipit qui accipit ne indicet.

g *Iniuriam facias.* alia exempla ſunt. ſ. eo. l. j. in fi. & l. ij. Accur.

h *Non poteſt.* vt. j. de don. l. affectionis. Sed quid ſi dedi vt nō ſit meretrix? Reſpon. hoc poteſt repeti: vt arg. ſ. eo. l. ij. in princi.

i *Sed noua ratione.* noua ratio eſt, quia vilitas vitę nō patitur eam legū laqueis innodari: vt. C. de adult. l. quæ adulteriū. ideo in ea voluit lex iſta inſpicere præcedētē cauſam acceptionis. ſ. libidinem: quia ſic turpiter acciperet. ſed in mare qui fregit oſtia meretricis, inſpexit præcedentem cauſam, ſcilicet libidinem: vt. j. de fur. l. verum. quæ eſt contra. Vetus autem ratio eſt: quia verſatur hincinde turpitudo: vt ſuperioribus caſibus. ſed hæc ceſſat hic, vt ſubiicit: quia ſolius dantis eſt turpitudo. Eſt etiam alius caſus, A vbi ſolius dātis eſt turpitudo: vt. j. de condict. ſi cauſa. l. fi. ſi ſciēs nō valere matrimonium. ſed an poterit petere, ſi ſibi eſt promiſſum? Reſpond. non: quia turpis cauſa fuit promiſſionis: vt. j. de ver. obli. l. generaliter. & l. ſi plagij. & quia quædam honeſte accipiuntur, non tamen honeſte petuntur: vt. j. de var. cog. l. j. §. j.

k *Turpiter.* ſed hæc præcedens cauſa non inſpicitur: quia vilitas vitæ &c. & ſic eſt hæc noua ratio.

l *Si tibi ob indicium.* id eſt ob indicandum.

m *Repeti.* imò conuentum oportet ſolui, vel per ac. præſcri. verbis, vbi fuit do vt facias, id eſt indices: vel per act. de dolo, vbi fuit facio, id eſt indico, vt des: vt. j. de præſcrip. verb. ſolēt. ex hoc ergo probatur quod quis non tenetur indicare furem. nam ſi hoc facere teneretur, ergo ſi pecuniā acciperet, turpiter acciperet, & repeti poſſet: vt. j. ea. l. §. fi. nā omne quod gratis faciēdum eſt, ſi pecunia fit, turpiter fit. Sed contra videtur, vt. ſ. eo. l. §. item ſi dederit. Si enim quis indicare non tenetur: cur non licet accipere ne indicem furē, ſicut & licet accipere vt indicem: vt ita ſit indicare, & non indicare, de libera cuiuſlibet poteſtate? Reſpon. verū eſt quidem quod non cogitur vel per ac. vel per officiū iudicis indicare: vnde & licet accipere: vt indicet, & non accipere, & ita non indicare. ſed accipere ne indicet, ideo non licet, quia eſſet contra pub. vtilitatē, quæ eſt vt maleficia puniantur: vt. j. de fideiuſ. ſi quis à reo. §. pen. licet autem à me compelli non poſſet, iudex tamē ex officio ſuo debet eum compellere: vt ſic purget prouinciam malis hominibus: vt. ſ. de offi. præſi. l. congruit. Illud dicere non audeo, quòd ſaltē ratione naturali teneatur indicare. nam & tunc nō liceret accipere pro indicando: vt. ſ. eod. l. j. in fi. & l. ij. j. reſpon. & l. idem. §. quotiens. Patet ex prædictis, ſecundum Azo. quòd licet alicui gratis non facere, quod non gratis non facere non licet.

* Indiciū interdū eſt p̄mium quod ob indicādā rē quis conſequitur. Cicer. ī diuinatione. Quapropter ſi tibi indicium poſtulas dari, quod tecū vnà fecerit &c. ī qua ſignificatione hic accipitur, vt non ſit opus addere, ob.

† mihi ſcilicet qui nihil feci turpiter, ne repugnet. l. 4. § 1. ſ. eod.

Malis hominib⁹ prouincia purganda eſt.

n *Condicere.* ſi eſt conſumpta: vt. j. l. proxi. Accurſius.

o *Locum habere.* vt argu. ſ. quod met. cau. l. metum. §. ſed licet. & C. quod met. cauſa. l. ſi per impreſſionem. Accur.

E p *SI à ſeruo. Repetitionem eius fore.* Non per condictionem hanc, cum dominium non tranſtulerit: ſed per rei vindic. quæ datur domino ſerui, cuius pecunia à ſeruo alienari nō potuit. Azo. vel ſi eſt cōſumpta, per condic. ex iniuſta cauſa: vt ſupra. l. proxi. §. quòd ſi à fugitiuo.

q *PErpetuò. Ex iniuſta.* i. turpi. & ſic pro eodē ponitur in rubri.

r *Condici.* ſi dominus ipſe ſoluit. ſi alius: aut extat res: aut nō extat. ſi extat, non condicet dominus ſuam rem, ſed vindicat. ſi conſumpta eſt: ſi quidem conſumptor habuit lucratiuā cauſam, condicet: vt ſupra ſi cert. pet. ſi eum. alioquin non puto.

ſ *In qua ſētētia.* etiā ſi eſt cōſūptū, vt fruct⁹ à malę fid. poſſeſſore.

t *EX ea ſtipulatione. Conſtat.* imò videtur ꝙ non: vt. C. quod me. cau. l. ij. quæ eſt contra. &. j. l. proxi. in princip. Solu. hic fuit adhibita vis in ſtipulando & in ſoluendo: ibi autem tantum in ſtipulando: ſed ſponte ſoluit: vt argu. ſ. quod me. cau. metum. §. ſed quod prætor. Accurſius.

Si ob

a [S]*I ob turpem*.ex parte accipientis tãtum, puta vt reſtituat rem commodatam,& reſtituit:vel vt furtum non faciat:vel per vim compulit me.nunc ſi me cõueniat, vti poſſum exceptione. ſi ſoluam ſponte,non repetam.aliàs eſſet contra:vt.ſ.l.proxi.

a]Collige iũ ĉto tex.qualiter ſpontanea ſolutio purgat metũ aut turpitudinẽ præcedentẽ quę in cõtractu interuenerat.

†Ad intellectũ vide plene Alexã.in l.generaliter.& in l.ſi plagij.j.de ver.obli.

b *Vel in factum*.contra patronum vel parentem.

c *Solueris*.ſ.poſtea ſpõte:ª vt.C.quod me.cau ſa.l.ij.aliàs eſſet contra ſupra.l.proxi.

d *Repetere*. niſi acerrimus error interueniat, vel lubricum ætatis:vt ar.C.de inceſt.nupt.l. qui contra legum.

e *Proxima cauſa*.illa dicenda eſt proxima cauſa, quę adhibita eſt ob hoc ipſũ vt fieret ſtipulatio,puta vis & metᵘ. Azo.vel vt cõmodatũ reſtituatur:vt ĩ prin ci.huiᵘ.l.dixi.tria enim ſunt : cauſa,ſtipulatio, ſolutio. cauſa enim eſt ꝓxima ſtipulationi ex latere anteriori: ſtipulatio ſolutioni: hic autẽ ſolutio facta ſponte tollit effectum primæ cauſæ.i. exceptionem quæ occaſionẽ primæ cauſæ dabatur:quę exceptio mediũ. i. ſtipulationem tollebat, vt ſubiicit:quæ ſcilicet ſtipulatio propter exceptionem &c.Accur.

f *Porro*. dixit quando accipientis tãtum fuit turpitudo : nunc dicit idem ſi vtriuſque.

g *Stipulatione*. ſ. turpi. Io. & fuit etiã ſolutio per vim extorta.Acc.

SI ob turpem ª cauſam promiſeris Titio, quamuis ſi petat, exceptione † doli mali vel in factum ᵇ ſummouere eum poſsis,tamen ſi ſolueris, ᶜ non poſſe te repetere: ᵈ quoniam ſublata proxima cauſa ᵉ ſtipulationis quæ propter exceptionem inanis eſſet,priſtina cauſa, id eſt turpitudo, ſupereſſet. Porrò ᶠ autem ſi & dãtis & accipientis turpis cauſa ſit,poſſeſſorem potiorem eſſe:& ideo repetitionem ceſſare, tametſi ex ſtipulatione ᵍ ſolutum ſit. ʰ

Qui pecuniam recipit vt faciat id quod gratis facere tenetur, turpiter accipit.Bartol.

IX. IDEM *libro quinto ad Plautium.*

SI veſtiméta vtenda tibi commendauero, * deinde pretium vt reciperem dediſſem, cõdictione ⁱ me rectè acturum reſponſum eſt.Quãuis enim propter rem datum ſit,& cauſa ſecuta ſit, tamen turpiter datum eſt. ᵏ Si rem locatam tibi, vel venditã à te,vel mandatã, ˡ vt redderes,pecuniã acceperis, habebo tecũ ex locato vel vendito ᵐ vel mandati actionẽ. ⁿ Quòd ſi vt id quod ex teſtamento vel ex ſtipulatu debebas, red-

* commodauero.

h *Solutũ ſit*.no.ꝙ potior eſt qui poſſidet in turpi cauſa:vt hic,& C.e.l.ij.& §.de cõdi.ſine cauſa.l.ſi.in prin.&.j.de do. exce.l.ſi ꝓcurator.&.j.de re iud.cũ par delictũ. Sed cõtra.ſ.quod me.cau. l.metũ.§. ſed quod prætor. vbi poſt ſolutionẽ etiã datur repetitio.Sol.ibi accipiẽtis tãtũ turpitudo fuit:hic autẽ vtriuſq;.Acc.

i [S]*I veſtiméta.Cõdictione*.ſ.ob turpẽ cauſam.& ſic no. ꝙ in cõtractu nominato etiã hæc cõdictio datur:licet ſecus ſit in condictione ob cauſam:vt diximus.ſ.tit.j.l.ſi.in ſi. nihilominus tamẽ & habet locũ hic actio ex eo cõtractu:vt.j.proxi.§.&.j.de do.exce.itẽ ſi.&.j.de tu.& rat.diſtra.l.ſi tutor. Alij dicũt nõ habere hãc locũ vbi eſt actio ex eo cõtractu.& hũc caſum intelligunt in tali cõmodato quod precariũ ſit, nõ verè cõmodatum.

k *Datum eſt*.ſcilicet acceptum.

l *Vel mandatam*.id eſt meo mandato emptam.

m *Vendito*.id eſt empto.

n *Actionem*.vt infra depo.l.ſi.&.ſ.e.l.ij.§.j.& eſt ratio, quia in bo.ſi.iudicijs veniũt ea de quibus nec eſt actum,nec cogitatum: vt infra de eo quod cer.lo.l.in bonæ fidei.& inſtit.de oblig.quę ex con.§.j.habet hic locum hæc condictio etiam:vt in princip.l.

o *Duntaxat*.& ideo dicitur ſtricti iuris, quia tãtum ea veniunt de quibus actũ eſt:vt in.d.l.inſti.de ob.ex con. in fi.&.ſ. de dolo.l.eleganter.§.non ſolum.& ideo vſuræ in hac actione nõ veniunt:vt hic,&.C.eo.quotiens.

o *Dumtaxat*.non etiam actio ex eo contractu.

DE CONDICTIONE INDEBITI.

*Quia in mutuo de quo dixi.ſ.ſi cert.peta.contrahitur ob rem, & ita & in indebito: ideo de hoc poſt illud ponit. Vel quia ſuperior reſpicit cauſam præteritam & futuram,ponit hanc quæ tantũ præteritam reſpicit cauſam: & ideo dicit in.l.j.nunc &c. dic ergo quòd tribus modis dicitur indebitũ: vt dices.j.eo.l.j.Itẽ quæ cauſæ hanc actionem inducunt:quod dices.j.eod.l. ſufficit. Item quæ faciunt eam ceſſare, dices infra eo.eleganter.in ſi. Cui detur,& contra quem,dices infra eo.ſi procurator.in ſi. Item in quantum detur,dices infra eo.indebitum.& l.indebiti.qualis eſt,ex quaſi contractu:vt inſti.de oblig.ex quaſi contractu.§.item is cui.Accurſius.*

*Condictio quoque indebiti eſt ex promutuo.nam & indebiti ſolutio,quaſi mutui datio.l.v.§.is quoque. De obligationib. & actionib. Sed non daff.* Vetus.

*tur niſi ei qui per errorem ſoluit. Cuiacius.*

A [N]*Vnc.*] CASVS. Credebã me debere tibi.x.cũ nõ debui.ſolui.an repetere poſſum,quęritur.& diſtinguitur.aut ſciẽs, aut ignorãs ſolui.primo caſu nõ repetã:ſecũdo ſic.Viuia.

p *Nunc videndum*.diſtingue triplex indebitum.Primo naturaliter & ciuiliter: vt quãdo nullo modo debes. Itẽ quando debes ſub conditione: vt.j.e.ſub conditione. Secundo quando eſt naturaliter indebitum, ſed debitũ ciuiliter:vt patet in chirographo ante bieniũ. Itẽ quotiẽs quis mihi ciuiliter & naturaliter tenetur:ſi pacto vel iureiurãdo liberatur, remanet ciuiliter debitũ, ſed naturaliter indebitũ: vt.ſ.de iureiu. l.ſi.&.j.de ſol. Stichũ. §.naturalis.& hęc duo indebita indiſtinctè repetũtur:ſiue per ignorantiã facti probabilẽ: vt in alieno facto:vt.j. e.elegãter.j.reſpõ. ſiue nõ ꝓbabilẽ: ᵈ vt quia in ſuo facto:vt.j.e.ſed & ſi me putẽ. ſiue per ignorãtiã iuris: vt.j.e. ſi is cũ quo. &.l.ſi is.§. j.&.l.ſi fideiuſſor.nam non nocet iuris ignorãtia in dãno vitando:vt j.de iu.& fac.igno.l.iũ ris ignorantia. &.l. error.in ſi. Tertio modo eſt indebitũ ciuiliter, ſed naturaliter debitũ: vt inter patrẽ & filiũ, & inter fratres in eiuſdẽ poteſtate exiſtẽtes:

Indebitum triplex eſt.

† Sabinum.

d]Bal hic dicit iſtam gl. nota.ad hoc quòd error facti improbabilis æqui paratur errori iuris. & quo facit text.cum ibi not.in.l.nec ſupina.j. de iur.& fact.i gnor.

deres mihi, pecuniam tibi dederim,condictio dũtaxat ᵒ pecuniæ datæ eo nomine erit.Idq; & Pomponius ſcribit.

## DE CONDICTIONE indebiti.

### TITVLVS VI.

Soluens indebitum ignoranter, repetit:ſcienter,non.

B

I. VLPIANVS *libro vicenſimoſexto ad Edictum.* †

NVnc videndum ᵖ de indebito ſoluto. Et quidẽ ſi quis indebitũ ignorãs ſoluit, per hanc actionem condicere poteſt. Sed ſi ſciens ſe nõ debere ſoluit,ceſſat ᑫ repetitio.

Solutum indebite etiã ex conuentione repetitur.Barto.

II. IDEM *libro ſextodecimo ad Sabinum.*

C SI quis ſic ſoluerit, vt ſi appatuiſſet eſſe indebitum,vel Falcidia emerſerit, reddatur : repetitio locum habebit: ʳ negotium ſ enim contractum eſt inter eos.

Solutum indebitè, repetitur ab eo ad quẽ poſtea ex poſtfacto apparet negotium pertinere, etiam ſi ipſi non ſoluitur.h.d.vſque ad.l. ſi procurator.Bartolus.

vt.j.e.l. frater à fratre.Itẽ inter dominum & ſeruũ:vt.j.e.naturaliter.Item in legato minus ſolẽni,vel etiã ſolenni,ſi modò per Falcidiã minuatur.Item in eo qui eſt abſolutus: vt.j.e.Iulianus. in talibus autem indebitis ſolutis diſtinguitur, an per errorẽ iuris ſoluantur:& tunc non repetuntur.an facti, & minus probabilem:& tunc idem.an per probabilẽ:& tunc repetuntur: vt.C. ad.l.Fal.error.& infra de iu.& fac.igno.l.pe.§. ſed facti. & infra eo.l.fideicommiſſum.&.C.de iur.& fac.igno.l.cum quis.

D

q *Ceſſat*.vt.C.e.indebitũ.in prin.&.j.de reg.iur.l. cuius per errorẽ.& de inoffi.teſta.eũ qui.in.§.j.& hoc niſi fuit impubes. nã ille nihil ſcit:vt.j.de iur.& fac.igno.l.fi.ſed pubes reſtituitur: vt dices.j.eo.interdum.Sed quid ſi animo titubanti ſoluit maior? Reſpõ. repetit:vt.C.e.l.pro dubietate.itẽ cõtra.j.de euic. ſed & ſi ex. Sol. vt ibi. ADDITIO. Dic quòd ibi habet regreſſum ad hoc quod non fecit.ſed omiſit:hic quod fecit,ſecundum Iaſ.

[S]*I quis.*] CASVS. Aliquis inſtituit me heredẽ,reliquit legata vel fideicũmiſſa.legatarij cõueniunt me nomine legatorũ. dico ꝙ ignoro vires hereditatis:quia poteſt eſſe quod lateat debitũ hereditariũ.verũtamẽ paratus ſum ſoluere,dũ tamẽ ea reſtituatis,ſi poſtea inueniatur æs alienũ quod Falcidiã inducat : in tantũ quod ſi legata de here.ſolui nõ poſſunt,retenta quarta legata erũt reſtituẽda quatenus Falcidia popoſcerit.[SI QVID.]Inſtitutus fui in quodã teſtamento, quod quidẽ putabam eſſe verũ. ſolui legata.poſtea apparet teſtamẽtũ eſſe falſũ.an repetere poſſum legata.quia nullũ fuit teſtamẽtũ.eo ꝙ falſum vel inoffi.irritũ vel ruptũ poſtea apparuit?Et reſpon.ꝙ ſic.Idem eſt ſi æs alienum poſtea apparuerit.Idem eſt & ſi legata in teſtamẽto relicta adepta fuerunt in codicillis:ego tamẽ heres inſtitutus hæc ignoraui:quia in iſtis caſibᵘ repetẽtur legata ſicut in primo caſu. Sed quãdo teſtamentũ falſum probatur vel inoffi. repetit legatũ nõ heres inſtitutus,ſed legitimus vel poſthumus à legatarijs vel ab herede inſtituto vel bo.poſſeſ.quatenᵘ factᵘ eſt locupletior : qa non eſt nouum &c.cætera plana ſunt vſque ad. l. ſi procurator

E

r *Locũ habebit*.eſt per ac.pſcrip.ver.vt.C.de re.pmũ.rebus.Azo. ſed cõtra.j.e.qď quis.Sol.ibi nõ expreſſit:ſed in mente retinuit

ſ *Negotium*.id eſt pactum.

Si quid ex teſtamento ſolutum ſit,[a] quod poſtea falſum vel inofficioſum vel irritum[b] vel ruptũ[c] apparuerit, repetetur.[d] vel ſi poſt multum temporis emerſerit æs alienum,[e] vel codicilli diu celati prolati, qui ademptionem continent legatorum ſolutorum, vel deminutionem per hoc, quia aliis quoque legata relicta[f] ſunt. Nam diuus Hadrianus circa inofficioſum & falſum teſtamẽtum reſcripſit actionem dandam ei, ſecundum quem de hereditate iudicatum eſt.[g]

III. PAPINIANVS *libro viceſimooctauo Quæſtionum.*

IDem eſt & ſi ſolutis legatis noua & inopinata[h] cauſa hereditatem abſtulit, veluti nato poſtumo, quem heres in vtero fuiſſe ignorabat: vel etiam ab hoſtibus reuerſo filio, quem pater obiſſe falſò præſumpſerat. nam vtiles actiones poſtumo vel filio qui hereditatem euicerat,[i] dari oportere in eos qui legatum* per ceperunt, imperator Titus Antoninus reſcripſit, ſcilicet quòd[k] bonę fidei poſſeſſor in quantum locupletior[l] factus eſt, tenetur: nec periculum huiuſmodi nominum ad eum qui ſine culpa ſoluit, pertinebit.

IIII. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

IDem diuus Hadrianus reſcripſit & ſi aliud teſtamentũ proferatur.[m]

V. VLPIANVS *libro ſextodecimo ad Sabinum.*

NEc nouum,[n] vt quod alius ſoluerit, alius repetat. Nam & cum minor vigintiquinque annis inconſultè adita hereditate, ſolutis[o] legatis, in integrũ reſtituitur, non ipſi repetitionem competere, ſed ei ad quem bona pertinẽt, Arrio† Titiano reſcriptum eſt.

Si procurator ſoluit indebitum, repetitur: ſecus ſi debitum. & de indebito recipiendo non videtur mandatum. idem in tutore. h. d. Diuide. prima pars loquitur in procuratore ſoluente, ſecunda in procuratore cui ſoluitur. tertia in procuratore & tutore ſimul. ſecũda ibi, idem Labeo. tertia ibi, Iulianus. Item prima & ſecũda ſubdiuiditur in duas, ſcilicet quando ſoluitur indebitum: & quando indebitum accipitur: vt patet in tex. Bartolus.

VI. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

SI procurator tuus indebitum ſoluerit,[p] & tu ratum non habeas, poſſe repeti Labeo libris Poſteriorum ſcripſit. quòd ſi debitũ fuiſſet, non poſſe repeti.[q] Celſus ideo, quoniam cum quis procuratorem[r] rerum ſuarum conſtituit, id quoque mandare videtur, vt ſoluat creditori:[ſ] neq; poſtea expectandum ſit vt ratũ habeat.

Idem Labeo ait, ſi procuratori indebitũ ſolutum[t] ſit, & dominus ratum non habeat, poſſe repeti.[u]

Celſus ait eum qui procuratori debitum ſoluit, continuò[x] liberari: neque ratihabitionem conſiderari. Quòd ſi indebitum acceperit, ideo exigi ratihabitionem, quoniam nihil[y] de hoc nomine exigendo mandaſſe videretur: & ideo ſi ratum non habeatur, à procuratore repetendum.[z]

Iulianus ait,[a] * neque tutorem neque procuratorem ſoluentes[b] repetere poſſe: neque intereſſe

a *Solutum ſit.* de hereditaria burſa, ab herede tamen ſcripto.
b *Irritum.* vt per capitis deminutionem.
c *Ruptum.* vt per ſecundum tabu. vt inſtitu. quib. mo. teſta. infir. §. j. & . ij. Accurſius.
d *Repetetur.* per legitimum.
e *Aes alienũ.* propter quod legata nõ debentur: vt infra ad Treb. l. j. §. penul.
f *Relicta.* vt inſtitu. de ac. § ſi quis agens.
g *Iudicatum eſt.* ſcilicet vtilem condict. indeb. vt hic, & infra. l. proxi. & ſupra de inoffi. teſt. l. Papi. §. fin. & infra de teſt. mi. militis. §. j. ſed contra ſupra de don. ſi legatarius. Solu. vt ibi.

ADDITIO. Dic quòd actio de dolo & codictio indebiti poſſunt adinuicem cõcurrere, quãdo eſt ſolutum indebitum dolo aduerſarij, ſecundum Barto. in contrario.

h *IDem eſt. Noua & inopinata.* quæ enim de nouo emergũt, auxilio indigent: vt. ſ. de interro. act. de ætate. §. ex cauſa. & inſti. de here. qua. & diffe. §. ſciendum.
i *Euicerat.* hoc plene dixi. ſ. de peti. hered. ſi poſſeſſor. §. bonę fidei. & . l. quod ſi in diem. §. fin. & . l. ſeq.
k *Quòd.* id eſt quia. Accurſius.
l *Locupletior.* vt. ſ. de peti. here. l. ſed & ſi. §. conſuluit. Accurſius.
m *IDem. Proferatur.* ſecundum, quod rupit primum. Accur.
n *NEc nouum.* Nam & aliàs idẽ eſt: vt ſupra ſi certum pet. l. cum fundus. §. j. & . j. eod. ſi procurator. & . l. tutores. & . l. dominus. & ſupra de peti. here. l. quòd ſi poſſeſſor. & C. de iure delibe. l. fin. §. ſi verò.
o *Solutis.* indebitis. Accurſius.

* Repetitur cuĩ legatũ. l. Papinianus. §. ſi ex cauſa. ſ. de inoff. teſta. nã quod dicitur. l. cõ mater. eo. ti. ex huiuſmo di teſtamẽto libertates & legata præſtari, no ta & reprehẽſio nedignũ viſum eſt Paulo. ita enim illic accipiẽdum eſt, annotare.

ſio ad condictionẽ indebiti: quod facere debet, ſecundum Azo. curatur habeat cũ libera, vel non: ſed quòd ſoluit de pecunia ſua, vel domini, quę tamen erat cõſumpta ſecundũ Bart. P. & Iaſ.
q *Poſſe repeti.* vtili actione ab ipſo procuratore. à domino verò, ſi ratum haberet, repeteretur directa, ſicut in mutuo: vt. C. ſi cer. pet. ſi abſentis. Sunt enim ſimilia: vt inſti. qui. mo. re cõtrahi. ob. §. is quoque. ſed contra hoc videtur. j. ea. l. §. fin. Solu. vt ibi.
r *Procuratorem.* ſcilicet generalem.
ſ *Creditori.* vt. j. e. l. indebitũ. ſicut per cõtrariũ vt ipſi procuratori ſoluatur, mandaſſe intelligitur: vt. j. de ſolu. l. qui hominem. §. ſi Titium. & . l. quolibet.
t *Solutum.* niſi fuerit eius cui ſoluitur.
u *Poſſe repeti.* à procuratore.
x *Continuò.* vt. j. de ſol. l. qui hominẽ. §. ſi Titium. & , ſ. de procur. l. procurator cui libera. niſi ſit ꝓcurator litis: vt. j. de ſolu. hoc iure.
y *Quoniã nihil.* no. non videtur mãdari qđ iure fieri nõ poteſt. ſic & j. quę ĩ frau. cre. l. ſi pater filio. Sed arg. cõtra. j. de dã. infect. l. dãni. §. ſed quod. Acc. ADDIT. Dic quòd ille. §. nõ obſtat: quia loquitur in diſpoſitione prohibitiua, in qua non videtur prohibita iuridica. hic in diſpoſitione permiſſiua, ſecundum Bart.
z *Repetendũ.* ſed ſi ratũ habeat, ab eo condicetur: vt. j. rẽ ra. ha. ſi indebitũ. & . l. ſi fine. & . j. de ſol. l. qui hominem. j. reſpõ. Azo. nã ſtatim poſt rarihabitionẽ fit domini: vt. ſ. de nego. geſt. ſi ego.
a *Iulianus.* §. aliàs. l. neque & c.
b *Soluentes.* & ſi ponas in vero debito, non eſt hæſitatio: quia pupilli nomine ſoluit debitũ. ſi verò in indebito, tũc eſt cõtra. ſ. ea. l. in prĩc. Sol. hic nõ repetit tutor vel procurator minoris. poteſt enim procuratorẽ habere: vt. C. de procur. l. neq;. ſuple niſi ſicut quilibet procurator maioris. ſ. vtili actione ex nomine ſuo, domino nõ habẽte ratũ: vt. ſ. e. ſi procurator. diximus: & colligitur. ſ. de cõdic. ob tur. cau. l. ſi procuratori. hic autẽ minor ratũ habere nõ poteſt: quia minor eſt: vt. j. de noua. l. ſi pupillus. vnde interim antequã perueniat ad ætatẽ perfectã, hinc tutores ſuo nomine repetere nõ poſſunt. Dicẽdũ eſt tamẽ ꝙ repetatur nomine pupilli, cui eſt quęſita cõdictio indebiti p tutorẽ, vel habere ſimilẽ perſonã, etiã ignorãti: vt. j. e. ci indebitũ. & . l. ſi. §. j. vel lex ſi. loquitur quãdo tutela eſt finita: hic nõ. quod autẽ nomẽ etiã ſibi quæſitũ poſſit quis reprobare, & ideo alij detur vtilis actio, probatur. C. ſi cer. pe. l. ſi abſentis. ſecũdũ Azo. Vt autẽ plenè ſcias cui & in quẽ cõpetat hæc actio, diſtingue, an ſuo vel alieno nomine ſoluat quis. primo caſu. ſ. quando ſuo nomine, ſibi ſoluẽti: ſecundo, ei cuius nomine ſoluit, ſiue mãdauit expreſſe, ſiue ratũ habuit, nõ autẽ ſi generale mãdatum fecit, hoc videtur mandaſſe. aliàs ſi nec mãdauit, nec ratũ habuit, cõpetit ſoluẽti: vt hac. l. ſi procurator: & . j. eo. l. indebitũ. nec obſtat ꝙ dicitur ſoluentẽ alieno nomine agere cõdictione furtiua: vt. j. de cõdic. fur. l. quoniã. quia ibi ſoluens labitur in perſona eius cui ſoluit. credebat enim Titiũ eſſe eũ cui ſoluebat, cũ non eſſet. vnde non tranſtulit

† ab Arrio

* Iuliani ſententia ad tutorẽ & procuratorẽ ſol uẽtes indebitum nomine pupilli & domini, referenda eſt. ſi quaſi ipſi deberẽt, tamẽ ſoluerẽt, poſſent condicere. l. in ſũma. j. eo. & . l. ſi pœnæ. §. 1. l. 46. eo. l. 57. eod.

SI procurator.] CASVS. Titium procura. ad negotia mea inſtitui: qui indebitum de meo & meo nomine ſoluit. ſi ratũ non habeam, repetere poteſt procur. ſi autem debitum ſoluerit, repetere non poteſt: nec eſt expectãda mea ratihabitio: quia eo ipſo quòd eum procur. omnium bonorum (dando ei liberam adminiſtrationem) inſtitui: videor mandaſſe vt creditori ſoluat. Sed pone quòd aliquis ei indebitum ſoluit. ſi ratum non habeam, ab ipſo procuratore eſt repetendum. ſi autem meus debitor illi ſoluerit, liberatur: neq; refert ratum habeam, necne. aliàs tamen eſt quando ei ſolutum eſt indebitum: quo caſu conſiderãda eſt mea ratihabitio: quæ eſt cauſa diuerſitatis: quia non videor ei mandaſſe vt indebitum exigat. vnde teneor ſi ratum habeã: aliàs non. [IVLIANVS.] Tutor pupilli vel procurator alicuius, finita adminiſtratione debitum pupilli vel domini ſoluit: deinde vult repetere condictione indebiti, quia ſoluiſſet cum finita ſit adminiſtratio. Dicitur quòd non repetet. neq; refert an ſoluerit de ſuo, an de pupillari, an de dominica. Viuianus.

p *Soluerit.* & de tuo, & tuo nomine: & ſic dicas[a] quòd omnium bonorum erat, & habens liberam adminiſtrationem, aliàs per rei vindicationem poſſet repeti: & ita non ſpectaret hęc reſpon-

a] Iſtud eſt diuinare: ideo dic ꝙ nõ

tranſtulit pecuniæ dominiũ. ſi tamẽ habeam ratum, debet mihi cedere cõdictionẽ: vt. ĵ. de fur. ſi quis vxori. §. cum Titio. & l. ſi is qui. §. ſi Titium. & l. ſi vendidero. §. ſi quando q; etiam datur cõdictio ei qui nec ſoluit, nec eius nomine ſolutũ eſt, cauſa vitandi circuitus: vt patet per multa exempla: vt. ſ. eo. l. ij. §. j. & l. iij. iiij. & v. & ĵ. eod. l. dominus. Ecõtra datur in eũ cui ſuo nomine eſt ſoluta, nõ inſpecto cui profecerit pecunia: vt ĵ. eod. his ſolis. ſi verò nomine alieno ſine mãdato ſpeciali. (nam generale nõ ſufficit ſi nõ habeat ratũ) ab eo repetitur: vt hac. l. ſi procurator. §. Celſus. ſi verò nullum horum interuenerit, tenetur ille cui eſt ſolutum: vt hac l. §. idem Labeo. nec videtur diſtinguendũ ſoluta ſit per iudicẽ, vel nõ: vt infra rem ra. ha. l. ſi ſine.

ſuam pecuniam an pupilli vel domini [a] ſoluant.

Si ſoluitur indebitè ſpecies, illa repetitur. ſi verò quantitas, repetitur tantundem. h. d. cum ſupple- tione glo. Alexand.

VII. POMPONIVS *libro nono ad Sabinum.*

Qvod indebitũ per errorem ſoluitur: aut ipſum [b] aut tantundem repetitur.

Tutus exceptione ne conueniatur niſi quatenus facere poteſt, ſolutum per errorem non repetit. h. d. cum. l. ſeq. Bart.

VIII. PAVLVS *libro ſexto ad Sabinum.*

Qvod † nomine mariti qui ſoluendo non ſit, alius mulieri ſoluiſſet, repetere nõ poteſt: adeo * debitum [c] eſſet mulieri.

IX. VLPIANVS *libro ſexageſimoſexto ad Edictum.*

Nam & maritus ſi cum facere nihil poſſit, [d] dotem ſoluerit, in ea cauſa eſt vt repetere non poſsit. [e]

Ante diem debitum ſoluens, nõ repetit. Bart.

X. PAVLVS *libro ſeptimo ad Sabinum.*

In diem debitor adeo debitor eſt, vt ante diem ſolutum [f] repetere * non poſsit.

Solutum pro ſeruo, licet minus ſit in peculio, non repetitur. Bart.

XI. VLPIANVS *libro trigeſimoquinto ad Sabinum.*

Si is cum quo de peculio actũ eſt, per imprudentiam plus quàm in peculio eſt ſoluerit, [g] repetere non poteſt.

Etiam ad heredem tranſit hæc condictio. Barto.

† Ad materiã huius. l. vide Alexan. poſt Bart. in l. ex diuerſo. §. ſi ſ. ſoluto mari.

* ideo quia debitũ eſt.

a *Domini.* qui idem eſt pupillus.

b *Qvod. Ipſum.* ſi extat: alioquin tãtundem, vt dicunt: & quod dicit, petitur, finem ſpectat. tantundẽ enim conſequitur: ſed tantũm idipſum quod eſt ſolutum, eſt in obligatione. Vel melius, (quia ſic non propriè ponitur petitur) dicas quòd vbi ſoluitur ſpecies, ipſa eſt in obligatione. vbi verò quantitas, id eſt quod in mutuo conſiſtit, tantundẽ eſt in obligatione ſicut in mutuo. nam hęc cõdictio ſimilis eſt mutuo: vt inſti. qui. mo. re contrahi. ob. §. item is. & ita propriè ponitur petitur. & ꝓbatur hoc ĵ. de præſcr. ver. ſi operas. & prodeſt hoc notare ad quandam quæſtionem quæ fit. ĵ. eo. l. indebiti. §. ſed & ſi. Azo. Item quod dicit tantundem, not. quia quandoque plus: vt. ĵ. eo. indebiti. & l. in ſumma. §. ei qui. Interdum minus: vt. d. l. in ſumma. §. vlt. Interdum nihil, ſi in nullo eſt locupletior qui accepit: vt. ĵ. eo. ſi non ſortem. §. libertus. & ſ. de tranſact. cum hi. §. ſi quis de alimentis.

* Imò dic φ dicitur naturalis, quia ex æquitate naturali, ſecun dum Bart.

Qvod nomine.] CASVS. Hæc lex & ſequens continuantur. In actione de dote non eſt maritus conueniẽdus niſi in quantum poteſt. vnde ſi nomine mariti conuentus aliquis ſoluat vlterius, an repetetur? Dicitur quòd non: quia idem eſſet ſi maritus vltra quàm poſſet, ſolueret. Viuianus.

c *Debitũ.* ex cauſa & ex perſona, licet de cõdẽnatione deducatᷣ. Vel dic ratione ſpei eſt debitũ: nõ vt nũc vtiliciter: quia non eſt veriſimile φ omni tẽpore ſit inops: vt ar. C. ar. tu. l. ſi defunctus.

d Nam & maritus. Poſſit. ſcilicet cõmode, deducto ne egeat.

e Non poſſit. aliud ſi conſtituat: vt. ĵ. de conſti. pecu. l. quòd ſi maritus. Sed quomodo ſoluit, cum nõ haberet quid ſolueret? Reſp. habebat, ſed illud tantum de quo debebat ſuſtẽtari: quod dare non tenetur: vt. ĵ. de reg. iur. l. in condemnatione.

In diem.] CASVS. Debebam tibi. x. in kalen. ſolui ante. an repetere poſſum? Dicitur quòd non.

f *Solutum.* ſcilicet per errorem: ſed ſecus in conditionali: vt. ĵ. e. ſub conditione. Accurſius.

g S *Is. Soluerit.* nomine filij vel ſerui: vt infra de conſti. pecu. l. j. in fi. & l. ij. quòd ſi ſuo, repeteret: vt infra de li. le. ſi quis reũ.

A §. idem. & ĵ. de fideiuſſ. l. cum fideiubeat. & C. ne filius pro patre. l. j. quæ ſunt contrariæ.

h *Si fundi.* contra videbatur: quia heres videbatur, ſi ei daretur repetitio, quaſi fructuarius. ſed reſponderi poteſt ſecus eſſe: quia pro tẽpore præterito agit. quod etiã heres fructuarij facere poteſt: vt. ſ. de vſufru. l. qui vſumfr. §. ſi. & ſecũdum hoc dic mei. i. in quo habeo vſumfr. Vel verius dic quòd ꝓ futuro tẽpore agitur: quia vſumfr. vult conſequi, non formalem, ſed cauſalem. & ſecundum hoc dic mei, ſcilicet proprij. Sed quid ſi alienaſſet fundum? Reſpon. vt. ſ. de vſufru. l. qui vſumfructum. §. ſtipulatus. Accurſius.

XII. PAVLVS *libro ſeptimo ad Sabinum.*

Si fundi [h] mei vſumfructũ tibi dedero, falsò exiſtimans me eũ tibi debere, & antè quàm repetã deceſſerim, condictio eius ad heredem quoque meum tranſibit.

Naturalis obligatio impedit repetitionem ſoluti: & ei poteſt accedere fideiuſſor & pignus. Bart.

B

XIII. IDEM *libro decimo ad Sabinum.*

Naturaliter etiã ſeruus obligatur: [i] † & ideo ſi quis nomine eius ſoluat, vel ipſe manumiſſus, [k] vt Pomponius ſcribit, ex peculio cuius liberã adminiſtrationem habeat, repeti nõ poterit: & ob id [l] & fideiuſſor pro ſeruo acceptus tenetur, [m] & pignus pro eo datũ tenebitur. Et ſi ſeruus qui peculij adminiſtrationẽ habet, rẽ pignori [i] id quod debeat dederit, vtilis pigneratitia [n] reddenda eſt.

C

Pupillus ſine tutore obligatur in eo quo locupletior efficitur: ideo ſolutum ex æquitate naturali nõ repetit. h. d. cum. l. ſeq. Bart.

Item quod pupillus ſine tutoris auctoritate mutuũ accepit, & locupletior factus eſt, ſi pubes factus ſoluat, non repetit: [o]

XIIII. POMPONIVS *libro viceſimoprimo ad Sabinum.*

Nam hoc * natura [p] æquum eſt, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem.

D

Hæc condictio eſt ex æquitate naturali, & ideo in ea veniunt & fructus, & cæteræ acceſſiones naturales. Bartolus.

XV. PAVLVS *libro decimo ad Sabinum.*

N *Aturaliter.*] CASVS. Mutuaui alicui ſeruo pecuniã: aliquis mihi ſoluit nomine ipſius, an repeti poſſit? Dicitur φ nõ: quia ſeruus naturalẽ cõtrahit obligationẽ. vnde neque ipſe ſi ſoluit, neq; is qui ſoluit nomine ipſius, repetit: ſed & fideiuſſor ꝓ tali debito datus & pignus obligatur. [ITEM QVOD.] Si pupillus ſine tutoris aucto. pecuniã mutuatus eſt, & iam in vſus ſuos conuertit, deinde eã ſoluit: an eã repetere poſſit, quæritur? Et dicitur φ non. lex ſequens cõtinuatur, hoc natura æquum eſt &c.

i *Obligatur.* vt. ĵ. eo. d. ſi id quod. & infra de pecu. nec ſeruus.

k *Manumiſſus.* ſ. inter viuos: vnde peculium ſibi cõceſſum videtur: vt. C. de pecu. eius qui liber. me. l. j. & ideo ſoluere poteſt. & quod ſubiicit, liberã, ſubau. maximè. & caue quia dicit habebat, & nõ habet: nam tunc non habet, tũ quia ſtatus eius eſt mutatus: vt. ĵ. de pecu. libera, & ĵ. de ſol. cũ quis ſibi. j. reſpõ. tum quia iam peculij nomẽ amiſit: vt. C. de inoffi. teſta. l. ſi. in ſi.

† Naturaliter enim liberæ conditionis, eſt ꝑ text. §. ius au tem gentiũ. Inſti. de iure gẽt. & ciuili.

* Locũ hũc pulchrè tractat Cic. lib. 3 Offic cum inquit, Alteri⁹ enim incommodo, &c. Concor. tex. & ibi gl. in ca. ſuã de pœn. extra. & per Dy. in ca. 2. de reg. iur in ſexto.

l *Et ob id.* id eſt propter naturalem obligationem.

m *Tenetur.* vt inſti. de fideiuſ. §. at nec. in fine. niſi in caſu: vt. ſ. ſi quis caut. quotiens.

n *Pigneratitia.* ſ. domino ſerui ſoluto debito. vel dic. i. hypothecaria creditori. & eſt ratio, quia etiam alienare poteſt. Idem in filiofa. vt. ĵ. de pig. act. ſi conuenerit. ij. §. ſi. & l. ſeq.

E

o *Non repetit.* & eſt ratio, quia naturaliter tenetur: vt infra de noua. l. j. in fi. niſi ab ipſo tutore acceperit: quo caſu nec naturaliter. & ideo ſolutum repetit: vt infra de act. & obli. l. pupillus. & ĵ. e. quod pupillus.

p N *Am hoc natura.* id eſt iure naturali, ſiue gentium, quod naturale dicitur: vt inſti. de re. diui. §. ſingulorũ. Azo. & not. bonam regulam æquitatis: vt hic, & infra eo. hæc cõdictio. & ĵ. rerum amot. l. rerum quidẽ. in fi. & ĵ. de tribu. l. iij. §. ſi ſeruus. & ſ. de neg. geſt. ſi pupilli. in prin. & de reg. iur. l. iure naturæ. & ſ. de tranſac. l. cum hi. §. ſi quis de alimentis. & ſ. de offic. præſi. illicitas. j. reſp. & ĵ. de inſtit. ſi quis mancipiis. §. pen. hæc tamen æquitas fallit in omni vſuca. & præſcrip. & eſt ratio: vt. ĵ. de regu. iur. quod quis ex ſua. ADDITIO. Dic quòd illa ratio nõ eſt vera: ideo dic quòd ille eſt rigor ſcriptus in ſpecie, qui præfertur æquitati ſcriptæ in genere: vt hic ſecundum Bart. Bal. & Iaſ.

I*Ndebiti.*] CASVS in hac.l.planus eſt vſq; ad. §. ſed & ſi numi. SED ET SI NVMMI.] Solui tibi pec.quā credebā meā eſſe. an repetere poſſu m? Quantū ad poſſeſſionē cōdicere poſsū. Idē eſt ſi ſpeciē quā me tibi debere credebā, tradidi. ſed ſi alienæ rei poſſ. cuius in cepta fuit vſuca. poſtea per te cōpleta ſit: nō poſſeſ. ſed proprietatē condicā: quia ſicut in mutuo vſucapione recōciliato à me habet dominiū, ſed indebitè. & hoc eſt quod ſequitur. Sed pone quòd proprietatem alicuius rei cuius rei vſusfruct. alienus erat, tibi indebitè ſolui. Dicitur quod illam condicam tantum. Viuia.

* Quia non ciuili modo vt ſtipulationes, ſed naturali præſtatione acquiritur, ar l. eas de capi. demin. l. pē. de ſolu.

a *Naturalis.* ideo dicitur naturalis, quia naturales acceſſiones in ea veniunt: a vt. j. eo. l. hęc cōdictio. & l. in ſūma. §. ei qui. &. j. de vſur. videam⁹. §. j. nō autē ciuiles: vt vſuræ: vt C. e. l. j. quæ eſt contra.

a] Imò dicꝰ [illegible] dicitur naturalis, quia ex æquitate naturali ſecundum Bart.

b *Acceſsit.* fundo ſoluto indebitè.

c *Percepit.* ſi locupletior eſt: nō aliàs: vt. j. e. ſi nō ſortē. §. libert⁹. locupletior eſt autē ſi tātū de ſuo erat erogaturus: vt. s. de petit. here. ſed & ſi lege. §. quod autē. &. §. adeo. &. j. de ſol. in pupillo. quid autē ſi mala fide? Reſpō. facit furtū: vt. j. de condic. fur. l. quoniam. vel dic vt ibi. ADDITIO. Dic quòd non cōmittit furtū, ſi creditorē ſe non fingebat: aliàs ſic ex mēte Bar. i cōtrario.

† Sec⁹ ſi per lōgiſſimi 30. autē annorū. Euſthath. de decennio

I*Ndebiti ſoluti condictio naturalis* a * *eſt: & ideo etiam quod rei ſolutæ acceſſit,* b *venit in condictionem: vt puta partus qui ex ancilla natus ſit: vel quod alluuione acceſſit. imò & fructus quos is cui ſolutum eſt, bona fide percepit,* c *in condictionem venient.*

Hæc actio cōpetit ad poſſeſſionē tantū, quādo ſola poſſeſſio eſt trāſlata: & dominium quod ipſius poſſeſſionis occaſione acceſſit: & ad proprietatem nudā, ſi ſola fuit trāſlata. h. d. primo loquitur quādo volens transferre dominiū & poſſeſſionē, ſolam poſſeſſionem tranſtulit. ſecundò quando ſolam poſſeſſionem transferre voluit, & trāſtulit. tertiò quādo poſſeſſioni accedit dominiū. quartò quando nudam proprietatē tranſtulit. Secunda ibi, quemadmodū. Tertia ibi, ſed & ſi poſſeſſionem. Quarta ibi, ſed & ſi vſusfructus. Bartol. B

*Sed & ſi numi* d *alieni dati ſint, cōdictio* e *cōpetet, vt vel* f *poſſeſſio eorū reddatur: queadmodū ſi falſo exiſtimās poſſeſſionē me tibi debere alicuius rei, tradidiſſem, condicerē.* g *Sed & ſi poſſeſſionē tuam feciſſem,* h *ita vt tibi per lōgi* † *temporis præſcriptionē auocari nō poſsit,* i *etiā ſic rectè tecū per indebitam cōdictionem agerem.* k *Sed & ſi vſusfructus in re* l *ſoluta* m *alienus ſit, deducto vſufructu à te condicam.* n

Solutum antequam debeatur, pendente dubio poteſt repeti: ſed ſi certum eſt debitū eſſe, vel futurū eſſe, repeti non poteſt. h. d. cum duabus legibus ſequentib. Bart.

XVI. POMPONIVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

S*Vb conditione debitū, per errorem ſolutū, pendente quidē cōditione repetitur:* o *conditione autem exiſtente repeti nō poteſt. Quod autē ſub incerto die* p *debetur,* q *die exiſtente* r *nō repetitur.*

XVII. VLPIANVS *libro ſecundo ad Edictum.*

N*Am ſi cū* s *moriar dare promiſero, & antea ſoluam, repetere* t *me non poſſe Celſus ait, quæ ſententia vera eſt.* C

XVIII. IDEM *libro quadrageſimoſeptimo ad Sabinum.*

Q*Vod ſi ea conditione* u *debetur, quæ omnimodo ex ſtatura eſt, ſolutum* x *repeti non poteſt:* y *licet ſub alia conditione quæ an impleatur incertum eſt, ſi ante ſoluatur, repeti poſsit.* z

A domino? Reſpond. non: vt. j. de do. cau. mor. l. ſi alienam. l *Cūre.* ſ. mea ꝓpria. Io. vtrum ſi tradidi nudā ꝓprietatē. Quid autē ſi plenā? alius tamē erat fructuari⁹, ſed nō poſſidebat? Reſp. vt dixi. s. de rei vī. fruct⁹. &. l. idē. Itē qđ ſi tradidi nudā: & poſtea is cui tradidi, expulit fructuariū? Reſp. condicā ſolā ꝓprietatē, & ea cōdictā intēdā negatoriā: quia quātū ad eū liberas habeo ædes: vt s. ſi ſer. vi. l. loci corp⁹. §. competit. Azo. Item quid ſi id qđ trado tibi indebite, tuū credo: & ſic in te dominium nō transfero? Reſp. conditionē vtilē habeo cōſumptione facta, ad inſtar mutui, ſecūdū Io. vt iſt. qui. mo. re cōtrahi. obli. §. j. Itē nūquid idē ſi aliquis habet emphyteuſin in hoc fūdo qui expellatur ab eo cui tradidi? Reſp. non per omnia idē, ſecundum Io. quia vſusfruc. perſonam imitatur, vt cum ea finiatur: non autem emphyteuſis.

* Die nō exiſtēte. Cuiac. lib. 13. obſ. cap. 20.

m *Soluta.* id eſt quia erat in re ſoluta. Accur.

n *Cōdicā.* vſumfr. non cōdicā niſi ratione poſſeſſionis quādo eū poſſiderem & ſoluiſſem: vt. s. proxi. §. Accur.

S*Vb cōditione.*] CASVS. Debebā tibi aliquid ſub cōditione. ſolui an te conditionē exiſtētē. quæritur, an repetere poſsim? Dicitur ꝙ ſic. ſi ergo ſolui, repetā. ſi cōditio exiſtat, nō repetā. ſi autē ad diē incertum debeatur, puta quādo ſecutæ ſint nuptiæ, & fuerit die aduenięte ſolutū: nō repetit: ſed ante ſic. ſecus ſi dies ſit omnino extitura: vt in. l. nam ſi. cū. l. ſeq.

d *Sed & ſi nummi.* quos poſſidebat ſoluens, & credebat ſe debere proprietatem eorum.

e *Condictio.* indebiti.

f *Vt vel.* i. ſaltē poſſeſſio &c. Sed quid ſi eā poſſeſſionē ſine dolo & culpa amiſit is cui ſolutū eſt: an liberatur, qa teneri videtur vt ī ſpecie: an nō: quia ad tātudē in genere eodē teneri videtur, vt ī mutuo. atquin ad poſſeſſionē generis vix īuenitur quę teneri. ar. ꝓ prima reſpōſione. j. e. ſi nō ſortē. §. libert⁹. ꝓ ſecūda. j. de pręſcri. ver. ſi operas. ſed veri⁹ eſt recōciliari indebitū cōſumptione: vt ſic teneatur ad tātūdē. Azo. ar. iſti. qui. mo. re cōtrahi. obli. §. j. nō dicas amiſſione. nec ob. j. e. ſi nō ſortē. §. libert⁹. vel dic, amiſſione, & aliud ī ſpecie: vt. §. libert⁹. Itē no. hic ad poſſeſſionē act. perſonalē dari: ſic & in triticaria: vt. j. de cōdic. triti. l. j. in fin. &. l. ij. quod raro eſt, ſed interdicta dātur: vt inſti. de interdic. in prin.

g *Cōdicerē.* ſed videť cōtra: vt. j. e. ſi l. area. §. ſi is q. Sed ibi nō fuit trāſlata poſſeſſio in accipiētē, tignorū vel lapidū & ſimiliū, quę repetūť cū nō erat penes dātē: vt. j. de vſuca. l. eū qui. vel ibi dño tradita, à quo auelli nō poteſt: vel debet: vt. j. depo. ſi bona fides.

h *Tuam feciſſem.* vt quia cœptam apud me vſucapionem cōpleuiſti, ſecundum Io. Vel etiam vſucapere cœpiſti, & eam perfeciſti, cum ignorares me indebitū ſoluere: vt. j. pro ſuo. l. hominē.

i *Non poſſit.* rei vin. per verum dominum.

k *Agere.* quid ergo ſi rē pſcriptā vel vſucaptā cōdixi, qđ poſsū: vt hic, &. j. de do. cau. mor. l. ſi alienā rē. tu autē quia præſcripſiſti, velles à me vindicare: nūquid mihi cōdicēti poſſeſſionē opponeres doli exceptionē, quia idē ſum redditurus? Rñ. indebitū habet ſe ad modū mutui. vnde ſicut mutuū recōciliatur vſucap. & cōſumptione, quaſi numeratione fecerim te dominū rei, ita & indebitū reuſucapta, quaſi ipſa ſolutione à me dominiū habeas. vnde iam cōdicā proprietatē, nō poſſeſſionē, vt in me trāſferas proprietatem: vt inſti. qui. mo. re contrahi. oblig. §. is quoque. &. j. de iur. do. Proculus. &. j. de do. cauſa mortis. ſi alienā: Azo. & ita non vindicabis, cum mihi dominium dederis: vt dictū eſt. In caſu tamen fauore libertatis ceſſat hæc condictio poſt præſcriptionem: vt. C. de his qui à non do. l. ſi. quæ eſt cōtra: an tenear

D

o *Repetitur.* quia interim non debetur: vt hic, &. j. de pig. Gręcē. §. ſi. &. j. de lib. leg. ſi quis reum. §. huic. arg. j. eo. ſufficit.

p *Sub incerta die.* vel dic de die incerta, quādo certū eſt eā extiturā: & tūc eſt exemplū. j. l. ꝓxi. & ſecūdū hoc, nec ea exiſtēte, nec prius poteſt repeti, & habet locum gl. quæ incipit, ſed nec ante &c. Vel dic de die incerta quādo exiſtat, & an exiſtat, vt nuptiarū: & tūc æquiualet cōditioni, vt ea exiſtente nō repetatur: ante ſic. C. de cadu. tol. §. ſi nautem. & ſecundū hoc lex ſequens ponit alium caſum, & ſecundum hoc habet locum glo. de incerta &c.

q *Debetur.* vt nuptiarum.

r *Exiſtēte.* ſed nec ante poteſt. ſec⁹ autē in legato ſub incerto die relicto: cū ī legato incert⁹ dies ꝓ cōditione habeať: vt. j. de cōdi. & demō. l. dies incert⁹. §. j. quādo dies leg. ce. l. ſi cū heres. & eſt ratio, quoniā in cōtractib⁹ ſpes tātū trāſmittitur ad heredē: vt inſti. de ver. obli. §. ex cōditionali. ſed legatū nō: vt. C. de cad. tol. §. ſinautē. & ſecūdū hoc lex ſequens eſt exemplū huius dicti. Ac.

s N*Am ſi cum.* De incerto die ideo dixit, quoniam ſcilicet incertum eſt extet vel nō: quia ſecus eſt ſi omnino eſt certum extiturum, vt dies mortis: vt. j. de condi. & demon. l. j.

E

t *Repetere.* nec exiſtēte die: vt. s. l. proxi. nec ante, vt hic, cum pro certo ſit extiturus: vt. j. l. proxi. Accurſius.

u Q*Vod ſi ea conditione.* ſ. alia quàm ſuperiori, puta ſi Antichriſtus naſcetur. vel dic hanc legem continuari cū ſuperiori tertia, ſub cōditione. vel illa per cum, hæc per ſi. quod nō placet. ſed eſt & ibi, cum, facit conditionem: vt. j. eo. l. qui promiſit.

x *Solutum.* ſcilicet ante. Accurſius.

y *Nō poteſt.* etiā āte cōditione exiſtētē: cū ꝓ pura habeať: vt. j. de noua. ſi pupill⁹. §. qui ſub cōditiōe. & ar. j. e. ſufficit. &. l. Iulian⁹.

z *Repeti poſsit.* exiſtēte cōditione. Azo. Et no. ex hac & ſuperioribus legib. ꝙ etiā hoc qđ poſtea efficitur debitū, non poteſt repeti, licet ab initio fuerit indebitum: vt. s. de ſol. l. ex parte. Acc.

S*I pœna.* Dic vt in glo. [QVAMVIS.] Credebam me heredem Titij, ſolui creditoribus hered. deinde apparet me heredē nō eſſe. an

eſſe.an repetam? Dicit quòd ſic. [SI FALSO.] Credebam me tibi debere.x.cum non debebam tibi:ſolui pecuniam quæ in parte erat mea,in parte aliena.pro illa pecunia quæ mea fuit,repetã proprietatem:pro aliena poſſeſſionem repetã.Io.Vel dic ſecundum Azo.quòd alienæ pecuniæ cõdicet poſ.quæ eſt indiuidua: non autẽ proprietatẽ, cum nõ fecerit pec.accipientis.Et hoc eſt qđ dicit. [SI PVTEM.] Debebam tibi Stichũ in veritate: & credebã me tibi Stichũ debere aut Pãphi.ſub alternatione.ſolui tibi Pãphi. repetã.[SI DVO.]Eramus duo rei debẽdi in x. ſed nos per errorem xx. ſoluimus . Dicitur hic ꝙ quilibet noſtrũ v.repetet: quia.x.vltra ſummã ſoluimus . Idẽ eſt in reo principali, & eius fideiuſſore.h.d.cũ l.ſeq.Viuianus.

† Bald. dicit iſtũ text. valde not. ad hoc ꝙ obligatio naturalis nec per l.nec per ſtatutũ poteſt tolli.Bolo.

a *Si pœnæ.* pone caſum in eo qui ius iniquum impetrauit: vt.ſ.quod quiſq; iur.l.iij.in fi.Itẽ in eo qui ſibi ius dixit: vt.ſ.quod met.cau.extat.& Cod. vnde vi. ſi quis in tãtam. Item in eo qui traxit reum in vetito examine : vt.C. de iuriſdict.om. iu.l.in criminali.& in authẽt. de ſta.& conſue. cõtra liber.ec.§.j.col.x.Item in Macedoniano:vt.j. eo.l.qui exceptionem. &.j. ad Maced.l. ſed ſi pater.§.fina.

b *Repetere poterit.* ſ.cõdict. indebi. à creditoribus:vt hic &.C.e.ſi à patre.Sed contra.C.de peti.here. de hereditate.&.j.e.repetitio.Solut.ſi ſuo nomine ſoluit, obtinet quod hic dicit:ſi hereditario, qđ ibi: arg.j.e.in ſumma. §.fi.&.j.de ſol.cũquis. §. de peculio. & plene diximus.ſ.de peti.her. ſi quid poſſeſſor. Item contra. ſ. de neg. geſt. quæ vtiliter.§.fina. vbi dicit dari negot.geſto. ſed ibi alieno nomine ſoluerat:hic ſuo:vt diximus modo.Accurſius.

c *Debere.* puta decem aureos.

d *Pro parte.* dimidia,ſint mixti vel non ante ſolutionem.

e *Dimidiam.* reſpectu proprietatis, ſcilicet ſuam.ſed alteram reſpectu poſſeſſionis: vt ſupra eo.indebiti.& quod dicit, non corporum,ſcilicet cuiuſlibet nummi:& ſic antea erant communes. Vel melius dic condici poſſeſſionem alterius partis etiam quæ non ſoluentis fuit:nõ autem ipſum corpus nummorum ſcilicet proprietatis:cum non fecerit accipientis. & ſic non poteſt dari condictio indebiti,niſi ſit conſumpta,ad inſtar mutui : vt inſtit. qui.mo.re contrahi.ob.§.j.ſecundum Azo. Vel dic ſecundũ Io. partem condicã non certã,puta hos tantũ,& non illos, propter difficilẽ diſcretionẽ:vt ar.ſ.de vſufr.l.vſusfructus.§.ſi viuariis.& facit ad hũc.§.ſ.ſi cer.pet.l.nã & ſi fur.§.fi.&.j.eo.qui ex. §. pen.

f *Debere.* id eſt ſub alternatione.ſed quid ſi ſub alternatione debens vnum ſoluit in quo ſolo ſe obligatum putauit?Reſpon.nõ repetit:vt infra de leg.ij.ſi is cui.Io.

g *Soluiſſe.* niſi hoc actum ſit.

h *Soluerint.* nec apparet quis prius,quis poſterius.nam tunc poſtremo ſoluens repeteret:vt infra eo.l.cum duo.Azo.

Liberatio quæ contingit ex pœna, non tollit naturalem obligationem. Bartolus.

XIX. POMPONIVS *libro vicenſimoſecundo ad Sabinum.*

SI †pœnæ [a]cauſa eius cui debetur, debitor liberatus eſt, naturalis obligatio manet:& ideo ſolutum repeti non poteſt.

Indebitum etiam conſideratur ex parte ſoluentis. Bart. B

Quamuis debitum ſibi quis recipiat,tamen ſi is qui dat,non debitum dat,repetitio competit:veluti ſi is qui heredem ſe vel bonorum poſſeſſorem falſò exiſtimãs, creditori hereditario ſoluerit.Hic enim neque verus heres liberatus erit:& is quod dedit,repetere poterit. [b]Quanuis enim debitũ ſibi quis recipiat,tamẽ ſi is qui dat,nõ debitum dat, repetitio competit.

Si ſoluitur indebite communis pecunia,pars dimidia condicitur, non cuiuſlibet corporis. Bart. C

Si falſò exiſtimans debere, [c]nũmos ſoluero qui pro parte alieni, pro parte [d]mei fuerunt,eius ſummæ partem dimidiam, [e]non corporum,condicam.

Solutum indebite per errorem circa rem,repetitur.vel aliter. Error circa rem debitam, repetitionem inducit.Bartolus.

Si putem me Stichum aut Pãphilum debere, [f]cum Stichũ debeam,& Pamphilum ſoluam: repetam quaſi indebitum ſolutum. nec enim pro eo quod debeo, videor id ſoluiſſe. [g]

Si per plures ſoluatur indebitũ in quãtitate, cuilibet pro rata cõpetit repetitio . ſi in ſpeciebus, eſt electio eius qui ad reddendum tenetur. h.d. cum duabus legibus ſequentibus. Bartolus.

Si duo rei qui decem debebant, viginti pariter ſoluerint, [h]Celſus ait ſingulos quina repetituros : quia cum decem deberent, viginti ſoluiſſent.& quod amplius ambo ſoluerint, ambo repetere poſſunt.

XX. IVLIANVS *libro decimo Digeſtorum.*

SI reus & fideiuſſor ſoluerint pariter,in hac cauſa non differunt à duobus reis promittendi: quare omnia quæ de his dicta ſunt, & ad hos trãsferre licebit. [i]

XXX. PAVLVS *libro tertio Quæſtionum.*

PLanè ſi duos reos non eiuſdem pecuniæ,ſed alterius obligationis [k]cõſtitueris,vtputa Stichi aut Pamphili,& pariter duos datos, [l]aut togã vel denaria mille, [m]non idem dici poterit in repetitione,vt partes repetant:quia nec ſoluere ab initio ſic poterunt. Igitur hoc caſu electio eſt creditoris, [n]cui velit ſoluere : vt alterius repetitio impediatur.

Quando quis certat de damno vitando,error in facto proprio toleratur. Bartolus.

XXII. POMPONIVS *libro vicenſimoſecundo ad Sabinum.*

D SEd & ſi *me putem tibi aut Titio [o]promiſiſſe , cum aut neutrum factum ſit,aut Titij perſona in ſtipulatione comprehenſa non ſit,& Titio ſoluero , repetere à Titio potero. [p]

Fundo qui ſeruiens debebatur, pro libero tradito,ſeruitus condicitur. Bartolus.

Cũ iter excipere deberẽ, [q]fundũ liberum per errorẽ tradidi,incerti cõdicã, [r]vt iter mihi cõcedatur.

A i *SI reus.Licebit.* & ſic cedit pro rata:vt ar.ſ.de vſufruct.ſed & ſi quis.§.quid ergo.ſed hodie prius reus quàm fideiuſſor conuenitur:vt in auth.de fideiuſſ.§.j.col.j.& ſic ſolus fideiuſſor.

*PLane ſi duos.*] CASVS Ego & Titius credebamus tibi debere Stichũ aut Pamphilum,& vterq; ſoluimus. nũquid ego vnã medietatem Stichi, tu alteram Pamphi.repetes ? Dicit quòd non: quia ab initio ſolui nõ potuerunt.Viuianus.

k *obligationis.* id eſt de alia re.

l *Datos.* dicas ſcilicet Stichum & Pamphilũ.

m *Mille.* ſcilicet reos duos conſtitueris promittentes.

n *Creditoris.* ſed videtur debitoris , cuius erat electio in ſoluẽdo: vt.C. eo. ſi quis ſeruũ. quæ eſt contra. Solut. hæc corrigitur,argu.eiuſdem.l. vbi recitatur opinio antiqua quę eſt hic. vel hic loquitur cum plures ſoluerant. nam cum non poſſint facile conuenire, electio eſt eius cui eſt ſolutum:ſed ibi vnus ſoluerat,& ideo datur debitori.& etiam eo caſu olim erat contra:vt infra eo.ſi non ſortẽ.§.fi.

*SEd & ſi.*] CASVS eſt planus vſque ad §. cum iter. in quo ſic ponitur : Vendidi tibi fundum , & conuenit inter nos vt iter haberem per fundum illum ſcilicet vſque ad prædium meum: & tradidi tibi fundum liberũ. in traditione tunc non excepi de ſeruitute.Dicitur quòd illam condicere poſſum.Viuia.

*Coniunge l.21. ad Trebell.l.29. de vſucap.l.3. pro ſuo.

o *Titio.* vt adiecto.Ac.

p *Potero.* contra videbatur, quaſi non liceret ei prętendere in ꝓprio facto errorem: vt iufra ad Velleia. quanquam . ſed non eſt ita, quia hic de damno,ibi de lucro certat: arg.C. de iure delibe.l. fina.§. licentia.

q *Deberem.* quia ſic conueneram in contrahendo:vt.ſ. de ſerui. vrb.prædio.ſi binarum.Accurſius.

r *Condicam.* ſcilicet condictione ſine cauſa, quæ ad intereſſe datur,non indebiti:quia ipſa ſemper continet certum: [a]vt ar.infra E de condict.ſine cauſa. l.iij. Si dicas.quid ergo ad tit.iſtum ? Reſpon.quia ſolutum eſt indebitum:obligatur ergo præciſè vt patiatur ſeruitutem imponi:quia ſine cauſa apud eum liber eſt.vel ſi malim,petam intereſſe, ſecundum Io. [b] Vel dic, quod eſt verius, [c]quòd actio incerti,vel condictio incerti,eſt proprium nomen actionis,vbi incertum eſt in obligatione ſine ſtipulatione: vt hic & infra de acti.empti.ſi tibi liberum. niſi debeatur de ſtipulatione.& tunc agitur actione ex ſtipulatu:vt inſtitu.de verb. oblig.in prin.Nec eſt contra quod dicitur cõdictionem incerti dari creditori pignore ſibi ſubtracto:vt.j.de cond.fur.l.& ideo. §. Neratius . licet videatur quòd nulla obligatione tali , ſcilicet incerti,ſed certi fur teneatur. nam & ibi ad factum , id eſt ad rei reſtitutionem,non dico dationem.habet obligatum furem:ſed eodem modo intelligitur quod eſt infra eodem.l.qui exceptionẽ.§.ſi pars.& infra de leg.j.quòd ſi nulla.& erit mirabile quòd non condicit dominium , in.d.l.qui exceptionem. &.l. quòd ſi

a] Imò poteſt cõpetere ad incertũ , ſecundũ Bart.

b] Inquantũ innuit quòd tex.loquitur de cõdictione ſine cauſa, reprobatur,ſecundũ B B. P. Alex. & Iaſ.

c] Dic ſecũdum Bartol. Ang.& Saly. quòd incerti condictio competit vbi alia ordinaria nõ datur.

nulla. ſed rei reſtitutionem, vt habeat retétionem impenſarum. nec dico quòd cõdicat poſſeſſioné: nam ad eam daretur indebiti condictio: vt. ſ. eo. indebiti. §. ſed ſi nummi. & ſic commodatarius & depoſitarius domino tenentur reſtituere: non tamé ſunt domino obligati dare poſſeſſionem, ſecundum Azo. & ſic condictione incerti poſſunt côueniri, & actione commodati. & facit ſupra communia prædio. l. ſi ei. Accur.

A j. Eſt enim certum factum propter ſententiam: vt inſtit. de actio. §. curare. Sed quid ſi actio in factum deducatur in Aquil. ſtipulationem: & poſtea ſuper Aquiliana ſtipulatione tranſigatur? Reſpon. tenet tranſactio. & eſt ratio: quia lis adhuc ſubeſſe poteſt: vtpote cum ceſſet ordo executionis: vt ſupra de tranſactio. l. poſt ré. & infra de re iudi. ſi ſe. §. ſi ex côuentione. & ſic intelligitur C. de tranſac. l. ſi cauſa. nô autem intelligas ꝙ ſup er re iud. poſſit trãſigi per Aquil. ſtipulationem. quod quidam dixerunt per legé prædictam, ſi cauſa. Acc.

ELeganter.] CASVS. Hæc. l. dicit. vj. caſus in quibus datũ cauſa tranſactionis repetitur. Primus eſt: Succeſſi tibi: credebam te cũ aduerſario litigaſſe, & tranſegiſſe data pecu. ſolui. nunquid repetetur? Dicit quòd ſic. Secundus, ſi credat proc. dominum tranſegiſſe, repetit. Tertius eſt ꝙ credebam quod mecũ tranſegiſſes, & nõ trãſegeras: repeto quod dedi. Quartus, ſi communi conſenſu à trãſactione receſſum eſt, erit quaſi tranſactũ nõ eſſet. Quintus eſt, cum ego & tu litigamus, & ſententiatum fuit contra me, & poſtea trãſegimus, & aliquid tranſact. cauſa dedi: dicit ꝙ id repetetur: vel compẽſabitur in eo in quo fui condemnatus. verumtamen ſi appellatum eſt, vel negatũ eſt me fuiſſe cõdemnatũ, dicit quòd tenet trãſactio: & quod datur ex tali cauſa non repetetur. Idẽ eſt in ſexto caſu: vtputa relicta fuerant mihi alimenta in teſtamento alicuius. ſi cum herede tranſegero, non tenet tranſact. & quod datur ex tali cauſa repetetur. [SI QVIS.] Côueniſti me: tecum tranſegi: iterum conuenis me: potui te repellere per except. non feci: obtinuiſti: nunquid valebit ſententia? Dicit quòd ſic: & quod datum eſt ex cauſa tranſact. repetetur: ſed ſi repetat, non habebit except. repetitio enim excludit except. nam eadem ſolutio cõtraria nõ operatur. [SI QVA LEX.] Credebam me, vel ſeruũ meũ tibi teneri actione furti: ſed non tenebar: & ita ſolui quadruplum: vel ſolui duplum. nunquid repetam? Et dicit quòd ſic. Viuianus.

* Intelligit indebitũ ſolutum eſſe, aut certè ex qua cauſa ſolutũ eſt, indebitum eſſe Interpretor ergo errore facti ſolutũ, aut ſine cauſa ſolutũ non autem errore iuris ſolutum. L. R.

† cui.

* Flo. adtẽptari.

Datum ex cauſa tranſactionis, quæ ſecuta non eſt, vel quæ inualida eſt, repetitur. h. d. vſque ad. §. ſi quis poſt. Bartolus.

XXIII. VLPIANVS *libro quadrageſimotertio ad Sabinum.*

ELeganter[a] * Põponius quærit, ſi quis ſuſpicetur tranſactionem factam vel ab eo cui heres eſt, vel ab eo qui† procurator eſt,[b] & quaſi ex tranſactione dederit quæ facta non eſt, an locus ſit repetitioni. Et ait repeti[c] poſſe. ex falſa enim cauſa datum eſt. Idem puto[d] dicendum & ſi trãſactio ſecuta non fuerit, propter quam[e] datum eſt. Sed & ſi reſoluta[f] ſit tranſactio, idem erit dicendum. Si poſt rem iudicatam[g] quis tranſegerit, & ſoluerit, repetere poterit: idcirco, quia placuit tranſactioné nullius eſſe momenti. hoc enim[h] imperator Antoninus cum diuo patre ſuo reſcripſit. Retineri tamen atque compenſari in cauſam iudicati quod ob talem tranſactionem ſolutum eſt, poteſt. Quid ergo ſi appellatum[i] ſit, vel hoc ipſum incertum[k] ſit, an iudicatum ſit, vel an ſententia valeat? Magis eſt vt tranſactio vires habeat. Tunc enim reſcriptis[l] locum eſſe credendum eſt, cum de ſententia indubitata, quæ nullo remedio attentari*[m] poteſt, tranſigitur. Item ſi ob tranſactionem alimentorum[n] teſtamento relictorum[o] datum ſit, apparet poſſe repeti[p] quod datum eſt: quia tranſactio ſenatuſconſulto[q] infirmatur.

B Exceptio tranſactionis impedit litis conteſtationem: & ſi omittatur, non reddit proceſſum nullũ: & ſi poſt lit. conteſt. incepit competere, reliquam partem iudicij impediet, ſi opponatur. & ſi non opponatur, ſolutum poterit repeti. hoc dicit. Primò loquitur quando tranſactio præceſſit conteſtationem. Secundo quando eſt ſecuta. ſecunda ibi, ſed & ſi. Bartolus.

Si quis poſt tranſactionem nihilo minus condemnatus fuerit, dolo quidem id fit, ſed tamen ſententia valet.[r] Potuit autem quis, ſi quidem ante litem conteſtatam tranſegerit,[ſ] volenti litem conteſtari,[t] opponere doli exceptionem. Sed ſi poſt litem conteſtatam tranſactum[u] eſt, nihilo C minus poterit exceptione doli vti põſt ſecuti. Dolo enim facit, qui contra tranſactionem expertus, amplius petit: & ideo condemnatus repetere poteſt quod ex cauſa tranſactionis dedit. ſane[x] quidem ob cauſam dedit: neque repeti ſolet quod ob cauſam datum eſt, cauſa ſecuta. ſed hic non videtur cauſa ſecuta, cum tranſactioni non ſtetur. Cum igitur repetitio[y] oritur tranſactionis exceptio locum[z] nõ habet.[a] D neque enim vtrumque debet locum habere, & repetitio,[b] & exceptio.[c]

Solutum indebite in actionibus pœnalibus repetitur.

i *Si appellatum.* ſcilicet poſt rem iudicatam ſuper qua (vt prædictum eſt) trãſactum eſt. aliter enim dici nõ poteſt. & ita vocat rem iudicatã licet ſit appellatũ. vnde facit pro me & Azo. in eo quod in fine huius. §. ſtatim dices.

k *Incertum.* ſcilicet per negationé: vt. C. quib. ad li. ꝓcla. nõ licet. l. ſi.

l *Reſcriptis.* quæ dicũt trãſactioné nõ valere.

m *Attentari poteſt.* no. quòd arg. huius. l. dixerunt quidam quòd res iudicata nõ eſt, niſi demum quãdo prouocari nõ poteſt: & pro eis eſt, j. de re iudi. l. j. vbi dicit quòd finem imponit &c. & pro eis. ſ. de tranſa. l. poſt ré. Sed tu dic contra primo quia expreſſũ videtur: vt. C. de appel. l. litigatoribus. ſecundo, quia dicit lex, extinguitur per appellationem. eſt ergo aliquid quod extinguitur: vt. j. ad Turpil. l. j. in fi. tertio facit ꝓ hoc litera ſuperior, vt modo nota.

n *Alimentorũ.* futurorũ, nõ præteritorũ, etiã ſine prætore: vt. C de tranſa. l. de alimentis.

a *Eleganter.* in hac lege ponuntur ſex caſus, in quibus quod ex cauſa tranſactionis datum eſt, repeti poteſt. Accur.

b *Procurator eſt.* vel etiam ſuſpicante à ſeipſo factam: vt. ſ. eod. l. proxi. j. reſpon. Azo.

c *Repeti poſſe.* ſed videtur quòd non: vt. j. eo. l. damus. quæ eſt cõtra. Sol. hic putabat ſe teneri: ideo ſoluit. ibi verò non.

d *Idem puto.* ſed non eadem actioné. ſed dicas, ob futurã ſcilicet cauſam. Vel dic eadem actio. & propter præteritam tranſactionem de qua aliqua verba fuerant: ſed non fuit perfecta tranſactio: ſed ſuperiori caſu nulla verba fuerant.

e *Propter quam.* quia non remiſit ius, vt remittere debebat.

f *Sed & ſi reſoluta ſit.* quod fieri poteſt vtriuſq; conſenſu: vt. C. de tranſactió. l. ſi diuerſa.

g *Si poſt rem iudicatam.* à qua nec eſt appellatum, nec poteſt appellari: quia tranſierunt decem dies hodie.

h *Hoc enim.* bona ratio: quia imperator voluit:[a] vt inſtitutio. de iure na. §. ſed quod principi. ſed ſubtilior eſt ratio, quia ſuper certo fit tranſactio: quod fieri non debet: vt ſupra de tranſact. l.

a] Eſt bona ratio in his quæ ſunt iuris poſitiui: non in iſto caſu, ſecundũ Bart. Alc. & Ia.

o *Teſtamento relictorum.* vel codicillis. vel qualibet vltima voluntate quæ valeat. ſecus ſi inter viuos ſint conſtituta: vt. ſ. de trãſactio. l. cum hi. §. j. & §. ij.

p *Repeti.* Retineri tamen poteſt in cauſa alimentorum: vt. ſ. de tranſactio. & poſt.

q *Senatuſconſulto.* cuius nomen nõ habemus, ſed melius dixiſſet oratione. nam oratio prohibet: vt. ſ. de tranſac. l. cum hi. in prin.

r *Valet.* not. ergo tolerari iniquitatem: vt. j. de interdict. & rele. l. relegatorum. §. ad tempus. & ſ. de iureiuran. l. nam poſtea. §. ſi E damnetur. & C. de plus petitio. l. j.

ſ *Tranſegerit.* potuit ergo tranſigi de re dubia etiam ſine lite.

t *Conteſtari.* no.[b] tranſactionis exceptioné impedire proceſſum negotij principalis: ſic & in exceptione rei iudicatæ. ſecus in alijs peremptorijs. extra de lite conteſtata. c. exceptionis.

u *Tranſactum.* quod fieri poteſt: vt. C. de appel. l. ſi contra. Et ſic not. non intereſſe vel ante lit. conteſt. vel poſtea fiat tranſactio: vt arg. ſ. de calumnia. l. j. §. j. quod autem.

x *Sane.* quod allegando dicit. Accurſius.

y *Repetitio.* vt repetat iſte quod dedit ob tranſactionem.

z *Locum.* circa principalem petitionem.

a *Non habet.* niſi hoc actum eſt. ſ. de tranſact. l. qui fidem. & C. de tranſact. l. cum proponas.

b *Repetitio.* dati ob tranſactionem.

c *Exceptio.* ac ſi dicat, vna ſolutio hæc duo non operatur: vt. j. de ſol. qui hominem. §. fina.

Iniquitas quandoque toleratur.

b] Bal. dicit iſtam gloſ. ſing. ad hoc quod exceptio tranſactionis & rei iudicatæ impediunt litis ingreſſum & proceſſũ Bolog.

Dupl.

a *Dupli*.vt furti non manifeſti:ſed quadrupli ſcilicet manifeſti: vt inſt. de obliga. quæ ex deli. §. pœna. Item ab initio ideo dicit, quia ſecus[a] ſi creſceret ex poſtfacto per inficiationem: vt patet in.l. Aquil. quo caſu ſi ſoluo tibi emẽdando damnum ab alio datum non repeto, ſicut ſi confiteor: ſecus ſi nemo damnum dederit: vt.ſ. ad leg. Aquil. l. inde Neratius. §. fin. &. l. ſeq. & ſecũdum hoc eſt ratio, quia quaſi ab alio eſt debitũ. & ſic qui recipit, debitum ſibi recipit: vt.j.e.l. repetitio. Alij ponunt exemplum quando vere damnum dedi: ſed timore inficiationis futuræ ſolui vltra ſimplũ, non repeto: & et it ratio, qa vanum geſſi timorẽ, cuius nulla fuit æſtimatio: vt infra de re iu. ſi quis ab alio. Hic ergo no. caſus in quibus ceſſat hæc actio, licet indebitũ ſoluatur. Primus in cauſa quę per inficiationẽ creſcit: vt dixi per.l. C. eo. ea quæ. Secundus, quãdo ſciens ſoluit, etiã in mente retinẽs animum repetendi: vt dixi.ſ. e.l. j. & .j. eo. ꝙ quis. Tertius, quãdo iurauit creditor ſibi deberi, licet falſo: quia pro veritate habetur: vt inſt. de ac. §. ſi quis poſtulãte. Quart⁹, propter rei iudicatæ auctoritatem: vt. C.e.l. j. & .j. man. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. Quintus propter tranſactionem vt. C.e.l. ij. & ſupra. e.l. in prin. Sextus, propter pietatem: vt infra eod.l. cum is. §. ſi mulier. Septimus, vt quia ab alio debetur: vt dixi ſupra eo. ſi pœnæ. §. quamuis.

a]Non tenetur, ſecundũ Bar. & & Ia.

* Qui non errat, condicere nõ poteſt. l. fideicommiſſum j.l.j ſ.l.quod quis.j. niſi ex iniuſta cauſa abſque eius voluntate quid ad aliũ puenerit vel cauſa iuſta ad non iuſtã redierit l.j j. de condi. ſi ne cau. & .ſ. de cond. ob tur. cau.

Si qua lex ab initio dupli [a] vel quadrupli ſtatuit actionem, dicẽdum eſt ſolutum ex falſa eius cauſa repeti poſſe.

Promiſſio facta à ſciente ſe non poſſe compelli, tanquam indebita condicitur. Bartolus.

XXIIII. IDEM *libro quadrageſimoſexto ad Sabinum*.

SI is[*] qui perpetua[b] exceptione tueri ſe poterat, cum ſciret ſibi exceptionem profuturam, promiſerit aliquid vt liberaretur, [c] condicere non poteſt.[d]

Pluribus ſoluentibus idem debitum, ei qui vltimo ſoluit, conditur repetitio. Bartolus.

XXV. IDEM *libro quadrageſimoſeptimo ad Sabinum*.

CVm duo pro reo fideiuſſiſſent decem, deinde reus tria ſoluiſſet, & poſtea fideiuſſores quina, [e] placuit eum qui poſterior [f] ſoluit, repetere tria poſſe. Hoc meritò: quia tribus à reo ſolutis, ſeptẽ ſola debita ſupererant: quibus [g] perſolutis, tria indebita ſoluta ſunt.

Quando lex obligationi nõ aſſiſtit, nec reſiſtit, contrahitur naturalis quæ impedit repetitionem indebiti ſoluti: ſed quando lex reſiſtit, impeditur etiam naturalis obligatio, & ſolutũ repetitur. Bart.

XXVI. IDEM *libro vicenſimoſexto ad Edictum*.

SI non † ſortem quis, ſed vſuras indebitas [h] ſoluit, repetere nõ poterit, ſi ſortis debitæ [i] * ſoluit. Sed ſi ſupra legitimum modum [k] ſoluit, diuus Seuerus reſcripſit (quo iure vtimur) repeti quidem non poſſe, ſed ſorti imputandum: & ſi poſtea ſortem ſoluit, ſortem quaſi [l] indebitam repeti poſſe. Proinde & ſi ante ſors fuerit ſoluta, vſuræ ſupra legitimum modum ſolutæ quaſi ſors indebita repetuntur. Quid ſi ſimul ſoluerit? poterit dici & tunc repetitionem locum habere. Supra duplum [m] autem vſuræ, & vſurarum vſuræ nec in ſtipulatum [n] † deduci, nec exigi poſſunt, & ſolutæ repetuntur: quemadmodum futurarum vſurarum vſuræ.

Quod ſoluitur ne quis in debito putatiuo vexaretur, tanquã indebitum repetitur. Bartolus.

Si quis falsò ſe ſortem debere credens, vſuras ſoluerit, poteſt condicere: nec videtur ſciens indebitum [o] ſoluiſſe.

A pro illis quæ in veritate debentur. Cætera plana ſunt vſque ad. §. heredi. [HEREDI.] Gerebat ſe quis pro herede, cum non erat. ſoluiſti, putans heredem, ſcilicet cum non eſſet. ſi agat contra eum verus heres, & ſuccumbat: tu repetis. ſi vero debitũ ſoluiſti, & ſuccubuit, ſimiliter tu repetes. Vel dic loqui in vero herede: & expone vt ibi notat. [LIBERTVS.] Habebã libertum qui credebat ex ſtipulatione ſe mihi debere operas obſequiales & ſimiles: quia de illis hic loquitur, quæ conſiſtunt in agendo poſtea apparuit non debere: an repetere poſſit, quæritur. Et dicitur ꝙ nõ. Sed po ne quòd per aliquod tẽpus operas illas nõ ſoluit: ſed cum ab eo eas peterem, traſegit, & pecuniam ſoluit: nũquid illam repetere poſſit, quæritur. Et dicitur ꝙ non. & de eiſdem operis loquit. & hoc in ſecũda. In tertia parte loquitur de illis fabrilib⁹ incertis. credebat enim libertus ſe patrono ſingulis annis per aliquos dies laborare debere: nõ tamẽ ſciebat vtrum ſcribere, vel pingere debebat. ſoluit ei tamẽ operas quaſdã: nunquid eas condicet? Et dicit quòd non. Qualiter enim condiceretur, cum non poſſint eædem ſolui: quia aliter ſcribit homo iuuenis, quã ſenex: ſed & aliter in hyeme, & aliter in æſtate. cum ergo operæ condici non poſſint, æſtimatio repetetur. nec eſt mirum ſi aliud ſoluitur, & aliud repetitur. & hoc probat per exempla quædam. Itẽ dicit quod ego patronus officiales alij delegare non poſſum. Cæterum ſi fuerint fabriles delegatæ, peti poſſunt. Sed quid ſi officiales fuerint delegatæ & præſtitæ: nunquid petentur? Dicit quod non. [SI DECEM.] Stipulatus fui à te decem aut Stichum: & quinque ſolui: nũquid illa quinque indebita repetere poſſum? Dicit quod refert an fui liberat⁹ in illis quinque, an non. primo caſu non repetam. ſecundo ſic. & dicit iuriſcon. quòd in hoc caſu eſt in pendenti ſim liberatus, necne. vnde petis aut Stichum aut decem: & ſi quinque ſolum, apparebit alia quinque ſoluta eſſe debita. Cæterũ ſi ſoluam Stichum: quinque repetam vt indebita. Sed pone quòd primo ſoluam quinque, deinde Stichum. modo vis Stichum reſtituere, & quinque primitus ſoluta retinere: & alia quinque petere: nũquid poſſis? Dicit quòd non. dicit tamẽ, quòd ſi tota. x. eſſent ſoluta, & Stichus: quòd tũc in voluntate tua eſſet aut Stichũ, aut. x. reſtituere. [IDEM AIT.] Pone Stipulatus ſum à te. x. duobus heredibus relictis: nũquid poteris vni ſoluere quinque, alteri medietatem Stichi? Dicitur quòd non. Viuianus.

† Vide Paulũ lib 2. ſent. tit de vſuris. Ad id quod colligitur in ſummario, adde cõcor. & ſimile in l. cum lex j de fideiuſ. & in l non dubium C. de legi iucta. l. ſtipulatio iſta § alteri. cum ibi plene not j de verb. oblig. * ſorti debitas.

† Hoc multis ante Vlpianum annis à M Lucullo conſtitutum fuit. Plutar in Lucullo. Alcia lib. 6. paref. ca. 15.

B

C

D

S*I is qui*.] CASVS. Iſta. l. & ſeq. idem dicunt: quia ſi ego ſciens me tutum perpetua exceptione ſolui non repetam.
b *Si is qui perpetua*. vt pacti.
c *Si liberaretur*. per Aquilianam ſtipulationem.
d *Non poteſt*. vt.j. eo. ſi non ſortem. §. indebitum. & . §. qui filio.

C*Vm duo*.] CASVS. Ego & tu fideiuſſimus pro Titio in. x. quæ debebat. deinde Titius ſoluit tria: poſtea quilibet quinque ſoluit. Dicit quòd ille qui poſtremo ſoluit quinque, repetet tria. Viuianus.
e *Quina*. id eſt vterque quinque. Accurſius.
f *Poſterior*. ergo non pariter ſoluerunt. Si autem pariter ſoluiſſent vterque pro rata repetit: vt ſupra eod. ſi pœnæ cauſa. §. fin. & . l. ſi reus. Azo. & facit ad. l. ſ. de vſufruct. ſed & ſi quis. §. quid ergo.
g *Quibus*. ſcilicet ſeptem.

S*I non ſortem*.] CASVS. Debebas mihi. x. promiſeras mihi vſuras nudo pacto, & ita non debebantur iure ciuili. ſoluiſti mihi vſuras: nunquid illas repetis? Dicit quòd non. Sed pone quòd vſuræ illę legitimum modum excedant. non repetuntur, ſed ſorti imputantur: quia ſors poſtea ſoluta indebita repetitur. Sed pone quòd primo ſoluit ſortem: deinde vſuram vltra legitimum modum. Dicit quòd repetetur tanquam ſors. [SVPRA.] Dicit quòd vſuræ promiſſæ vltra vſuras centeſimas, repetũtur: nec exiguntur, ſi in ſtipulationem deducuntur. [SI CENTVM.] Debebam tibi centum: & cum crẽdebam me tibi debere. cc. dedi tibi prædium quod valet. cc. dicit quòd prædium repetam, & cętum erunt in obligatione vti prius. poſtea reſpon. tacitæ obiectioni: quia videbatur quòd priſtina obligatio in. c. extincta eſſet: cũ res pro re, vel res pro pretio ſolui poſſet. Dicit quòd illud hic locum nõ habet. credebat enim plus debere, quàm debebat: nec fuit hic compenſatio in partem fundi cum pecunia: cum hoc non egiſſes ſoluens. ſi enim per compenſationem talẽ fundus fieret communis & ſolutio, per conſequens ad communionem compelleretur quod eſſe non debet. Remanebit ergo obligatio integra, & erit fundi repetitio. In fine dicit, quòd poteſt prædium illud retinere

E

h *Indebitas*. inſpecto iure ciuili: quia per ſtipulationem promiſſæ non ſunt: vt. C. de vſur. l. quamuis.
i *Debitæ*. ſcilicet naturaliter ex pacto.
k *Legitimum modum*. ſcilicet à lege ſtatutum: qui modus eſt vt. C. de vſur. l. eos.
l *Quaſi*. id eſt ſicut. nam vſura non vt ſors repetitur.
m *Duplum*. id eſt maiores centeſimis. duplum enim vocat ſortẽ, & vſuram cẽteſimam, * quæ ſorti æqualis eſt in anno. & quod dicit de his quæ vltra duplum ſunt, intelligas de omnibus quæ modum excedant. Azo. quæ ſunt. C. de vſur. l. eos.
n *In ſtipulatum*. nec etiã accedit fideiuſſor. nam cui contractui lex obuiat, non accedit fideiuſſor: vt.j. de fideiuſſo. l. cum lex. Acc.
o *Indebitum*. contra videbatur: quia cum ad ſortẽ ſoluendam vrgeretur debitor: quia vſuræ non fuerant promiſſæ. & ideo nõ cur rebant: promiſit vſuras, & ſoluit: repetit quidẽ: licet ſciens ſe non debere promiſit. fecit enim reſpectu ſortis etiã, vt benigniorẽ ha

* Immo cẽteſima vſura eſt, quæ centeſimo nẽ ſe equat ſortem.

Indebitum eſt quod non debetur ipſo iure, vel ope exceptionis perpetuæ. Bartolus.

Indebitum autem ſolutum accipimus, non ſolũ ſi omnino non debeatur, ſed & ſi per aliquã exceptionem perpetuam [a] peti non poterat. quare hoc quoque repeti poterit: niſi ſciens ſe tutum exceptione, ſoluit. B

In ſpeciebus ratione partis pro alio indebitę ſolutę totũ repetitur. ſecus in his quæ in genere ſuo recipiunt functionem. h.d. cũ. §. ſeq. Bartolus.

Si centum debens, [b] quaſi ducenta deberem, fundum ducentorum ſolui, competere repetitionem [c] Marcellus libro viceſimo Digeſtorum ſcribit, & centum manere ſtipulationem. Licet enim placuit rem pro pecunia ſolutam parere liberationẽ, [d] C tamen ſi ex falſa [e] debiti quantitate maioris pretij res ſoluta eſt, non fit cõfuſio partis rei cum pecunia: [f] (nemo † enim inuitus compellitur ad communionẽ [g]) ſed & condictio [h] integræ [i] rei manet, & obligatio incorrupta. ager autem retinebitur [k] donec debita pecunia ſoluatur. Idem Marcellus ait, ſi pecuniam debẽs, oleum dederit pluris pretij quaſi plus debens: vel cum oleum deberet, oleum dederit quaſi maiorem modum [l] debens, ſuperfluũ olei eſſe repetendum, non totum: & ob hoc peremptam eſſe obligationem. [m] Idem Marcellus adiicit, ſi cum fundi pars mihi deberetur, [n] quaſi totus deberetur, æſtimatione facta ſolutio pecuniæ ſolidi pretii fundi facta ſit, repeti poſſe non totum pretium, ſed partis indebitæ pretium. D

Tutus exceptione perpetua per errorem ſoluens repetit. Bartol.

Adeò autem perpetua exceptio parit condictionem, [o] vt E Iulianus libro decimo ſcripſit, ſi emptor fundi damnauerit heredem ſuum vt venditorem nexu venditi liberaret, mox venditor ignorans rem tradiderit: poſſe eum fundum condicere. [p] Idémque eſt & ſi debitorem ſuum dãnauerit [q] liberare, & ille ignorans ſoluerit.

Qui ignorans mandatum reuocatum, ſoluit, liberatur: ſciens nõ liberatur, nec indebitum repetit. Bartolus.

Qui filiofamilias ſoluerit cum eſſet eius peculiaris debitor, ſi quidem ignorauit adẽptum ei peculium, liberatur. [r] ſi ſcit, & ſoluit, condictionem nõ habet: quia ſciens indebitum [ſ] ſoluit.

Non poteſt quis venire contra factum ſuum ad ſui commodum etiam ex perſona alterius. Bart.

Filiusfamilias contra Macedonianum mutuatus ſi ſoluerit, & patri ſuo heres effectus velit vindicare nũmos, exceptione [t] ſummouebitur à vindicatione nummorum.

Qui ſoluit indebitum ſcienter ne incidat in aliud debitum putatiuum: tanquam indebitum repetit.

Si quis quaſi ex compromiſſo condemnatus falſò [u] ſoluerit, repetere poteſt.

Ab herede indebitum ſolutum, in omnem euẽtum repetitur. ſed ſi in quæſtione de hereditate ſuccumbat, debitum & indebitum repetitur. Bartolus.

Hereditatis * vel bonorum poſſeſſori, ſi quidem defendat [x] hereditatem, indebitum ſolutum condici poterit. ſi verò is non defendat, [y] etiam debitum ſolutum repeti poteſt. [z]

Si libertus operas officiales indebitè præſtat, non repetit. Idem ſi earum æſtimationem. nec in eis poteſt alii delegari: ſed ſi delegatus pręſtitit, nõ repetet. Si vero fabriles indebitè præſtiterit. non repetit eas, ſed earum æſtimationẽ & in eis libertus poterit delegari. hoc dicit. Primo loquitur in operis officialibus. ſecundo in fabrilibus. tertio redit ad officiales: & immiſcet aliquid de fabrilibus ſe-

beret creditorem in danda dilatione ſortis ſoluendæ. Accurſius. A

a *Perpetuam*. inductam fauore eius, non odio alterius vt infra eod. qui exceptionem. Vel niſi ſit inducta ad rigorem iuris conſeruandum: vt infra eod. l. Iulianus. &. l. iudex. Item perpetuam ideo dicit, quia ſecus ſi temporalis: vt ſupra eo. l. in diem. Accurſius.

b *Si centum debens*. ſcilicet vere.

c *Repetitionem*. ſcilicet fundi. Accurſius.

d *Liberationem*. vt infra de conſtitut. pecu. l. j. §. an poteſt. & hoc volẽte creditore: non aliàs: vt inſtitut. quib. mo. tol. obli. in prin. Accur.

e *Si falſa*. Not. falſa cauſa ſolutum repeti. ſic. ſ̃. de pact. ſi cum te. Sed argu. contra infra eod. cum is. §. ſi mulier [a] & inſtitu. de lega. §. longe magis.

f *Cum pecunia*. vt infra de regulis iur. l. cũ amplius ſolutum eſt. & infra de iu. do. ſi is qui. §. quod dicitur. & dic cõfuſio, id eſt compẽſatio vel contributio.

g *Ad cõmunionem*. ſcilicet inchoandã: & hoc non fallit niſi propter impoſſibilitatem: vt ſupra de rei vindica. l. iij. §. fina. &. l. iiij. & ſupra de noxal. ſi ſeruus communis. in fine. Item nec ad retinendã quis compellitur: vt. C. cõmuni diuidũ. l. fina. niſi in caſu: vt ſupra cõmuni diuid. l. in hoc iudicio. §. ſi inter ſocios. &. C. de ana. except. l. j. §. ad hoc. Accurſius. ADDITIO. Inquantũ innuit per præſcriptionem quem compelli ad ſocietatem perpetuam reprobatur ſecũdum Bar. Bal. & Ia.

h *Condictio*. ſcilicet indebiti. Accurſius.

i *Integre*. ſ. fundi.

k *Retinebitur*. Argumẽ. quòd ſi mihi aliquid deberes, & res tua ſine vitio ad me perueniat, propter debitum retẽtionem habeo. & ſic facit pro ſcriptoribus vt poſſint retinere quaternos. ſic infra de pigner. actio. ſi neceſſarias. §. ſi pignori. & infra de impen. ĩ reb. do. fac. quod dicit'. & infra de actio. empt. & vend. l. ſeruus. Sed argu. contra. C. in qui. cau. pig. ta. cõtrahi. l. ſi non inducta. Accurſius. ADDITIO Dic quòd ibi ponitur regula, hic fallentia, ex mente Bar. Bald. Pau. & ſequuntur Alexan. & Iaſon.

l *Modum*. id eſt quantitatem. Accurſius.

m *obligationem*. ſcilicet primam, non indebiti.

n *Deberetur*. ex emptione: & ideo eius pretium partis tãtum debebam: licet totius me putarem debere pretium. Azo. & facit ſupra eo. ſi pœnæ cauſa. §. ſi putem. Accurſius.

o *Condictionem*. vt. §. ea, l. §. indebitum: vt. j̃. eo. qui exceptionem.

p *Condicere*. quanuis enim antequam ab herede liberetur venditor, ſit naturaliter & ciuiliter debitũ, [b] cum nec teſtator eum liberauerit, nec heres fuerit in mora. nã qui nec à teſtatore manumiſſus erat, nec heres in mora fuerit: interim ſeruus eſt. ergo à ſimili & iſte interim eſt obligatus: tamen exceptionem habet: & ſi ſoluat, repetit: vt hîc [c]. Sed cõtra. j̃. de li. leg. ſi quis reum. §. huic ſolu. ibi liberatio fuit legata ad tẽpus, non in perpetuum: & ideo indebitum non repetitur.

q *Damnauerit*. id eſt prę cepit heredi vt liberet debitorem, ſcilicet pecunia alicuius: vt differat à ſuperiori reſpon.

r *Liberatur*. Arg. ad quæſtionẽ monachi fugitiui, & ſyndici quõdam accipiẽtis mutuam pecuniã, quòd abbas teneatur. ſic inſtit. mãda. §. recte. & infra de ſol. ſi quis ſeruo. hęc enim cõdictio ſimilis eſt condictioni certi: vt inſti. qui mo. re. cõtrahi. ob. §. j.

ſ *Indebitum*. filio: ſed patri debitum. & facit. ſ̃. e. l. j. Accurſius.

t *Exceptione*. quæ patri vindicanti non obſtat: vt ſupra ſi cer. peta. ſi filius &. j̃. ad Macedo. l. ſed & ſi patri. §. j. ſed filio obſtat: licet vt heres agat, vt ſupra: &. C. ad Macedo. ſi permittẽte. & infra ad Maced. l. ſed Iulianus. §. ſed & ſi fili⁹. Et argu. infra eo. l. cum is. §. j. in fi. Sed arg. contra. ſ̃. de adop. l. ſi pater. §. qui duos [d] &. ſ̃. de eden. quædam. §. nihil.

u *Falſo*. iſtud falſo determinat illud verbum condemnatus: nõ illud ſoluit. nõ enim erat cõdemnatus: [e] ſed hic putabat ſe cõdemnatum. Accurſius.

x *Defendat*. contra legitimũ: & ſic abſoluitur ſecundum primum, vel contra condicẽtem, ſecundum Azo. ſi autem diceres eum verum heredem cõuictum in peti. hered. non ideo agerent veri debitores cõdict. indebi. quia res inter alios &c.

y *Non defendat*. & ita condemnatur. Azo.

z *Repeti poteſt*. poteſt plane legi, vt dicas hũc §. loqui in herede & bonorũ poſſeſſore putatiuo. & quod dicit debitum, ſcilicet defuncto, non ei qui dicit ſe heredem. Vel dic in herede & bonorum poſſeſſore non loqui. & quod dicit repeti, ſcilicet per condictionem indebiti. Verbum autem poteſt, ponitur vt denotet iudicis poteſtatem, quæ de iure in conuictum ſic poteſt [f] exerceri, vt id quod vere eſt debitum, tãquam indebitum repetatur, ſi probetur ab agente condictione indebiti nõ eſſe heredem qui heres eſt, vel non eſſe debitum quod eſt. non autem dicitur poſſe repeti habito reſpectu veritatis & falſitatis. dic ergo, heredi vero, qui probatur non eſſe heres, ſecundum Azo.

Operas.

a] Nõ obſtat quia illud eſt ratione pietatis ſecundum Bart. in l. elegãter. §. ſi. ſupra eodem.

† Not. nemi nem cogi inire cõmunionem: nec etiam in ea quæ eſt inita perſiſtere vt in iuribus in gl. al. vnde facit ſecũdum P. de Caſt. an valeat præceptum factũ ipſis heredibus ne diuidant. de quo vide per eũ, & per Ale. poſt eũ hic.

b] Intellige quando eſt grauatus heres. ſecus ſi teſtator met liberaret, ſecundũ Bart.

c] Quia habet exceptionẽ perpetuã ſecũdũ Iaſ.

d] Non obſtat: quia hic veniebat cõtra factũ ſuũ ibi non, ſecundum B.

* Heredi.

e] Non tenetur, quia eſſet de indubitabili, ſecundũ Bart. quamuis ſecundum Iaſ. cõueniat literæ.

f] Bal. dicit iſtã gl. ſing. ad hoc quòd tanta eſt vis & auctoritas ſententiæ qd poteſt facere de non ente aliquid: & ecõtra de ente non aliquid: & herede m non heredem. Bolog.

cunda ibi, ſed ſi operas. tertia ibi, ſed & ſi delegatus. Bartolus.

Libertus cum ſe putaret operas [a] patrono debere, [b] ſoluit. condicere eum nõ poſſe, quanuis putans ſe obligatum ſoluit, Iulianus libro decimo Digeſtorũ ſcripſit. natura [c] enim operas [d] patrono libertus debet. Sed & ſi non operæ patrono ſunt ſolutæ, ſed cum officium [e] ab eo deſideraretur, cum patrono decidit pecunia, & ſoluit, repetere non poteſt. [f] Sed ſi operas patrono exhibuit non officiales, [g] ſed fabriles, [h] veluti [i] pictorias, vel alias, dum putat ſe debere, videndum an poſſit condicere. Et Celſus libro ſexto digeſtorum putat eam eſſe cauſam [k] operarum, vt non ſint eædem, [l] neque [m] eiuſdem [n] hominis: [o] neque eidem [p] exhibentur. Nã plerumque robur [q] hominis ætas temporis, opportunitáſque naturalis mutat cauſam operarum: & ideo nec volens quis reddere poteſt. [r] Sed hæ inquit, operæ [ſ] recipiunt æſtimationem: & interdum [t] licet aliud præſtemus, inquit, [u] aliud condicimus: vtputa fundum indebitum dedi, & fructus condico: vel hominem indebitum, & hunc ſine fraude modico [x] diſtraxiſti: nempe hoc ſolum refundere debes, quod ex pretio habes [y]. Vel meis [z] ſumptibus pretioſiorem hominem feci. nonne æſtimari [a] hæc debent? [b] ſic & in propoſito ait [c] poſſe condici quanti operas eſſem * conducturus. [d] Sed ſi delegatus [e] ſit † à patrono officiales [f] operas, apud Marcellum libro vicenſimo Digeſtorum quæritur. & dicit Marcellus non teneri eum: [g] niſi fortè in artificio [h] ſint. hæ enim iubente patrono & alii edendæ ſunt. Sed ſi ſoluerit officiales [i] delegatus, non poteſt condicere neque ei cui ſoluit creditori, [k] cui alterius [l] contemplatione ſolutum eſt, quique ſuum recipit: neque patrono, quia natura [m] ei debentur.

* eſſet.
† Sed & ſi dele. ſit alij a pa. in offi.

a *Operas*. ſcilicet obſequiales.
b *Debere*. ex promiſſione. vere enim debebat etiam ſine ea promiſſione naturaliter, vt ſubiicit: ideo dicas quòd de obſequialibus dicit. Sed nonne diſtinguitur, vt aliàs in tali indebito ſoluto: vt. C. ad leg. Falcid. l. error? Reſpon. non: quia licet ſit tantum naturaliter debitũ, poteſt tamẽ per officium iudicis cogi: vt ſupra de offic. præfec. vrbi. l. j. §. cum patronus.
c *Natura*. id eſt ratione inſita à natura: quæ eſt vt benefacienti benefaciamus. non natura, id eſt iure naturali: quia omnes homines de iure naturali ſunt liberi. & ſic ponitur Co. de in ius vocã. l. ij. Azo: Vel dic melius, natura id eſt iure gentiũ, quod naturale dicitur: vt inſtitut. de rerum diui. §. ſingulorum.
d *Operas*. ſcilicet obſequiales. Accurſius.
e *Officium*. id eſt obſequiales operæ: quæ officiales hic vocãtur, ideo quia ſic omnes operæ vocantur.
f *Repetere non poteſt*. hoc eſt etiam in omni obligatione, vel opera. nam tranſactio impedit repetitionem: vt infra eod in ſumma. in princi. Accurſius.
g *Officiales*. id eſt obſequiales. nã omnis opera poteſt dici officialis, cum opera ſit diurnum officium: vt infra de oper. lib. l. j.
h *Fabriles*. ſcilicet incertas quaſcunque patronus indiceret. Accurſius.
i *Veluti*. iſtud veluti, exemplificatiuum eſt ſolutionis, non operarum fabrilium: quia ſic eſſent certæ.
k *Cauſam*. id eſt naturam vel conditionem.
l *Eadem*. infra de duo. reis. l. nemo. cõtra. Solu. ibi in genere ſunt eædem: hic in ſpecie non ſunt eædem. vel ibi fictione iuris.
m *Neque*. id eſt non videntur eædem, vel reuera nõ ſunt eædem. & ſic non poſſunt illæ quæ ſunt exhibitæ, reddi: cum alia prorſus ſit opera hodierna quàm craſtina. & quod ſubiicit, neque eiuſdẽ hominis, & cætera, id eſt neque etiam ſi exhibeãtur ab eodem, & eidem. & ideo videbantur eædem: non tamen ſunt eædem. cum ergo non ſint eædem, non poſſunt condici. id enim condicimus, quãdo ſoluimus: licet quãdoque aliter reperiatur: & hoc eſt quod ſubiicit, interdum &c. Accurſius.
n *Eiuſdem*. ſi ſint eædem, id eſt ſimiles.
o *Hominis*. ſcilicet operæ ſunt eædem.
p *Eidem*. multo magis ergo ſi alius exhibeat, & alij exhibeantur. Ioan.
q *Robur*. vt in authen. de fi. inſtru. §. j.
r *Reddere poteſt*. & ſic videtur quòd ceſſet repetitio: vt infra de præſcriptis verb. l. pe. Sed contra eſt: quia agitur ad æſtimationẽ: vt ſubiicit: ſed videtur quòd operæ repetantur, vel ſimiles: vt ſupra de ope. ſer. l. fi. in prin. quæ eſt contra. Solu. ibi de æſtimatione quòd repeti poſſit, intelligitur. Accurſius.
ſ *Operæ*. ſcilicet incertæ. idem credo & ſi ſint certæ multo magis. Sed Io. dicit quòd vbi certæ indebitæ ſolutæ ſunt, ille eædẽ repeti poſſunt, id eſt ſimiles non æſtimatio. Sed quæ eſt ratio. nã & cum incertam operam ſtipulor, certa poſtmodũ ſoluetur opera. cur ergo illa eadem non repetitur: ſed æſtimatio? Sed ipſe reſpondet: ſi eadem ſolueretur opera: ergo etiam in alio genere repeti poſſet, quàm ſoluta eſt. nam is qui ſoluit & repetit, debet habere electionem: ſicut habet is cui promittitur incerta opera. nec eſt ſpectãdum quod ſoluitur: ſed natura ſtipulationis, quæ in certa opera non conſiſtit.
t *Et interdum*. ſcilicet aliàs, ergo &c.
u *Inquit*. Iulianus.
x *Modico*. ſcilicet pretio.
y *Habes*. ergo not. quòd qui hac condictione tenetur, ad hoc tenetur quod apud eum eſt: niſi dolo ſciens deſiiſſet habere: vt. j. eo. in ſumma. §. penul.
z *Meis ſumptibus*. ego ſoluens.
a *Aeſtimari*. id eſt curari: quia ſemper aliud pro alio repetitur.
b *Debent*. ſcilicet quòd modico diſtraxiſſet, vel qa ergo ſoluẽs feci hominem pretioſiorẽ: vt expenſas vltra pretium conſequar. & hoc niſi ſciens acceperit indebitum: vt infra eod. l. in ſumma. §. ſi ſeruũ. Azo. Vel dic: feci ego, cui ſolutum eſt indebite. & ſic mutat perſonas. ſolũ ergo pretium acceptum redditur poſtpoſita melioratione.
c *Ait*. Iulianus.
d *Conducturus*. nõ quãti hic locare potuiſſet, vt ſic non exeat naturã condictionis indebiti, quæ non vult verſari in damno eum qui ea tenetur.
e *Delegatus*. ergo promiſit: vt. C. de noua. l. j.
f *Officiales*. id eſt obſequiales alij pręſtandas. quæritur ſcilicet an teneatur ei cui delegatus eſt? & certè non: quia non poſſent cedi niſi patrono, ſed ſolutę non repetuntur, vt ſubiicit.
g *Eum*. ſcilicet ciuiliter & naturaliter: vt ſtatim ſequitur in fine. §.
h *In artificio*. ſcilicet certo. idem forſam & ſi in incerto. Ioan. ſed non eſt verum: vt. j. in glo. magna fin.
i *Officiales*. id eſt obſequiales. Accurſius.
k *Creditori*. nunc facto, vel ante tenebatur ei delegans ad talia.
l *Alterius*. ſcilicet patroni.
m *Natura*. hoc expone vt in prin. huius. §. quia operarum à libertis patrono debitarum facta eſt mẽtio. Et diſtingue: quia operarum aliæ ſunt obſequiales, aliæ fabriles, & aliæ artificiales. Obſequiales aliæ in faciendo, vt in aſſurgendo, & ſimilibus. aliæ in nõ faciendo, vt de non vocando in ius. & differunt hæ inter ſe. nam quæ ſunt in faciendo, non tranſeunt ad heredẽ extraneum: vt. C. de ope. lib. l. liberti. ſed ad filios ſic: vt. C. eo. titu. l. qui manumittuntur. &. C. de obſe. l. v. etiam exheredatos: niſi ſint mala mente exheredati, quia fuerant ingrati, vt infra de bo. lib. l. ſi patronus. §. ſi quis non mala mente. Sed quæ ſunt in non facienda, vt de non vocando in ius, & ſimiles, trãſeunt ad heredes, etiam extraneos: vt. C. de in ius voc. l. venia. Econtra conueniunt: quia ipſa natura & ſine impoſitione debentur: vt hoc. §. in prin. & in fi. & ꝓprius dicitur honor ſiue reuerentia quàm operæ. ſed fabriles & artificiales ſunt propriè operæ, cum opera ſit diurnum officium: vt. j. de ope. lib. l. j. Sunt autem fabriles incertæ: [a] vt. x. operæ, non expreſſo ſcriptorias vel pictorias. Artificiales certæ, vt quando expreſſit, vt pictorias. licet lex quãdoque his vocabulis abutatur. de his autem dic qualiter imponuntur, & in quibus differant, & in quibus cõueniant. Imponuntur autem per ſtipulationem & per iuſiurañ. vt. j. de lib. cau. l. fina. §. adeo. &. j. de ope. lib. l. vt iureiu. Differunt autem in ſex. Primo in ceſſione diei. nam certæ operæ ſtatim cedunt, & veniunt cum poſſunt præſtari. cedunt tamen à die ſtipulationis. incertæ non niſi indicantur, & à patrono petantur. vtræque tamen petuntur tunc demum, quando tãtum tranſierit tempus quo præſtari potuerunt: vt. j. de ope. lib. l. quotiens certæ. &. l. cũ patronus. j. reſpon. &. l. ſi quis hac. §. iudicium. &. l. operæ in rerum. nam. l. illa, quotiẽs. primo in operis certis loquitur, poſtea de incertis. Secundo differunt in ſolutione. certæ enim alij ſolui poſſunt: incertæ non: vt infra de ope. lib. l. operæ in rerum. Duobus tamen caſibus etiam incertæ alij ſoluuntur, volente patrono. Primus, ſi patronus non poteſt vti aliter operis liberti. Secundus, ſi eſt inops: vt infra de ope. lib. l. patronus qui

Operarũ genus triplex: & inter ſe conueniunt & differunt

a] Reprobatur: quia fabriles & artificiales per eodẽ. ponũtur, ſecundũ Bar Zozi. Ale. & Ia.

Si ſoluatur pars vnius ex rebus alternatiue debitis: an competat liberatio, vel detur repetitio, pendet ex euentu. Bartolus.

Si decem aut Stichum ſtipulatus, † [a] ſoluã quinque: quæritur an poſſim cõdicere. Quæſtio ex hoc deſcẽdit, an liberer in quinque. nã ſi liberor, ceſſat cõditio. [b] ſi nõ liberor, erit cõdictio. [c] B Placuit autẽ (vt Celſus libro ſexto, & Marcellus libro vicenſimo Digeſtorum ſcripſit) non perimi [d] partem dimidiam obligationis. Ideóque eum qui quinque ſoluit, in pendenti habendum an liberaretur, petíque ab eo poſſe reliqua quinque, aut Stichum. & ſi preſtiterit reſidua quinque, videri eum & in priora debita ſoluiſſe. ſi autem Stichũ præſtitiſſet, quinque eum poſſe cõdicere quaſi indebita. ſic poſterior ſolutio comprobabit, [e] C priora quinque vtrũ debita an indebita ſoluerentur. Sed & ſi poſt ſoluta quinque & Stichus ſoluatur, & malim ego [f] habere quinque & Stichum reddere, an ſim audiendus quærit Celſus: & putat natam eſſe in quinque condictionem: [g] quamuis vtroque [h] ſimul ſoluto, mihi retinendi quod vellem arbitrium daretur. [i]

In obligatione alternatiua ſolutione partiũ in diuerſis rebus liberatio non contingit: licet ad plures heredes creditoris vel promiſſoris pertineat obligatio.

Idem ait, [k] & ſi duo heredes ſint ſtipulatoris [l], non ſic poſſe alteri quinque ſolutis, alteri partem Stichi ſolui. Idem & ſi duo ſint promiſſoris heredes. ſecũdũ quę [l] liberatio non contingit, niſi aut vtrique [m] quina aut vtrique partes Stichi fuerint ſolutæ.

Gloſ. intelligit iſtam. l. vno modo, & Guil. alio modo ſecundum glo. breuiter hoc intendit. Sicut promiſſum in certo loco, poteſt vbique peti: ita ſolutum indebite certo loco, non obſtante errore ſoluentis. Bartolus.

XXVII. PAVLVS *libro vicenſimooctauo ad Edictum.*

QVi loco certo debere exiſtimans [n] indebitum ſoluit, [o] quolibet [p] loco repetet. nõ enim exiſtimationem ſoluentis eadem ſpecies repetitionis ſequitur.

Tutus exceptione rei iudicatæ ſoluens non repetit. Bartolus.

XXVIII. IDEM *lib. 32. ad Edictum.*

IVdex ſi malè abſoluit, & abſolutus ſua ſponte ſoluerit, repetere non poteſt. [q]

Pupillus, prodigus, & furioſus indebite ſolutum repetunt etiam vbi alius non repeteret. Bartolus

XXIX. VLPIANVS *libro ſecundo Diſputationum.*

INterdum perſona [r] locum facit repetitioni: [ſ] vt puta ſi pupillus ſine tutoris auctoritate, D vel furioſus, vel is cui bonis interdictum eſt, ſoluerit. nam in his perſonis generaliter repetitioni locum eſſe non ambigitur. [t]

operas. &. l. ſi libertus artem. Tertio differunt in adiectione perſonarum facta in ſtipulatione. certas enim mihi aut Titio, incertas mihi tãtum ſtipulor. Item certas poteſt mihi, vel ſibi, vel ſimpliciter ſtipulari ſeruus meus, incertas mihi, vel ſimpliciter: non ſibi: vt. j. de ope. lib. l. ſeruus patroni. j. reſpon. &. l. libertus, &. l. nihil. &. l. quia. &. l. hæ operæ. j. reſpõ. Et not. quia in lege illa, hæ, appellat fabriles certas. Quarto differunt in exhibitiõe: quia certas debet præſtare libertus victu & veſtitu patroni: incertas ſuo victu: vt. j. de oper. libe. l. ſuo. &. l. aut certæ. &. l. imponi. &. l. pe. lex enim pe. quæ dicit victum eſſe præſtandũ, ſuper certis tantum intelligitur: quia ſi de icertis tantum loqueretur, male diceret libertum, aut quẽlibet aliũ, edentẽ operas: quia incertæ per alium edi nõ poſſunt, nec alij: vt. j. de ope. liber. l. operę in rerum. Quinto differũt quia in incertis fideiuſſor ex ſua mora teneri nõ poteſt: vt pote cum non cedãt niſi cum indicantur. ſed in certis operis eſt idem quod in qualibet credita pecunia: vt. j. de oper. lib. ſi libertus meus. &. l. à duobus. Sexto differũt in tranſmiſſione: circa quam nota duo genera lia in quibus cõueniũt. Primũ: quia nulla opera trãſit ad heredem heredis: vt infra de verbo. ſignifi. ſciendum. Item qui ad omnẽ operam ſcilicet fabrilem vel artificialem agunt liberi, ſi patron⁹ ſibi liberíſq; ſuis fuit ſtipulatus & pro æqualibus portionib⁹, & vtili actione, etiam ſi non ſint heredes. & ſic intelligitur infra de ope. libe. ſi quis operas. & in. l. vt iureiurando. §. ſi liberi. & de verborum obligat. quodcunque. §. ſi quis. Si vero ſibi tantum ſtipulatus ſit patronus, & incertas operas, ad heredem extraneum non tranſmittit etiam lite conteſta. niſi forte condemnatio fuerit facta. ad liberos autem etiam nõ inſtitutos, dummodo non mala mẽte exheredatos. etiam lit. nõ conteſt. tranſmittit: dum tamen ſint præteritæ. futuræ enim alij cedi non poſſunt. & hæc probantur infra de oper. lib. l. à duobus. &. l. ſi operarum iudicio. &. l. qui libertos. §. non ſolũ. &. §. ſed ſi iam. &. l. operæ in rerum. in prin. & de bo. lib. l. ſi patronus. §. ſi quis non mala mente. & de acquir. here. ſi quis pro herede. §. ſi quis: cum autem cer- E tas ſibi ſtipulatus eſt patronus, nõ tranſmittit eas niſi ad heredes ſuos vel extraneos: directo tamen per ſe, & non per alios ad ſucceſſionem venientes, & pro hereditariis portionibus: quia ſicut credita pecunia petitur opera: vt. j. de ope. lib. l. à duobus. &. l. cũ patronus. §. cum patronus. &. §. cum libertus.

† Interrogatus paſſiuè quomodo ĩ lege poſitũ lætoria ex Suetonio docet Priſcianus.

a *Stipulatus.* id eſt interrogatus promittere per ſtipulationem. ſic in authẽ. de æqua. do. §. j. ibi, & cum ſtipulẽtur alterutros &c. & inſti. qui mo. tol. ob. §. pe. & infra de ſol. in his. vel ſub. ſit aliquis à me. Accurſius.

b *Condictio.* hoc regulariter fallit: vt. j. eo. l. Neratius.

c *Condictio.* vtrumque autem ſimul non: vt. j. de ſolu. qui hominem. §. fina. Accurſius.

d *Non perimi partem.* immo videtur quòd ſit pars perempta: & quòd tantum pars Stichi ſit petenda: vt infra de accept. l. qui hominem quæ eſt contra. Solu. non eſt contra: quia non pro- A hibetur ibi Stichum petere, ſed partem peti poſſe dicit: Vel illa eſt diſtinctio legis, non hominis. Vel quia ibi dicit perimi, id eſt interim non poſſe ſortiri effectum. nam obligatio durat non autem extincta eſt: vt hic. cum hoc autem dicto facit infra de ſolu. qui hominem. in princip. &. §. j. &. §. penul. & de leg. ij. ſi quis duobus. Item contra infra de ſolut. ſtipulatus. §. j. ſed ibi certus homo, puta Stich⁹ debebatur, cuius parte ſoluta à parte liberatur. ſecus ſi in genere, vel ſub alternatione: vt ibi, & hic, & infra de verb. obli. l. ij. in prĩci. Accurſius.

a] Reprobatur cũ duabus ſeq. ideo dic quòd hic loquitur in ſolutione vera: ibi in ſolutione ficta ſecũdum B. Alexã. & Iaſ.

e *Comprobabit.* id eſt declarabit.

f *Et malim ergo.* ſcilicet creditor. nã mutat perſonas.

g *Condictionem.* indebiti.

h *Vtroque.* Sticho & decem.

i *Daretur.* hoc iure veteri: ſed hodie eſt electio ſoluentis: vt. C. eo. l. penul. quę eſt contra. & ſic corrigitur hoc. Vel hic erat in optione ſtipulatoris, ibi promiſſoris. Accurſius.

Cuiac. lib. 8. obſ. c. 35.

k *Idem ait.* ſcilicet dicendum. Accurſius.

l *Secundum quæ.* ſcilicet iam dicta, nõ proximo, ſed alio caſu.

m *Vtrique.* ſcilicet heredum ſtipulantis.

QVi loco.] CASVS. Credebam me tibi debere decem: Romæ ſolui. nunquid alibi quã Romæ poſſum repetere? Dicit quòd ſic. Viuianus.

n *Exiſtimans.* & ita non errauit quo ad certa loca. vnde videbatur qđ in cæteris nõ poſſit repetere: poteſt tamen ſimilis dubitatio eſſe infra de conſtitu. pecu. l. eum qui. j. reſpon. Accurſius.

o *Soluit.* in illo loco: idem ſi in alio.

p *Quolibet.* idoneo tamen. Argu. infra de mune. & ho. vt gradatim. §. & ſi lege. Sic. &. j. de conſti. pecu. l. quæ autem. in fi.

IVdex.] CASVS. Debebam tibi decem: & cum peteres à me iudex me abſoluit. demum, quia bonam fidem habui, ſolui. nunquid repetam? Dicit quòd non. Viuianus.

q *Non poteſt.* natura enim debitor remanſit: vt patet infra eod. Iulianus.

INterdum.] CASVS. Dicit quod quandoque cõdicit vnus, quod alius non condicet. & eſt exemplum in pupillo ſoluente ſine tutoris auctoritate: quia repetit quod ſolutum eſt. Viuianus.

r *Interdum perſona.* q. d. aliquid condicit & repetit vnus quod alius non condicet: vt ſtatim dices. Accurſius.

ſ *Repetitioni.* hoc modo qui ſequitur, & ſi quidem &c. Accur.

t *Locum eſſe non ambigitur.* Quomodo poteſt eſſe quod hæc lex dicit? nam aut erat debitum ſolutum, aut indebitum. Si debitum, conſumpta pecunia non condicitur, nec vindicatur: quia tantum facit conſumptio, quantum dominij tranſlatio à principio: vt ſupra de re. cre. ſi certum pe. l. ſi filiusfamilias. &. l. non omnis numeratio. §. ſi pupillus. quæ eſt contra. & infra de ſolu. quòd ſi forte. §. fina. quæ eſt ſimiliter contra. Si indebitum erat, ergo de iure communi datur repetitio: & ſic non facit perſona locum repetitioni? Sed rñ. quòd erat indebitum ciuiliter: ſed tale ſcilicet naturale debitum quod ſolutum eſt à maiore, non repeteretur: puta legatum non deducta Falcidia, ſolutum per ignorantiam iuris: vt. C.

UNED

Et ſi quidem extant nummi, vindicabuntur: [a] conſumptis verò condictio [b] locum habebit.

Si quis ſoluat tutus exceptione, quia ſibi debetur, non repetit, ſed ſuum debitum petit. Bartolus.

XXX. IDEM *libro decimo Diſputationum.*

QVi inuicem [*] creditor idémque debitor eſt, in iis caſibus in quibus compenſatio locum non habet, ſi ſoluit, non habet [c] condictionem veluti indebiti ſoluti ſed ſui crediti petitionẽ.

Qui promiſit plus quã deberet, condicit liberationem. Bartolus.

XXXI. IDEM *libro primo Opinionum.*

IS qui [d] plus quàm hereditaria portio efficit, per errorem creditori cauerit, [e] indebiti promiſſi habet condictionem. [f]

Vna ex rebus alternatiuè debitis ſolutis ſimul perempta, quæ ſupereſt remanet in ſolutum. Bar.

XXXII. IVLIANVS *libro primo Digeſtorum.*

vt.C.ad legem Falcid.error.Idem in caſibus in quibus condictio hæc ceſſat:aliàs in maioribus quos diximus ſupra eod. l. eleganter.§.fina.Pupillus vero repetit[a] per reſtitutionem præhabitam: vt hic, & ſupra de mino.illud.in princip.&.C.ſi aduer.ſol.l.indebito. & ſecundum hoc non obſtat dicta. l. non omnis. nec illa qđ ſi forte. quia ibi de ciuiliter & naturaliter debito dicit. vel ſecundum Azo.idi de rigore. ſed hic de æquitate dicit. Sed ſecũdum quòd hãc legem modo intellexim[9], idẽ eſſet in quolibet minore, eo excepto, quòd pupillus extantes ſine reſtitutione vindicat, pubes vero reſtitutus demum: ꝙ verũ eſt, ſcilicet quòd in minore quolibet loquatur: ſed de pupillo gratia exẽpli loquitur. Sed opponitur quando minor repetit naturale debitum per in integrum reſti.prehabitam, & poſtea condictionẽ intentatã: nonne obligatio naturalis qua tenebatur minor, reſtituitur contra eum: vt. C. ſi aduer. tranſact. l. j. ergo illius nomine contra in integrum reſtitu. obiicitur cõpenſatio: vt ſupra de negotiis geſt.l.iij. §.pupillus? Reſpon. id non puto, quòd compenſatio [b] obiiciatur: quia ſic minori non pr[o]deſſet reſtitutio: vt not. in quæſtione infra eo ti.l.cũ is.§. j. Pater ergo naturale debitum à minore ſolutum condici petita prius in integ. reſti. ſed P. dicit citra reſtitutionem pupillum condicere pecuniã conſumptam.& pro ſe inducit.j̃.ad Trebel.ſi eius.§.& ſi eius.&.l. iſtã interdũ. In adultis autem confitetur quòd per reſtitutionem: vt infra de acquir.her.l.impuberibus.ſed.l.illam, ſi eius, retorqueo in eũ. nam ibi dicit quòd pupillus non repetit naturale debitum, ſcilicet ab herede qui reſtituit hereditatem, nullo modo quando ante reſtitutionem hereditatis eſt ei ſolutum: nec à fideiuſſore ſine reſtitutione. ſi autẽ poſt reſtitutionem hereditatis ſoluatur heredi, iure communi citra reſtitutionem repetitur: quia naturalis obligatio iam tranſlata erat ad fideicommiſſarium. Item nec hæc lex facit pro eo. nam perſona pupilli & furioſi facit locum repetitioni: quia ſi extat pecunia ſoluta, repetitur per rei vin. Si autẽ conſumpta ſit pecunia ſoluta, ſi quidẽ à pupillo cedit in ſolutum debiti naturalis, nec repetitur, niſi iuuetur pupillus beneficio reſtitutionis: vt dixi. ſi autem furioſus vel prodigus ſoluat, pecuniam conſumptam repetunt per condictionẽ ſine cauſa, etiam non petita reſtitutione: quia non intelliguntur voluiſſe ſoluere. ſiquidem in negotiis contrahendis alia eſt cauſa furioſorum, & alia pupillorum: vt infra de regu.iur. in negotiis geſtis. Sic ergo conſumptione facta reconciliatur indebitum à pupillo ſolutum, ſed non à furioſo vel prodigo: quia qui expreſſe conſentire non poſſunt, nec tacite poſſunt: vt infra locati.l.qui ad certum.& facit ad hanc l.j̃.de bo.auct.iud.poſſi.ſi non ex.§.j.Accurſius.

a]Hic eſt primus intellectus iſtius.l. qui reprobatur ſecũdum Bar. Bal. Ang.P.& Iaſ.

*Compẽſatio habet locum niſi in depoſito & aliis quibuſdam. l. vlti. C.de cõpenſa.& ideo ſi decem credideris, & Stichũ debeas Titio ſolutũ Stichum nõ cõdices, ſed cõdices decem mutuo.

b]Idẽ B. Bal. &.P.ſed melius dixiſſet, retentio. Iaſ.

E a *Vindicabuntur*.etiam ſine reſtitutione: quia non eſt facta accipientis pecunia.

b *Condictione*.hoc ita tamen demum ſi reſtituatur ſecundum nos: licet Placen.contra: vt modo diximus. Accurſius.

Q*Vi inuicem.*] CASVS Debebam tibi decem ex cauſa depoſiti: & debebas mihi decem ex cauſa mutui. in caſibus iſtis non eſt locus compenſationi. vnde ſi tibi ſoluerim tua decem, non repetam: immo mea decem quæ mihi debebas. Viuianus.

c *Non habet*.vt in depoſito: vt.C.de compen. l. fi. & cum ex vna parte debetur ſpecies, ex alia quantitas. Item in vino vel frumento vel oleo publico. Item in vectigalibus, tributis & alimentis fideicommiſſis, vel pecunia quæ ſtatutis ſumptibus ſeruit: vt. C. de compen.l.in cauſa.ſecundum Io. Sed idem videtur in omnibus. vbi ipſo iure compenſatio non fit. Si autem ipſo iure fiat cõpenſatio, vt de negligentia ad negligentiam, aliud eſt ſecundum H. vt infra de compen.l.ſi ambo.§.i.Accurſius.

A I*S qui.*] CASVS. Inſtituit aliquis me heredem in teſtamento, qui forte habebat creditorem. Et cum eram inſtitutus pro tertia parte, credebam me heredẽ inſtitutum pro dimidia. Promiſi me ſoluturum creditori hereditario pro dimidia hereditatis. Dicit quòd cautionem repetere poſſum. Viuianus.

CVm is qui Pamphilum aut Stichum [g] debet, ſimul vtrũque ſoluerit ſi poſtea quàm vtrũque ſoluerit, aut vterque aut alter ex his deſiit in rerum natura eſſe, nihil repetet. [h] id enim remanebit in ſoluto, quod ſupereſt. [i]

Solutio quæ fideiuſſori parit repetitionem, non parit reo liberationem. Bartolus.

Fideiuſſor cum paciſcitur [k] ne ab eo pecunia petatur, & per imprudentiam [l] ſoluerit, condicere [m] ſtipulatori [n] poterit. & ideo [o] reus quidem manet obligatus: ipſe [p] autem ſua exceptione tutus eſt. Nihil autem intereſt, fideiuſſor an heres eius ſoluat. Quòd ſi huic fideiuſſori reus heres extiterit, & ſoluerit, nec repetet: & liberabitur.

Quando à pietate cauſatur error, cẽſſat repetitio indebiti ſoluti. Bartolus.

Mulier [q] ſi †in ea opinione ſit, vt credat ſe pro dote obligatam,

d *Is qui*.ſcilicet heres.

e *Cauerit*.ſcilicet creditori. Accurſius.

f *Condictionem*.ſine cauſa, vel incerti: vt infra de cõdic.ſine cau. l.qui ſine.

C*Vm is.*] CASVS. Promiſeras mihi Stichũ aut Pamphilũ. vtrumque ſoluiſti. deinde deceſſit alter. Dicit quòd ille qui ſupereſt, remanet in obligatione: vnde non repetitur. [FIDEIVSSOR.] Titius debebat tibi decẽ: pro eo fideiuſſi: feci pactum de non petendo à me. poſtea aliquo caſu ignorans tibi ſolui. Dicit quòd repetam. Idem eſt ſi ego deceſſi, & heres meus ſoluerit. Sed pone quòd Titius mihi ſucceſſit, & ſoluerit: nũquid repetet? Dicit quòd non: ſed liberatur. [SI IN EA.] Nomine dotis mulier quędam pro alia ſoluit decem marito futuro, credens ſe teneri. an repetere poſſit? dicitur quod non: quia cauſa pietatis tollit repetitionem: quam aliàs induceret falſa opinio. [QVI HOMINEM.] Credidi me debere tibi hominem in genere. dicit quòd ſimilis ſum ei qui hominem aut. x. debet: veluti ſi ad hominem in genere tenebar. & credebam me teneri ad Stichum cum ſoluero condicam. Viuianus.

g *Aut Stichum*.alternatiue. Accurſius.

h *Repetet*.loquitur hic quando ad certam ſpeciẽ datur hæc condictio. aliàs, id eſt ſi ad quantitatem, non liberaretur interitu ſpeciei, ſicut nec in mutuo: vt.C.ſi cer.pet.l.incẽdium.& ſic non obſtat.§.libertus.s̃.eo.l.ſi non ſortem. Item not. hic quòd proprium factum ignorare licet: vt.s̃.eo.ſed & ſi me putem.

i *Supereſt*.cum alter deceſſit. Azo. ſed ſi non ſoluiſſet: qui supereſſet, dandus eſt: vt infra de contrahen.empt.ſi in emptione.§.penul. Accurſius.

k *Paciſcitur*.non in re, ſed de ſua perſona tantum. ſic ſupra de iureiur.l.duobus.§.j.

l *Imprudentiam*.facti, vel iuris: cum ſublata ſit naturalis obligatio per actum: vt.j̃.de ſolu.Stichum.§.naturalis.

m *Condicere*.condictione indebiti.

n *Stipulatori*.id eſt à ſtipulatore.

o *Et ideo*.bona ratio: quia eadem ſolutio non parit liberationem reo, & repetitionẽ fideiuſſori: vt hic, &.j̃.de ſol. l. qui hominẽ. §. fi.Azo.& infra eo.ſi fideiuſſor. Sed ſi id quod naturaliter tantum deberetur, per ignorantiam facti probabilem ſoluatur, repetitur vt indebitum: vt Cod.ad leg. Falcid.error. Si agatur condic. indeb. nonne poterit naturalis debiti compenſatio opponi: vt infra de compen.l.etiam. & ſupra de neg. geſt. l. iij. §. pupillus? Videtur quòd ſic. nam per ſolutionẽ talem non fuit ſublata obligatio naturalis: quia eadem ſolutio non poteſt parere liberationem & repetitionem, vt dixi. Nec obſtat quod eſt infra de ſolu.l. in numerationibus. in fi. licet enim vna ſolutio & liberationem & obligationem ſimul pariat, vt ibi: nunquam tamen repetitur pecunia vt indebita: vt eiuſdem pecuniæ contingat liberatio & repetitio. non ſunt ergo contrarij effectus ibi: ſed hic ſic. Ego tamen puto non poſſe compenſari naturale debitum in hoc caſu: quia ſecundum hoc lex quæ dicit naturale debitum repeti, impoſita eſſet verbis, & non rebus, & vna via repeteretur, & altera nõ: quia eſſet iniquum: vt.C.communia de leg.l.ij.Azo.& facit ad.§.j̃.man.ſi fideiuſſor.§.non male.&.§.vltimo. Accurſius.

p *Ipſe*.ſcilicet fideiuſſor.

q *Mulier*.mater forte vel extranea.

†Scribentes hic reputant iſtũ tex. ſin. ad hoc quòd licet ꝓmittens aliquid tãquam debitũ, cũ non eſſet debitũ, habeat cõdictionẽ indebiti: tamen fallit in iſto caſu ſingu. Bolog. Factum proprium ignorare licet.

UNED

a *Non repetit*. niſi eſſet tutrix, & ratione officij ſoluiſſet: vt infra de admi. tut. cum poſt. §. j. & licet hæc condictio ceſſet, alia actio quandoque datur ſoluẽti: vt infra ſolut. ma. l. ſi pater ignorans.

b *Non poteſt*. niſi in caſu: vt. C. de nup. l. patrem. Quid autem ſi fideiuſſit pro dote mulier quo caſu ceſſat vell. vt. C. ad Vell. l. generaliter nõne repetet? Reſpõ. ſic à muliere: arg. d. l. de admini. tuto. l. cum poſt. §. j. intellige ergo hic quòd ſuo nomine credebat teneri ſe pro ſua obligatione: ꝓ alia tamen muliere. Accurſius.

c *Qui hominem*. ſi dicas hominẽ ſcilicet incertum, aut. x. omnia ſunt plana: & erũt ſimiles hi caſus in omnibus: & nihil eſt contra. Si autem dicas hominem, ſcilicet certum, puta Stichum. aut. x. erit ſimilitudo in ſoluẽdo. nam quilibet eorum antequã ſoluat, habet electionẽ, dummodo non viliſſimum ſoluat debitor in genere: vt inſti. de act. §. huic autem. & infra mã. l. fideiuſſorem. Itẽ ſunt ſimiles, quia neuter præciſe tenetur ad aliquẽ. In repetendo autem an ſint ſimiles? Videtur ꝙ ſint, vt hic dicit. nam ſi ideo repetit, quia eſt ei ſimilis: ergo & ſi is qui Stichũ aut. x. debet, credẽs ſe debere Stichum ſoluat, repetit: vt hic dicere videtur. Sed cõtra infra de lega. ij. ſi is cui. vbi dicit quòd non repetit. Solu. ſecũdum R. diſtingue, an per errorem facti ſoluit: vt quia neſciebat alternatiue promiſſum: & tũc repetat, vt hic. an per errorem iuris, credens forte ſe teneri ad meliorem: & tunc non, vt ibi. Alij dicunt quòd hæc illam corrigit, ex eo quòd hæc à Iuſtiniano confirmata videtur: vt. C. de condic. inde. ſi quis ſeruum. Tertij dicunt quòd hic eſt diſiunctio legis, non hominis. Prima non placet: quia lex contra videtur loqui de ſoluente per errorem facti. item nec ſecunda: [a] quia lex illa, ſi quis, loquitur quando vtrunque eſt ſolutum. Tu dicas quòd non ideo repetit debitor in genere, quia ſimilis ſit ei qui alternatiue debet. nam licet in aliquo ſit ſimilis, non tamen in omnibus. ſed ideo repetit debitor generis, de quo hic dicit, quia nullus ſeruus erat in obligatione, ſed in ſolutione tantũ: vt. ĵ. de leg. j. cum incertus. licet ſi arg. contra. ĵ. de leg. ij. l. Mæuius. §. duobus. ſed dic vt ibi not. ſed alternatiua vtrumque eſt in obligatione: vt. ĵ. de verb. oblig. ſi duo rei. & . ĵ. de ſolu. qui. x. §. Stichum. & ideo dico quòd non repetit: vt in. d. l. contraria, ſi is cui. & ſecundum hoc poſtpone, ideo: & dic ideo condicet, cum exiſtimaret &c.

† Hanc Iulia ni ſententiam cõfirmat Iuſtinianus. l. pen. C. e. reiecta Vlpiani in l. 26. § j. ſ. eo. & Celſi in l. 19. ĵ. de legat. 1.

* Quia nihil indebitũ ad dominũ ꝑuenit, ſed rẽ ſuam habere. i. tenere incipit ſi aliena area eſſet, poſſeſſionẽ rectè condiceret incerti. L. R.

a] Reprobatur, ſecundũ Bal & P.

b] Iſta glo. eſt ſingularis & vnica ad hoc quòd obligatio generis nihil dicitur cõtinere, ſecundũ Bal. pro cuius gloſ. corrobuatione faciunt duo quæ poteris videre hic in ſecundis interpreta. Bolog.

d *Exiſtimaret*. [b] is qui generaliter promiſit hominem, nam hunc tantum proſequitur, vt modo dixi. ſunt ergo ſimiles in ſoluẽdo. Item quia neuter præciſe tenetur: ſed diſſimiles in aliis duobus, ſcilicet in repetendo: & quia in altero vtrumque eſt in obligatione: in altero nihil. Accurſius.

e *Quemlibet*. vt puta mediocrem. Azo.

*SI in area.*] CASVS. In area tua domum ædificaui. eam ædificatam nactus es. an condicam? Dicit quòd non. Si autem poſtquam ædificaui, tibi ædes tradidi, non condicam: quia non feci domos iſtas accipientis: quia prius erant tuæ. vnde pone: Credebam me heredem: domos hereditarias fulſi: ad expenſas mihi potero conſulere per retentionem. Cætera ſunt plana vſque ad. l.

quicquid dotis nomine dederit, nõ repetit. [a] ſublata enim falſa opinione relinquitur pietatis cauſa: ex qua ſolutũ repeti nõ poteſt. [b]

Obligatio generis, & alternatiua, æquiparãtur: & in obligatione generis qui certã ſpeciẽ ſoluit putãs ſe ad eã teneri, repetit. h. d. Primo ponit vnũ dictũ. Secundo ponit aliud. ſecunda ibi, & ideo neque eſt dicendum quòd ſecunda pars ſit illatio primi dicti. Barto.

B

Qui hominẽ† generaliter promiſit, ſimilis eſt ei qui hominẽ [c] aut decẽ debet: & ideo ſi cũ exiſtimaret [d] ſe Stichũ promiſiſſe, eũ dederit, condicet: alium autem quẽlibet [e] dando liberari poterit.

Vbi inter partes nullũ negotiũ geſtũ eſt, ceſſat cõdictio indebiti. h. d. Diuiditur in duas partes. primo quãdo quis ædificat in ſolo alieno à domino poſſeſſo. ſecundo quando quis ædificat in ſolo alieno à ſe poſſeſſo. ſecunda ibi. ſed & ſi is. Bartolus.

C

XXXIII. IDEM *lib. 37. Digeſtorum.*

SI in area tua ædificaſſem, & tu ædes poſſideres, condictio [f] locum non habebit:* quia nullum negotium inter nos contraheretur. Nam is qui non debitam pecuniam ſoluerit, hoc ipſo aliquid negotij [g] gerit. Cum autem ædificium in area ſua ab alio poſitum dominus occupat, nullũ negotiũ contrahit. Sed & ſi is qui in aliena area ædificaſſet, ipſe poſſeſſionem

D

tradidiſſet, cõdictionem nõ habebit: [h] quia nihil accipiẽtis faceret, ſed ſuã rem dominus habere incipiat. Et ideo conſtat, ſi quis cum exiſtimaret ſe heredem eſſe, inſulam hereditariam fulſiſſet, nullo alio modo quàm per retẽtionem impenſas ſeruare poſſe. [i]

Quando diſpoſitio efficitur indebita ſolutum cauſa conditionis implendæ repetitur. Bartolus.

XXXIIII. IDEM *libro quadrageſimo Digeſtorum.*

IS cui† hereditas tota per fideicõmiſſum relicta eſt, & præterea fũdus [k] ſi decẽ dediſſet heredi & heres ſuſpectã hereditatẽ dixerit, & eã [l] ex Trebelliano reſtituerit, cauſam dãdæ pecuniæ nõ habet: [m] & ideo quod eo nomine quaſi implẽdæ conditionis gratia dederit, condictione [n] repetet.

Poteſtas purgandi moram non facit vt indebitum videatur eſſe ſolutum. Bartolus.

XXXV. IDEM *libro quadrageſimoquinto Digeſtorum.*

QVi * ob rẽ nõ defẽſam ſoluit: quãuis poſtea defẽdere paratus eſt, nõ repetet quod ſoluerit. [o]

Pecunia accepta vt reddatur res in qua quis recipiẽdo pignore furtũ cõmiſit, repetit. aliàs ſecus. Bar.

XXXVI. PAVLVS *libro quinto Epitomarum Alfeni Digeſtorum.*

SEruus cuiuſdam inſciente domino magidem [p] commodauit. is cui commodauerat, pignori eã poſuit, & fugit. qui accepit, non

frater à fratre. Viuianus.

A f *Condictio*. ſcilicet expenſarum. vel dic domus ædificatæ.

g *Negotij*. non ꝙ obligatio ex contractu naſcatur, ſed quaſi: vt inſt. de obli. quæ ex quaſi contractu. §. pe. & quod dicit hic, gerit ſi gerere videtur extra id quod agitur: vt. ĵ. commo. l. ſi is qui. §. fi. Accurſius.

h *Non habebit*. immo videtur quòd poſſeſſionem ſaltem poſſit condicere: vt. ſ. eo indebiti §. j. quæ eſt contra. Solut. [c] ibi credẽs ſe obligatum tradidit: hic nõ. Vel ſolue vt ibi. Itẽ cõtra ad idem. ĵ. e. qui exceptionem. §. j. Sol. vt ibi. Accurſius.

c] Non tenetur cũ ſequẽti: ideo dic ꝙd ibi fuit tradita poſſeſſio nõ domino: hic domino. B. Pau. & Ia.

i *Seruare poſſe*. hæc lex loquitur ſecundũ Azo. de ſtricto iure: ſed de æquitate dabitur iſti qui impẽdit, vtilis act. neg. geſt. ad impẽſas. & pro eo. ſ. de neg. geſt. ſi pupilli. §. ſed & ſi quis. ſed illa loquitur quando alieno nomine impẽdit: hic ſuo ꝓprio. Itẽ pro eo. ĵ. eo. tit. l. fin. ſed ibi neceſſario fuit geſtum negotium: ſed hic volũtarium. Item pro eo. C. de rei vin. l. domũ. quæ eſt contra: ſed ibi in reficiendo. Io. autẽ dicit non poſſe repeti: ſed retineri. vt hic & infra de excep. do. Paulus. & hãc materiã plene dices. ſ. de rei vind. l. in fundo. Accurſius.

† Coniũge l. 86. ad. l. falc. ita tamẽ 27. ad Trebell.

* Bal. hic dicit iſtũ text. vnicum & ſing. ad hoc quod pœna ſoluta intra tempus purgandi morã nõ poteſt repeti per ſoluentem. idẽ etiã probat tex. & concor. in. l. ſancimus C. de fideiuſ. iũctis ibi not. Bol.

k *IS cui. Fũdus*. Sed quo modo potuit grauari vltra hereditarias vires: immo etiã quartã debet habere? Reſpon. quidam libri nõ habẽt totam? & tunc planum eſt. ſi autem habes, dic quòd poſt tẽpus de reſtituendo hereditatem rogauit: ita ꝙ medio tẽpore fructus habuit qui ſufficiunt ad quartam: vt. ſ. de inof. teſt. Papinia. §. vnde ſi quis. & ſecundum primum intellectum dices de fundo hereditario: ſecundum alium de fundo heredis. Acc.

l *Et eam*. ſcilicet totam. quod facere debet hoc caſu: vt inſti. de fideicom. here. §. ſed ſi recuſet.

m *Non habet*. ſcilicet legatarius.

n *Condictione*. ſcilicet indebiti, ſecundum quoſdam. Sed cur datur cõdictio indebiti, cum ipſa reſpiciat ad præteritum. & hic dedit vt quid fieret, id eſt adiret: quare condictio ob cauſam deberet dari: quod ſatis admitto vt hic de ea loquatur: vt arg. ſ. de cõdic. ob tur. cauſam. l. j. §. j. & . l. ij. Vel dicas, imo datur indebiti: quia iam putabat ſe fuiſſe obſtrictum. Item opponitur: quia videtur quòd nulla actio datur ad reperendum, licet coactus adiit: vt infra de condit. & demon. qui heredi. §. ſed cum ſuſpectam adiit. quæ eſt contra. Solu. hic de rigore, [d] ibi de æquitate. nam ibi dicit benignius. vel hic decem fuerunt data nomine fundi tantum: ibi autem nomine hereditatis. legatum autem hic factum eſt indebitum: & per conſequens quod pro eo erat dandum: hereditas autẽ non ideo fit indebita: ſed tunc magis compellitur reſtituere: & ideo quod pro ea datum eſt, non eſt factum indebitum, ſecũdum R. & Io. Vel dic quòd hic à fideicommiſſario vniuerſali repetit: ibi à quodam legatario ſingulari. Accurſius.

E

d] Iſta nõ tenetur cũ ſequẽti, ſecũdũ Bar. Bar. & P.

o *QVi ob rem ſoluerit*. in procuratore vel fideiuſſore qui aliquẽ ſiſti iudicio promiſit, & iudicatũ ſolui, loquitur: quæ ſtipulatio tres habet clauſulas: vt. ĵ. iud. ſol. l. iudicatũ ſolui. vt poſt ſolutionem nõ repetat vt hic: ſed ante bene poſſet purgare morã: vt. ĵ. iud. ſol. l. iij. §. fi. & . ſ. ſi quis cau. & ſi poſt tres. Accur.

e] Plinius ꝑ lance accipit lib. 33 ca. 11. vide Alcia. lib. 8. parer. ca. 16.

p *SEruus. Magidem*. [e] id eſt tabularium, vel ſcacherium.

Aiebat.

a *Aiebat*.ſcilicet magidem.
b *Furti*.ſicut qui ſciens non debitum accepit : vt infra de condi· furti.l.quoniam.Vel dic vt ibi.
c *Obligaſſe*.pro magide.
d *Furti cauſa*.id eſt rei furtiuæ.

aliter ſe redditurū aiebat, [a] quā ſi pecuniā accepiſſet. accepit à ſeruulo,& reddidit magidē.Quæſitū eſt an pecunia ab eo repeti poſſit.Reſpōdit,ſi is qui pignori accepiſſet,magidē alienā ſciſſet* apud ſe pignori deponi,furti [b] eū ſe obligaſſe. [c] Ideóque ſi pecuniā à ſeruulo accepiſſet redimēdi furti cauſa, [d] poſſe repeti. [e] ſed ſi neſciſſet alienū [f] apud ſe deponi,nō eſſe furē. [f] Itē ſi pecunia eius nomine à quo pignus acceperat,à ſeruo ei ſoluta eſſet,nō poſſe ab eo repeti. [g]

B

Pretiū ſolutū ex cauſa emptionis inualidæ, repetitur. Bartolus.

XXXVII. IVLIANVS *libro tertio ad Vrſeium Ferocem*.

SEruum meū inſciens à te emi, pecuniámque tibi ſolui. eam me à te repetiturum , & eo nomine [h] condictionem mihi eſſe omnimodo puto , ſiue ſciſſes meum eſſe,ſiue ignoraſſes. [i]

C

Re & tama difficilis eſt hæc lex, ſicut alia in toto corpore iuris: & h.d. Inter duos fratres qui ſunt in eiuſdē poteſtate , & inter patrē & filiū,ſola obligatio naturalis con-

e *Repeti*. condic . ſcilicet ob turpem cauſam: vt.ſ̃. de condic. ob tur. cau.l.idē.§.fi. Sed quid ad hunc titulū? Reſpō. quia indebita eſt.
f *Furem*.magidis.
*Flo.ſcit. g *Repeti*. hoc intelligo ſi voluntate domini ſoluta eſt,vel ſi poſtea ratum habet : vel cū bona fide accepit, & conſumpſit. Sed ſi extaret, ſalienam. & non eſſet ſoluta domini voluntate, vel eo ratum habente, vindicaretur.
h *SEruum. Eo nomine*. id eſt ob repetendam pecuniam.
i *Ignoraſſes* . quia non valet contractus:vt infra de contrahēda emptione.l.ſiue rei. &.l. ſi in emptione.§. rei ſuæ. Accurſius.

FRater à fratre.] CASVS. Primo nota tria circa hanc. l. quòd filius mutuando pecuniam paternā fratri eidémq; filiofa.patris voluntate,vel non,nō refert,ſemper adquirit naturalem obligationem patri,ſecundū iura iſta. Aliud eſt, quia quotiens debitor ſuccedit creditori, quòd extinguitur obligatio.Tertium eſt,quòd debitum filij, eſt onus peculiare:quia pertinet ad peculium:& ex peculio erit ſoluendum. his præſuppoſitis,dic caſum.Paterfa. habebat duos filios,Titium & Mæuiū.Titius à Mæuio.x. accepit mutuo : & ita erat patri naturaliter obligatus per Mæuiū tradentem.deceſſit pater vtroque herede inſtituto.omnia bona paterna & peculiaria inter ſe diuiſerūt:& diuiſione facta.x.ſoluit Titius Mæuio: vult ea repetere. D an poſſit, quæritur. Et dicit quòd debet Mæuius reſtituere medietatem qua non extat heres. nam pro medietate qua extat heres Titius extincta fuit obligatio.aliam medietatem,id eſt alia.v. condicet,ſi tantum peruenit ad Mæuium de peculio Titij quantum fuit medietas debiti,id eſt.v.& hoc tribus rationibus.Prima eſt,quòd ad quem deuenit peculium,debet deuenire onus peculiare:puta debitum. vnde ſi totum peculium Titio fuiſſet prælegatum:de illo peculio eſſet ſatisfaciendum Mæuio.quod ergo ad Mæuium peruenit de peculio,in debitum erit computādum. Secunda ratio eſt,per id ſcilicet quod peruenit ad Mæuium de peculio extinguitur debitum. Quid ſi Titius tantum debet extraneo:& cum conueniretur,tantum de ſuo ſolueret: nunquid poſſet tantum deducere de peculio per iudicium fami. erci? Dicitur quòd ſic.Tertia ratio eſt,quòd ſi tantum debuit extraneo antequam tamen exigeretur peculium,omnino diuiſerūt: poterit deducere id in quo eſt alij obligatus. certe poteſt. ergo ex quo ita E eſt quòd ſi extraneo deberet,de peculio eſſet ſoluendum,& à fratre eſſet indemnis conſeruandus:multo fortius aduerſus ſeipſum indemnem conſeruare debet. [QVÆSITVM.] Habebam filium in poteſtate qui peculium habebat. x. ei mutuaui. deinde emancipatus. x. mihi ſoluit.an poſſit repetete? Dicit quòd ſi peculium filij mihi penes me non remanſit,nō repetet:quia naturaliter fuit mihi obligatus exiſtēs in mea poteſtate. vnde licet poſtea ſoluat, non repetet.& hoc probat per quoddam argumentū: quia ſi ego à creditoribus filij mei intra annum fuerim conuentus de peculio poſt emancipationem,nonne primitus potui deducere quod mihi debebat:& ſic ſi quid fuerit reſiduum in peculio,hoc ſoluere creditoribus?certe ſic. vnde videtur quòd naturaliter fuit mihi obligatus:& poſt emancipationem ſolutum non repetet. Sed pone:filius exiſtēs in poteſtate mea mihi mutuauit: deinde emācipaui,& ſolui:nunquid repetam?Certe non:quia hic naturaliter

A remāſit obligatio,ſicut in ſuperiori caſu.& hoc probat per idem: quia ſi creditor filij intra annum patrem conueniat de peculio: & dicat pater accipiatis pecuniam & inter vos diuidatis , vt liberetur id quod filius debebat ei offerre:ſi quidem poſt emancipationem durauit hæc naturalis obligatio , ceſſat repetitio. [EADEMQVE ERVNT.]

trahitur, quæ per fratrē mutuātē patri adquiritur. Itē cum debitor creditori ſuccedit,pro quota obligatio extinguitur. Itē huius obligationis onus peculiū reſpicit : & quatenus de eo peruenit ad creditorē, obligatio tollitur. Itē ſolutū inquātū erat obligatio extincta repetitur reſiduū nō,naturali obligatione impediēte.h.d.Diuiditur in duas partes principales. Primo quādo mutuū eſt contractū inter duos fratres.Secundo quando eſt cōtractū inter patrē & filiū. Secūda ibi quæſitū.Itē prima pars ſubdiuiditur per gloſ.in ſex partes. ꝙ dic vt in glo.eo excepto,ꝙ vbi dicit tria eſſe argumēta ad rationē, nō intelligas ad rationē poſitā in text.ſed ad rationē ſubauditā.partes ſunt manifeſtæ.Itē ſecūda pars ſubdiuiditur:nam primo loquitur quādo pater credidit filio:ſecūdo quādo ecōuerſo. Secūda ibi ecōtra ſi pater. quælibet iſtarū poſſet recipere diuiſionem:ſed quia claræ ſunt,ideo omitto.Bartolus.

FRater [k] à fratre, [l] cum in eiuſ-

XXXVIII. AFRICANVS *lib. 9. Quæſt.*

Filius mutuauit patri in poteſtate ſua exiſtēs ipſo emancipato deceſſit pater, & extraneum inſtituit heredem : & filium exheredauit: extraneus filio ſoluit,an repetere poſſit , quæritur.Et dicitur quod nō: quia naturaliter fuit obligatus,& hæc naturalis obligatio trāſiuit in extraneum : vt infra ad Treb.ſi eius.in prin. Viuianus.
k *Frater*. Mæuius à Titio fratre ſuo accepit mutuum.Accurſius.
l *A fratre*.In ſex partes diuide vſque ad.§.quæſitum.Thema, quæſtio reſponſio,reſponſionis ratio, tria argumēta ad rationem item concluſio. & ſic literam diuides.Item nota ꝙ quinque modis poteſt filiuſ famil. habere pecuniā nā poteſt habere pecuniam patris,item profectitiam, item caſtrenſis peculij,itē quaſi caſtrēſis,item aduētitiam. Et in his omnibus poteſt intelligi hæc lex, ſi nomine patris fuiſſet mutuata.nam ſoli patri fuiſſet quæſita , & ſine ſcrupulo eſſet.ſi autem ponas(quod eſt melius) quòd ſuo nomine mutuet,non habet locum hæc lex in caſtrenſi vel quaſi : cum in his naturaliter & ciuiliter & cum effectu frater debitor fratri alteri teneatur:vt. j̃. ad Maced.l.ij. hodie autem iure Codicis idem in aduentitia:vt.C.de bo.quæ lib.l.cum oportet. §. j. Et ſic hodie tantum in pecunia patris vel profectitij peculij loquitur D hæc lex.Dic ergo pecuniam mutuatus.ſ. paternam, & voluntate vel etiam ſine voluntate patris datam , conſumptam tamen:aliàs non naſceretur naturalis obligatio. Idem ſi peculiarē & de profectitio peculio,vel etiam aduentitio ſecūdum tempora huius legis. Nam & tunc dico naturalem obligationem filio & patri per filium,& tandem filio vt heredi quæſitam.& ſic [a] duæ naturales ab initio naſcūtur,& media vtriuſque naturalis tollitur , propter hoc quia ſucceſſit frater debitor patri.& hoc probat cū duæ naſcuntur &c.cum enim peculium fratris creditoris patrem reſpiciat:vt dicatur patris,non ſolum filij : & obligationes peculiares pertineant ad patrem,vt ei quærantur, non ſolum filio : ideoque ſicuti ſi patri viuenti ſoluiſſet, in totum liberaretur : quaſi in hac parte duo rei credendi eſſe videantur : & potentior videatur pater ratione patriæ poteſtatis: ita ſi ei extitit heres , & pro ea parte confunditur obligatio vtraque.ſ.patris & filij.ſed ſi patri eſſet ſoluta,ipſe teneretur conreo act.neg. geſt. ad communicandum. E ergo hic pater tenetur fratri creditori : ergo & filius debitor tenetur,eo quòd heres. Quare ergo non impedit hic repetitionem pro rata? [b] Reſpon.quia obligatio ipſius patris potior eſt quo ad effectum : cum occaſione profectitij peculij vel aduentitij , vel ratione aduentitij proueniens obligatio ipſius patris ſit vere : vt inſtitu.per quas perſo. no. adquir. §.igitur. & ibi not. Eſt & alia ratio, [c] quia commune eſt peculium fratris creditoris.idem in peculio fratris debitoris:quia cum ſuo onere confertur : cum hæc ſicut alia conferatur & communicetur . ergo & peculiaris obligatio confertur. conferri autem aliter non poteſt , niſi vt liberetur:quia pro ea parte qua ſucceſſit pater , confunditur obligatio. Item quòd filio ſit quæſita & patri , probatur infra eodem . ſi id quod.&.j̃.de pecu.ſed ſi damnum. §. peculium. &. l. nec ſeruus. ſi enim dicitur dominus detrahere quod debetur ſeruis ſuis : ergo eis naturalis obligatio eſt quæſita.Videtur tamen cōtra quod dicitur infra de adquiren. hered . placet . Sed illud in ciuili ad-

Filiusfamil. quinque modis pecuniā habere poteſt.

a] Nō tenetur, ſecundū Bar Bal.Alb. Iul.g & Ale. niſi dicas remanere naturalem efficacē penes fratrē maiorem ratione nudæ adminiſtrationis ex mēte la.
b] Iſtam videtur tenere Bart . & Bal.
c] Iſta eſt vera, tenendo opinionem gl.ſecūdum. prædic.

quiſitione eſt intelligendum, quæ fit ſolo animo: vt in hered.bo. poſ.& Trebel.reſtitutione: licet lex illa generaliter loqui videatur, ſecundum Azo. Item quæro, cum hi duo erant in poteſtate patris, an ſicut patri quæritur obligatio naturalis ex perſona dantis mutuum, ita & econtra teneatur ei naturaliter ex perſona accipientis. Si dicas [a] neque patrē teneri eo nomine, neque ei quęſitā: ſtare nō poteſt: quia ſecundū hoc, ideo quia frater debitor patri extitit non tolleretur obligatio: immo ſecūdum omnes ideo tollitur qa pro parte debitor heres extitit, quaſi creditori. alia enim ratio eſſe nō poteſt. Quid ergo dices? Videt quòd teneatur. ſicut enim ſi hic filius ſe extraneo ciuiliter & naturaliter obligaſſet, pater ciuiliter & naturaliter teneretur: ita hic quando ſe naturaliter obligauit, & pater debet teneri ex eius perſona naturaliter. & hoc dicunt quidam, vt Hug.[b] Sed Azo dicit quòd non tenetur pater ex perſona filij debitoris. nec obſtat quod dixi: nā ſi ciuiliter & naturaliter filius ſe extraneo obliget, non ideo pater tenetur ex eius perſona, niſi ciuiliter: [c] ſed illa ciuilis habet effectum naturalis: quia cum effectu tenetur: & ſic hæc ratio retorquetur in eos. & pro eo argumentum eſt, quod de ſeruis dicitur. nam ſi ſerui mei inuicem ſibi credant, & conuenior de peculio eius qui accepit pecuniam: deduco quod alteri ſeruo debetur: vt infra de pe.ſi ſeruus meus.§.ſed quid ſi non mihi.&.l.ſed ſi dānum.§.peculium. Sed ſi ego pariter tenerer ex perſona eius qui accepit: ego nihil deducerem. nam id quod deberem ex perſona alterius ſerui, in peculio computaretur dantis mutuū: vt.ꝟ.de pecu.l.quam Tuberonis.§.ſed id.& ſic cum haberetur ꝓ ſoluto, [d] ſi conueniretur ex perſona eius qui debet, non ſibi ſcilicet ſeruo, & ſic nec mihi domino debetur, non ergo deducere, quod aperte falſum eſt me nō deducere poſſe: tamen rñ. contra eſſe: quia ſi debeam pecuniam, cōputabitur in peculio eius cui deberetur, ſi ex eius perſona cōueniar. & ita adhuc apparet me teneri naturaliter pro eo qui debet. ſed certe non computatur ad hoc ꝙ ego debeā: ſed quia debet ei conſeruus: vt.l.quā Tuberonis.in fi. vt tunc demum cum fuit ſolutum, augeat peculium. Præterea [e] manifeſtior eſt ratio in delictis: vt.ꝟ.de pec.leg.id quod.§ ſi conſeruum. Item probantur hæc in.l.iſta.ſi enim pater eſſet debitor & creditor, ergo vterque filius alteri adinuicē eſſet debitor in. v. & creditor in aliis.v. ergo quicquid ſolueretur, repeteretur quaſi cōpenſatione facta, ſecundum Azo. & ſic ſola ſucceſſio hic operaretur, ſed peculium non: quod eſt contra.l.iſtam. Eſt & alia potior ratio: quia cum deſcendit obligatio directò à patre in filium, vt quia pater pro filio promittit alteri filio, patri non quæritur: & ipſe naturaliter obligatur. ſed ſi per obliquum, vt fuit hic, per alterum filium quæritur patri: ſed fideiuſſor datus à patre filio, per obliquū deſcendit in filium: & ideo patri acquiritur. ſed quia pro eodem apud eundem teneri non poteſt, ideo dicit lex fideiuſſorem non teneri: vt infra de fideiuſ.ſi quis pro eo.in princ. ergo & hic, cū ſimiliter per obliquum deſcendat: & ita inueniretur pater obligatus, & ſibiipſi non debet dici obligatus. Nunquid ergo poteſt pater filio obligari naturaliter? Videtur quòd non, propter eandem abſurditatem: quia ſi ſibi quæritur, inueniretur ſibiipſi obligatus. Sed rñ. [f] imò obligatur: vt infra eo.§. quæſitum. Sed quæ eſt ratio quare directò obligatur, non per obliquum? Reſpon. quia obligatio quæ venit à patre, quæritur filio: & ſic nōn patri. ea vero quę aliunde prouenit: non ei filio, ſed patri per eum ſolet acquiri.

a] Reprobatur ſecūdum B.B.P.Ale.& Iaſ.

[+] Affirmatiuam hāc lectionem hic tuetur Cuiaci' rectè cōtra inanes & falſas Hotomani rationes, & à iuris diſciplina alienas.

b] Et male, ſecundū communiter ſcriben.hic.

c] Immo ciuiliter & naturaliter: cū peculiū cōcedēdo etiā in obligationes peculiares conſenſiſſe videatur l qui peculij infra de pœnis. Ratio igitur vera eſt, quia nō debet quis ſibiipſi eſſe obligat' obſtāte regula perplexitatis. l. ſi Titi' ꝟ de verb.oblig.Zaſ.

d] Imò non habetur pro ſoluto. Pau.

e] Iſta ratio eſt nimis à remotis: ideo tene primam ſecundum Bar. P. Ale.& Ia.

f] Et bene, & ē melior de toto corpore iuris, ſecundū Sal. & Iaſ.

dem poteſtate eſſent, pecuniam mutuatus, [a] poſt mortē [b] patris ei ſoluit. [c] quæſitum eſt an repetere poſſit. reſpondit, vtique quidē pro ea parte qua ipſe [d] patri heres extitiſſet, repetiturum, [+] pro ea verò qua frater heres extiterit, ita repetiturum, ſi non minus [e] ex peculio ſuo ad fratrem [f] perueniſſet. [g] naturalem enim obligationem quæ fuiſſet, [h] hoc ipſo ſublatam videri, quod peculij partem frater ſit conſecutus: [i] adeo [k] vt ſi prælegatum filio eidemque debitori id fuiſſet deductio huius debiti [l] à fratre ex eo fieret. idque [m] maximè conſequens eſſe ei ſententiæ quam Iulianus probaret, ſi extraneo [n] quid debuiſſet, & ab eo [o] poſt mortem patris exactum [p] eſſet, tantum iudicio eum familiæ erciſcundæ [q] recuperaturum à coheredibus fuiſ-

ea. nam ſi dimidia peculij, quæ eſt.v. perueniat ad fratrem creditorem, non ideo tollitur obligatio quæ eſt in.x. ſed in.v. tantum: vt ſtatim dices. Sed ſi nihil de peculio debitoris ad fratrem creditorem peruenit, vel non tantum, an poſſit agere aliqua actione? Reſpon. non: cum tantum naturalis obligatio ibi intercedat, ex qua non oritur actio: vt.C.de pact.l.legem. vt ſtatim dices.

f *Ad fratrem*. creditorem. Accurſius.

g *Perueniſſet*. nę, quæ prouenit ex dimidia. Accurſius.

h *Fuiſſet*. patri quæſita. ac per hoc ei credidit pro hereditaria parte ſublata. Et not. naturalem tantum obligationē eſſe inter fratres, & inter patrē & filiū eſſe quæſitam.

Obligatio naturalis tātū inter fratres cōſiſtit.

i *Conſecutus*. hoc quidā intellexerunt vt licet medietatem peculij debitoris, quæ pluris eſt quàm debitum, frater creditor iure hereditario conſequatur, tamen nihilominus ad debitum duret obligatio: niſi de alia medietate quæ debitorem fratrem contingit, frater creditor tantum conſequatur, quātum facit debitum. alteram enim partē peculij non à fratre, ſed à patre vt heredem hunc fratrem habere dicunt: quod Io. omnino inficiatur. nam quod debet hic filius, onus peculij eſt: & peculium ſicut lepra ſemper comitatur. vnde cum peculij pars ad fratrem perueniat, & onus quod peculij partem conſequitur, ad eum ſpectat, vt ſibiipſi ſoluat, ſicut aliàs ſi extraneo deberetur: vt infra de pecu.ſi quis ſeruum. in princ. ergo quaſi ſolutum ſit ei, tollitur obligatio. Et hoc oſtendo apertius: Pone.x. ſunt in peculio filij mei, qui debet tibi. x. ex his quæ ſunt in peculio, dono tibi. v. nonne modo tibi ſublata eſt actio de pecu. pro parte? Reſpon. vtique, cum non in plus quàm ſit in peculio, pater teneatur: vt infra de lib.leg. l.ſi quis reum. §. idem Iulia. [g] Ergo & hic extinguet dimidiam obligationis: ſed altera dimidia eſt extincta iure ſucceſſionis. Item nec dicat quis: ſublata eſt obligatio, quia ſucceſſit frater debitor obligatio ergo quæ pro parte remanſit, quaſi vtriuſque fratris peculium non ſpectat: ſed tantum illam partem quæ ad debitorem fratrem peruenit vt ſic ſibi compenſet? Reſpon. quia altera peculij medietas, & altera rerum hereditariarum, quæ apud fratrem debitorem remanſit, pro parte obligationem ſuccedendo ſuſtulit, [h] & his finibus contenta eſt: vnde ad alium pro parte alia ſpectat onus. Item nec intelligas quòd ſi pars dimidia peculij quæ forte eſt. v. ad creditorem perueniat, quod ideo tollatur obligatio quæ eſt pro alia parte in.x. ſed in.v. tantum: vt prius not. in gloſ. quæ incipit, minus. Et ꝓbatur hoc hic, ſcilicet quod eſt in illa gloſ. in verſi. item nec dicat. & ſuperius quod eſt in princ. huius glo. aperte hac ratione quæ ſequitur: quia ſicut quilibet creditor peculiaris qui contraxiſſet cum Mæuio debitore, ageret contra Titium, id eſt fratrem creditorem de toto peculio quod habet: & poſſet omittere Mæuium: ita & hic Mæuius obiicit Titio, vt ſibi videatur ſolutum, ꝓ ſuo debito id quod habet de pecu. Et idem dico vbi Mæuius ſoluit creditoribus ſuis peculiaribus, nam & tunc non repetitur illa pars quam pro ſe videatur ſoluiſſe, ſcilicet pro eo peculio quod habet, ſed ꝓ eo quod habet Titius, & repetit à fratre iudi. famil. erciſ. pecuniam quam ſoluit: arg.ꝟ.de pecu.l.quæſitum.§.j. Item nūquid adempto peculio naturaliter adhuc ſeruus vel filius tenetur? Videtur ꝙ non: quia cū ſit iuris vniuerſitas peculiū, trāſit illa obligatio cū vniuerſitate. ar.ꝟ.e.l.§.j.&.§.ſi non ſortē.§.qui filio. &.ꝟ.aū Maced.l.ante pe. ſecūdū Io. ſed H. contra.ꝟ.eo. ſi id quod dominus.&.§.eo. naturaliter.&.ꝟ.de pecu.nec ſeruus.

g] Dic quòd ille tex. non probat ſecūdum Bar.

h] Imò non ſuccedendo: ſed ratione obuentionis peculij, ſecūdum Ia. hic.

k *Adeo*. videtur ſupereſſe naturalis obligatio in peculio, & ſic poſtea per conſequentiam confunditur, adeo &c. Accurſius.

l *Debiti*. qđ conſiſtit ꝓ ea parte qua frater creditor extitit heres.

m *Idque*. vt debitum iſtud ſit onus peculij.

n *Si extraneo*. probat efficaciſſime naturaliter filium remanere obligatum: & obligationem naturalem ſemper concomitari peculium. vnde pro eo quod peruenit ad fratrem, eſt liberatus.

o *Ab eo*. conuento actione de peculio nomine patris, vt quilibet extraneus heres conueniretur: vt infra de pecu.l.quæſitum.§. ſi ad heredem. niſi dicas ſuo nomine, id eſt quaſi ex ſuo cōtractu. ipſe enim ad hoc ſoluendum etiam directò tenetur. ſed & tunc videtur idem: vt.C.fami.erciſ.l.certum eſt.

p *Exactum*. ita quod non de peculio, ſed aliunde ſolutū eſſet. Io

q *Familiæ erciſcundæ*. cum enim pater fuiſſet obligatus de peculio,

a *Mutuatus*. puta decem.

b *Poſt mortem*. & poſt aditam hereditatem. Sed quid ſi ante? Reſpon. Io.& H. non poſſe repeti: quia tūc totum debitum erat. argu. infra. e. l. ſi. §. pe. & ſupra. e.l. qui ob rem. Sed Azo dicit quòd ſic. nam cum poſtea immiſceat ſe ſoluens, iuſta cauſa ad iniuſtam cauſam deducitur: vt infra ti.j.l.j.§. ſi. tantum enim facit immixtio in ſuo quantum aditio in extraneo. & hæc opinio videtur verior, maxime cum ab ipſa morte finguntur heredes: vt infra de reg. iur.l. omnis. Accurſius.

c *Et ſoluit*. ex propria pecunia.

d *Qua ipſe*. ſcilicet debitor. Accurſius.

e *Si non minus*. vel plus intellige, non ſecundum quotam portionem: licet ſic in hereditate capiatur: vt.C.de nego. geſt. l. ſi ab

UNED

culio heredes obligatos reliquit.& ſi vnus ſoluit,facit negotium coheredis quod pro parte expediri nō potuit:vt.ſ.famil.erciſcū. heredes.§.ſi vnus. ideo autē pro parte gerere non potuit,quia in ſolidū tenebatur:vt.j.de pecu.quæſitū.§.iij.&.l.& ancillarum.

a *Re integra*. id eſt antequam Mæuius aliquid ſoluat à creditoribus peculiaribus cōuentus. Accurſius.

b *Indemnis*.ſcilicet per cautionem.

c *Oportet*. cōcludit.& dic oportet. ſcilicet vt vltra peculium damnū non patiatur. Et nota optimum argumentū, quod in aliorum perſona facio, multo magis in mea:vt plene dixi.ſ. de pact.l. cum in eo. & facit etiā ad hoc quòd debita ſint ſuper pecu.ſ. famil. erciſ.his conſequēter.§.ſi filius. &.C.famil. erciſc. certum eſt.

d *Obligationē*.illud quęritur, ſi pater in emancipatione ademit ei peculium,an remaneat ei naturaliter obligatus? Reſpon.non, ſecundū Ioan.& Azo. vt arg.j. de ſol.ſi quis ſeruo.

e *Argumento*. non eſt neceſſarium argumentum domini Africani, nam mortuo filio nulla ſupereſt obligatio: vt infra ad Macedo.l. antepe.& infra de fideiuſſo.l. qui contra ſenatuſcon.ſed eo emancipato ſupereſt:vt hîc: & tunc vtrobique deducit intra annum pater debitum: vt infra de pec.ſed ſi dam.§.peculium. Vel dic neceſſariū quod ſupereſt in peculium, ex quo nūc oritur obligatio.

f *Deduceret*.antequam ſoluat.

g *Contra*. id eſt econtra. & ſupple, non repetit ſi pater,&c.

h *Debuiſſet*. vt ſolutū non repetatur, quia naturalis obligatio qua tenebatur pater, tranſit in heredem etiā extraneum: vt.j.ad Treb.ſi eius pupilli. in prin.ſi ergo ſoluit,naturalis cauſa inhibet repetitionem.

ſe,quantum ab his creditor actione de peculio conſequi potuiſſet. Igitur & ſi re integra [a] familiæ erciſcundæ agatur, ita peculium diuidi æquum eſſe, vt ad quantitatem eius indemnis [b] à coherede præſtetur. Porrò cum quem aduerſus extraneū defendi oportet, [c] longe magis in eo quod fratri debuiſſet,indemnem eſſe præſtandum. Quæſitum eſt,ſi pater filio crediderit, iſque emancipatus ſoluat, an repetere poſſit. Reſpondit, ſi nihil ex peculio apud patrem remanſerit, non repetiturum. Nam manere naturalē obligatiōnē [d] argumēto [e] eſſe, quòd extraneo agente intra annum de peculio, deduceret [f] pater quod ſibi filius debuiſſet.contra [g] ſi pater quod filio debuiſſet,eidē emācipato ſoluerit, non repetet. nam hic quoq; manere naturalē obligationem, eodē argumento probatur,quòd ſi extraneus intra annum de peculio agat,etiam quod pater ei debuiſſet, computetur.

Eadémq; erunt & ſi extraneus heres exheredato filio ſoluerit id quod ei pater debuiſſet. [h]

Fideiuſſori ſoluenti indebitum, competit repetitio. hoc intellige, quando fideiuſſor ſoluit ſuo nomine:vt infra eo.l.indebitā.Bart.

Legati [i] ſatis accepi: [k] & cum fideiuſſor mihi ſoluiſſet, apparuit indebitum [l] fuiſſe legatum,poſſe cum [m] repetere exiſtimauit.

Si cautio debita in ſoluēdo fuit omiſſa: ſoluenti per condictionem conſulitur.Bartolus.

i *Legati*. ſcilicet nomine, & in diem vel ſub conditione relicti.

k *Accepi*. ego legatarius.

l *Indebitum*. vel propter Falc.vel quia inofficioſum, vel ruptū, vel irritum teſtamentum apparuit. vnde fideiuſſor repetit: vt hîc, & infra vt le.no.ca.l.j.§.ſi quis ſub conditione.

m *Eum*. fideiuſſorem.quod dic vt.j.l.indebitam.

S *I quis*.] CASVS. Teſtator reliquit tibi.x.ſi non aſcenderes Capitolium.heres cum potuit à te cautionem exigere de non aſcendendo, ignorans ſoluit ſine cautione. Dicit iuriſcon.quòd repetere poteſt.Viuianus.

n *Si quis*. Pone caſum in eo cui eſt fideicom.relictū ſub condic. quæ eſt in non faciēdo:vt non aſcendat Capitolium. vnde Mutiana cautio locum habet: vt.j.de condi.& demon.l. Mutianæ. Vel pone in patrono ex debita tantùm parte inſtituto à liberto: & ex ea ſoluit fideicom.vt.j.ad Treb.l.patronus. Vel pone vt in eo.titu.ad Trebel.l.cum hereditas ex fideicom.

o *Quaſi*. improprietatem notat, ſecundum primum & tertium caſum: ſecundum medium, veritatem.Accurſius.

p *Poſſe*. vel ipſam cautionē ſecundum primū & tertium caſum: vt.ſ.de vſufru.earum rerum quæ vſu conſu.l.hoc ſenatus.§.j. & j.ſi cui plus quàm per.l.Falci.l.ij.§.fin. Vel ipſam rem condicet, ff. Vetus.

ſecundum ſecundū caſum: quia deſinit dominus eſſe:alias contra contigit, vt in proprietario, qui tradidit alij rem cauſa vſuſfruct.vt &.ſ.vſufruct.quemad.ca.l.ſi vſusfructus.Accurſius.

Q *Vi exceptionem*.] CASVS. Pręmittit regulā,quę talis eſt,quod tutus exceptione ſoluit,repetit.ſed hoc non eſt generaliter verū, niſi exceptio introducta fuerit in fauorem illius qui côuenitur, vt Vellei. ſe. cō. vnde ſi mulier tuta except. ſoluerit, repetit. cæterū ſi in odium fuerit introducta, vt in Macedoniano, ſoluēs non repetit.Viuia.

q *Qui exceptionem perpetuam*.id eſt generalē.

r *Eius cauſa*. i.fauore.

ſ *De interceſſionibus*. ſcilicet fœminarum.

t *Perperā*.i.per errorē.

u *Pecuniam*.vt infra ad Mace. ſed ſi pater.§.fi. &.l.ſeq. Idem in ſtipulatione per metum extorta, ſed ſpōte ſoluta: vt.C.quod me.cauſa.l. ij.&.ſ. de condict. ob tur.cau.l. ſi ob turpem cauſam. Sed contra.j. de condict.ob cau.qui ſe debere. Solu.vt ibi. Item idem in quadam exceptione quæ iuris rigoris ſeruandi cauſa inducitur:vt rei iudi. [a] vt.j.e. Iulianus.& hoc in perpetuis. Si autem temporalis ſit, ſolutū nō repetitur: ſiue ſit in diem expreſſum, ſiue tacitum: vt.ſ. eo.l. in diē. &.l. nam & maritus.&.l. nam & ſi cum moriar. Sed nonne in cuiuſlibet locū eſt doli exceptio, & hæc odioſa: vt.j. de do. except. l.ij.§.generaliter. & ſic nunquā repetitur? Reſpon.origo except.magis quàm huius impoſitio nominis attenditur:vt arg.j.de dona.l. qui id quod.§.j.Vel dicas quòd exceptio doli ſpecialis de dolo odioſa eſt: generalis autem non.Accurſius.

† Iſta lex docet cognoſcere exceptionē fauorabilem & odioſam: quia debet conſiderari ratio legis: vtrū ſit ratio fauoris vel odij, ſecūdū Bal. hic.

a] Reprobatur ſecundū Bar.quia illa non eſt introducta ob rigorem iuris:ſed intellige de exceptione litis finitæ.

XXXIX. MARCIANVS *libro octauo Inſtitutionum*.

SI quis [n] cum à fideicommiſſario ſibi cauere poterat, non cauerit, quaſi [o] indebitum plus debito eum ſolutum repetere poſſe [p] diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

Tutus exceptione perpetua & fauorabili, ſoluens quocumque errore, repetit.ſecus ſi ſit exceptio odioſa.Bartolus.

XL. IDEM *libro tertio Regularum*.

QVi † exceptionem perpetuam [q] habet, ſolutum per errorem repetere poteſt. ſed hoc non eſt perpetuum. Nam ſi quidem eius cauſa [r] exceptio datur, cum quo agitur, ſolutum repetere poteſt: vt accidit in ſenatuſconſulto de interceſſionibus. [ſ] vbi verò in odium eius cui debetur, exceptio datur, perperam [t] ſolutum non repetitur: veluti ſi filiusfamilias contra Macedonianum mutuam pecuniam [u] acceperit, & paterfamilias factus ſoluerit,non repetit.

Res data poteſt condici vt poſſit pro impenſis retineri.Barto.

Si pars domus quæ in diem [x] per fideicommiſſum relicta eſt,arſerit [y] ante diem fideicommiſſi cedentem, & eam heres ſua impenſa refecerit, deducendam [z] eſſe impenſam ex fideicommiſſo conſtat: & ſi ſine deductione domum tradiderit, poſſe condici [a] incerti, [b] quaſi plus debito dederit.

x *In diē*. incertū.alioquin ſtatim cederet dies:vt.C.de ca.tol.§.j.

y *Arſerit*.ſine culpa heredis:vt.j.de le.j.domus.&.l.ſi modo.& l.quod ſi nulla.Itē bene dicit pars. nam ſi tota arſerit ante diē fideicō.cedentē,& refecta ſit per heredē,deficeret fideicōmiſſum: vt.j.de leg.j.ſi ita legatū.§.fi.&.j. de ver.obli. inter ſtipulantē.§. ſacrā.in fi.§.&.j.de ſol.qui res.§.aream.in fi.&.ſ.de vſufru.ſi cui. &.ſ.qui.mo.vſusfruct.amit.quid tamen.§.j.&.§.pe.Accur.

z *Deducendam*. antequam ſoluat.Accurſius.

a *Cōdici*.ſcilicet poſſeſſionē ipſam.id eſt detentationē:vt ſic pro impenſis retineatur. ſic.j.de impen.l.quod dicitur.§.ſi dos. Sed cōtra.ſ.eo.l.ſi in area.§. ſed & ſi is. Sol.hic exiſtente [b] cōditione legatarius habet dominium ab herede:quia à teſtatore:cum vna perſona videatur:& ideo habet condictionē:vt ar.in auth.de iureiurā.à mo.præſti.§.j.col.v.Vel hic area ædificantis eiuſdē heredis,nō teſtatoris fuit:ibi aliena,eius ſcilicet cui ſoluebatur.& hic prouidere etiā legatario voluit.ſ.nō. Vel certe dici poteſt ꝙ fuit defuncti:non tamē erat legatarij:quia ſub cōditione fuit legatū, vel in diem incertum:vt in prin.notulæ.& ideo interim eſt heredis: vt.j.ad Sylla.l.j.§.ſerui.Azo.quæ idem eſt cum prima.

b] Reprobatur cū ſeq. ideo dic ꝙ in cōtrario nullū negotium fuit geſtum ex quo poſſit intentari cōdictio indebiti: licet fuit negotiū geſtum, ſecūdum Ia.

b *Incerti*. imò indebiti: vt.ſ.eo.l.indebiti.§.j.ſed ibi condicitur poſſeſſio: quod eſt certū:hic retraditio:vt habeat detentationē, non poſſeſſionem,& ſic factum:vt.j.de cu.fu.conſilio.quare nō habet locum indebiti,ſed incerti:vt no.ſ.eo.l.ſed ſi me.§.j.Acc.

a *Operæ*. fabriles. ſcilicet vel artificiales, quarũ repetitur æſtimatio. aliæ enim. ſ. obſequiales,[a] iure naturali debentur: vt. ſ̃. eo. l. ſi nõ ſortẽ. §. libertus. & ideo nõ vidẽtur poſſe remitti: vt. j̃. ſo. ma. alia. §. ſi paciſcatur. Sed arg. contra. j̃. de ſol. Stichum. §. naturalis.

a] Has non dici iuriſcõſultis operas, annotauim⁹ in l. ſi non ſortem §. libertus. ſ̃. eo.

b Q*Vod pupillus. Tutoris*. alterius, cum duos haberet.

c *Natura*. vt. j̃. de actio. & ob. l. pupillus. & infra de acquir. here. l. more noſtro. & inſtit. qui. ali. li. vel nõ. §. nunc admonẽdi. Sed contra infra de noua. l. j. in fin. vbi dicit eum naturaliter teneri. Sol. dic quòd hîc obligauit ſe ipſi tutori: vt arg. infra de act. tu. l. pupillus. vel de infante hic dicit.

* Confer cũ l. qui operas. de præſcrip. ver.

P*Oenæ*.] CASVS. In vſuris promiſi tibi vltra legitimũ modũ. ſi petatur, obſtat exceptio. ſolutæ tamen nõ repetuntur. Vel pone: Conueni te: abſentaſti te. condemnatus es in expenſis: & ſoluiſti. an repetere poſſis, quæritur. Et dicitur quòd non. Viuianus.

d *Repeti*. vt. j̃. de ſol. id quod pœnæ. & de reg. iur. l. quod à quoquã. etiam ſi poſſit debitor retinere antequam ſoluat: quia poſſit purgari mora: & pœna euitari: vt. ſ̃. e. l. qui ob rẽ. Vel dic, pœnæ, id eſt vſuræ: vt. ſ̃. eo. l. ſi non ſortẽ. in prin. Vel pone vt. C. de fideiuſ. l. ſancimus. Item quod dicit, non repeti, ſcilicet ab eo cui ſoluit: nec etiã ab alio, ſi propter ſuum factũ ſoluit: vt. ſ̃. de procu. qui proprio. §. pœnam. Accurſius.

e S*I quis iuraſſet*. ex delatione actoris. ſi enim nõ eſſet delatum, ſecus. ſibi enim, &c. vt. ſ̃. de iureiur. l. iij. j. reſpon. Accur.

f *Pecuniam*. poſt hoc iuramentũ præſtitũ: & dic, ſolutã, per errorẽ.

**Per pactum tollitur obligatio operarum, quæ poſtea ſolutæ repetentur. Bartolus.**

Si pactus * fuerit patronus cum liberto ne operæ [a] ab eo petantur, quicquid poſtea ſolutum fuerit à liberto, repeti poteſt.

**Pupillus infans vel cum tutore contrahens, etiam naturaliter nõ tenetur. Bartolus.**

XLI. NERAITVS *libro ſexto Membranarum*.

QVod pupillus ſine tutoris [b] auctoritate ſtipulãti promiſerit, ſoluerit, repetitio eſt: quia nec natura [c] debet.

XLII. VLPIANVS *libro ſexageſimooctauo ad Edictum*.

POenæ nõ ſolent repeti [d] cum depenſæ ſunt.

**Tutus exceptione iuriſiurandi, per errorem ſoluens repetit. Bart.**

XLIII. PAVLVS *libro tertio ad Plautium*.

SI quis iuraſſet [e] ſe dare non oportere, ab omni cõtentione diſcedetur: atque ita ſolutã pecuniam [f] repeti poſſe, dicendũ eſt.[g]

**An ſit debitum, inſpicitur ex perſona eius cui ſoluitur. Bart.**

XLIIII. IDEM *libro quartodecimo ad Plautium*.

REpetitio nulla eſt ab eo qui ſuum recepit, tametſi ab alio quàm vero debitore ſolutũ eſt.[h]

**Qui ex hereditate ſibi debitum non deducit, repetit. Barto.**

XLV. IAVOLENVS *libro ſecundo ex Plautio*.

SI is qui hereditatem vendidit, & emptori tradidit, id quod ſibi mortuus debuerat, non retinuit, repetere [i] poterit: quia plus debito ſolutum, per condictionem rectè recipietur.

g *Dicendum eſt*. quia per iuſiurandum ſublata eſt naturalis obligatio: vt infra de ſolu. l. Stichum. §. naturalis. & ſupra de iureiurand. l. finali.

R*Epetitio*.] CASVS. Debebam tibi decem. ea ſoluit Titius nomine meo. vult repetere. an poſſit, quęritur. Et dicitur quòd non. ratio eſt, cum id quod ſolutum fuerit, debeatur. Viuianus.

h *Solutum eſt*. hoc ſi nomine debentis ſoluatur. ſecus ſi ſuo proprio: vt ſupra eod. l. ſi pœnæ. §. quamuis. in fin. & C. eo. l. ſi à patre. quæ eſt contra. qui tamen nomine debentis heredis ſoluit, de hereditate deducit: vt. C. de petit. hered. l. de hereditate. & facit ad hanc. l. infra de noua. ſi quis delegauerit. & infra de dol. except. pure §. ſi eum. Accurſius.

S*I is qui*.] CASVS. Debebas mihi. x. deceſſiſti me herede inſtituto. vendidi Titio hered. & tradidi. illa. x. quæ mihi debebantur ex here. non retinui. dicit quòd plus debito ſoluiſſe videor: vnde illa. x. repeto. Viuianus.

i *Repetere*. vt infra de hered. vel act. vend. l. ij. §. fin. & §. penultimo. Accurſius.

Q*Vi heredis*.] CASVS. Deceſſit aliquis me herede inſtituto. credidit aliquis vt procurator aliqua legata à me præſtanda: & de pecunia mea illa ſoluit. quæritur quis iſta legata repetet? Et dicitur quòd ego heres: non qui ſoluit. plus etiam dicit, quòd etiam potero vindicare, ſi extant. Viuianus.

k *Qui heredis nomine*. vt procurator. Accurſius.

l *Non poteſt*. ſcilicet heres ſi ratum habeat: vt ſupra eo. l. ſi procurator. Et hoc ſi conſumpti ſunt. Accurſius.

XLVI. IDEM *libro quarto ex Plautio*.

QVi heredis nomine [k] legata non debita ex nummis ipſius heredis ſoluit, ipſe quidem repetere non poteſt: [l] ſed ſi ignorante herede nummos eius tradidit, dominus, ait, eos recte vindicabit. Eadem cauſa rerum corporalium [m] eſt.

**Iſta eſt lex valde notabilis. Si fideiuſſor ſoluat indebitũ, debitori competit repetitio, ſi eius nomine eſt ſolutum: vel fideiuſſori, ſi ſuo proprio nomine ſoluerit. Bar.**

XLVII. CELSVS *libro ſexto Digeſtorum*.

INdebitam pecuniam per errorem promiſiſti: eam qui pro te fideiuſſerat ſoluit. Ego exiſtimo, ſi nomine tuo ſoluerit fideiuſſor: te fideiuſſori, [n] ſtipulatorem [o] tibi obligatum fore. nec expectãdum eſt vt ratum habeas: [p] quoniam † potes videri id ipſum [q] mandaſſe, vt tuo [r] nomine ſolueretur. Sin autem fideiuſſor ſuo nomine ſoluerit [ſ] quod non debebat, ipſum à ſtipulatore repetere poſſe, [t] quoniam indebitam iure gentium pecuniã ſoluit. quo minus autem conſequi poterit ab eo cui ſoluit, à te mandati iudicio conſecuturum: ſi modò per ignorantiam [u] petentem exceptione non ſummouerit.

**Inter ſi & cum, non eſt differentia. Bartolus.**

XLVIII. IDEM *libro ſexto Digeſtorum*.

QVi promiſit, ſi aliquid [x] à ſe [y] factum ſit, vel cum aliquid factum ſit, dare ſe decem: ſi prius quàm id factum fuerit, quod

m *Corporalium*. id eſt ſpecierum. nam nummi de quibus dixi, non ſunt ſpecies, ſed quantitas, ſecundum Io. Vel ſubaudi. ſcilicet aliarũ. nam & nũmi res ſunt corporales: vt inſtitu. de re. corpo. & incorpo. Accurſius.

I*Ndebitam*.] CASVS. Credebã me tibi pecuniam debere, cum non debebam: illam promiſi tibi nudo pacto, vel ſtipulatione. dedi tibi fideiuſſorem Titiũ. Titius illam pecuniã tibi ſoluit. quæritur quis repetet. Reſpon. ſi nomine meo ſoluerit, ego ei, & tu mihi eris obligatus, & ego repetã. Cęterùm ſi ſuo nomine ſoluerit, repetet. Sed pone ꝙ ille cui ſoluit, factus eſt non ſoluendo pro parte. Dicit quòd ſi ignorans ſoluit, quòd hoc quod ab eo non poteſt conſequi, conſequetur a me actione mandati. Viuianus.

† No. ꝙ illi qui habet mandatum vt ſe obliget, videtur etiã mandatum q̃d ſoluat, quia obligatio ordinatur ad ſolutionẽ tãquã ad ſuũ finẽ. & facit. ſ̃. de vſufruc. earũ rerum quæ vſu conſu. l. tribui. vbi eſt mirablis caſus ſecũdum Bal. hic.

n *Fideiuſſori*. actione mandati.

o *Stipulatorem*. condictione indebiti.

p *Habeas*. Argu. contra. infra de acquir. hered. l. ſi quis alicui. in fine. Accurſius.

q *Videri idipſum*. Not. cum quid mando, & ea quæ ex eo ſequuntur videntur mandata. ſic &. ſ̃. eod. l. ſi procurator. §. j. & ſ̃. de procur. l. qui procuratorem. & j̃. de inſtit. ſed & ſi pupillus. §. ſed & ſi quis nolit. ſic & in prohibitione, vt cum quid prohibetur, & omne id prohiberi videtur per quod peruenitur ad illud: vt. j̃. de ſpon. l. oratio. Sed contra eſt. j̃. de ope. nou. nun. l. cum procurator. §. fin. & de ſucceſ. edic. l. j. §. vnuſquiſq;. & de bo. poſ. l. tutor. Azo.

r *Tuo nomine*. hoc exprimendo in ſolutione, forte quia putat ſe ſuo nomine eſſe obligatũ. & ſic ſi eſſet debitum, non liberaretur ipſo iure debitor: ſed per exceptionem: vt. j̃. man. l. Papinianus.

ſ *Soluerit*. & hoc caſu loquitur ſupra eo. frater. in fine.

t *Repetere poſſe*. Sed contra. j̃. eod. l. fina. §. Titius. Solu. vt ibi.

u *Per ignorantiam*. vt infra manda. l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. & l. ſi fideiuſſor. in princ. Accurſius.

x Q*Vi promiſit, ſi aliquid*. puta, ſi in Capitolium aſcẽdero ego ſtipulator. & quod dicit nõ videbitur feciſſe. id eſt non videtur ſoluiſſe quod promiſit. & ideo repetit, quia ſufficit ad cauſam indebiti, &c. vt. j̃. eo. l. ſufficit. Et not. inter hæc verba, ſi & cum, non eſſe vim: quia vtrumq; facit conditionẽ: vt hîc, &. j̃. de verb. obl. l. huiuſmodi. in fi. & l. quodcunq;. §. nõ ſolũ. & ideo poteſt repeti quod interim ſoluitur: vt hîc, & ſ̃. e. l. ſub cõditione. quandoque tamen refert: vt ibi, ſi volueris, & cum volueris. nam prima inutilis, ſecunda vtilis eſt: vt. j̃. de verb. oblig. l. centeſimis. §. fin. & de leg. iij. fideicommiſſa. §. ſic fideicommiſſum.

y *A ſe*. ſcilicet ſtipulatore.

*Dederit*.

promiſit dederit,[a] non videbitur feciſſe quod promiſit: atque ideo repetere poteſt.

Hæc condictio eſt perſonalis: ideo datur contra eũ cui ſoluitur: nec eſt in rem ſcripta: ideo non datur contra eum cui ſolutio proficit. Bartolus.

XLIX. MODESTINVS *libro tertio Regularum.*

His ſolis pecunia condicitur, quibus quoquo modo[b] ſoluta eſt, non quibus proficit.[c]

Soluens ſcienter indebitum, nõ repetit. Bartolus.

L. POMPONIVS *libro quinto ad Quintum Mucium.*

Qvod quis ſciens indebitum dedit hac mẽte,[d] vt poſtea repeteret, repetere non poteſt.*

Qui habet ſolam retentionem, ſoluens non repetit. Bartolus.

LI. IDEM *libro ſexto ad Quintum Mucium.*

Ex quibus cauſis retentionem quidem[e] habemus, petitionem autẽ non habemus: ea ſi ſoluerimus, repetere non poſſumus.

Datum ob cauſam de pręterito non obligatoriam, non repetitur: datũ verò ob cauſam de futuro, cauſa non ſecuta repetitur. Bart.

LII. IDEM *libro vicenſimoſeptimo ad Quintum Mucium.*

Damus† aut ob cauſam, aut ob rem. Ob cauſam, præteritam:[f] veluti cum ideo do, quòd aliquid à te conſecutus ſum: vel quia aliquid à te factum eſt: vt etiã ſi falſa cauſa ſit, repetitio eius pecunię[g] non ſit. Ob rẽ verò datur, vt aliquid ſequatur: quo non ſequente[h] repetitio competit.

Iſta lex fortis eſt. Solutũ indebite, ſi non eſt tranſlatũ dominium, vindicatur à domino. ſi eſt trãſlatum, condicitur ab eo immediate ad quẽ in veritate ſpectat, vt euitetur circuitus. Bartolus.

B

LIII. PROCVLVS *libro ſeptimo Epiſtularum.*

Dominus teſtamẽto[i] ſeruo[k] ſuo libertatem dedit ſi decẽ det. ſeruo ignorante id teſtamentum non valere, data ſunt mihi[l] decem. quæritur quis repetere poteſt. Proculus reſpõdit: Si ipſe ſeruus peculiares nummos dedit, cum ei à domino[m] id permiſſum non eſſet, manent nummi domini: eóſque non per condictionem,

C

ſed in rem actione petere debet.[n] Si autem alius rogatu ſerui ſuos nummos dedit, facti ſunt mei:[o]* eóſque dominus ſerui cuius nomine dati ſunt, per condictionem petere poteſt.[p] Sed tam benignius, quàm vtilius eſt, recta via ipſum qui nummos dedit, ſuum recipere.

Iſta lex eſt ſumma quaſi totius materiæ: & ponit ſummarium in toto titulo. Bartolus.

LIIII. PAPINIANVS *libro ſecundo Quæſtionum.*

D

Ex his omnibus cauſis quæ iure nõ valuerunt,[q] vel nõ ha-

a *Dederit*. putans ſe teneri, aliàs non repetet, ſi ſciens eſſet: vt ſupra eo. l. j. & infra de reg. iur. l. cuius.

b *His ſolis. Quoquo modo*. vel per ſe, vel per alios: vt per procuratores eorum.

c *Proficit*. illi cui data eſt ab illo cui ſoluo indebitũ: vt. C. ſi ce. pe. l. nõ aduerſus. &. C. de act. & obli. l. penul. Sed quid ſi ille non eſt ſoluendo, puta cui eſt ſolutum: an in ſubſidium ille cui proficit, conuenitur? Arg. ꝙ ſic, ſi cauſam lucratiuam habet forte. aliàs non: vt. ſ. de eo per quem fac. erit. l. fin. in princ.

d *Qvod quis. Hac mẽte*. nõ hoc expreſſo: vel expreſſo, ſed altero non conſentiente. alioquin agitur præſcript. ver. vt. C. de re. permu. l. rebus. &. ſ. eo. l. ij. in princi. Et no. hic ſcientem non repetere: vt. ſ. e. l. j. & de inoffi. teſt. l. eum. §. j.

e *Ex quibus cauſis. Quidẽ*. Pone caſum vt. ſ. e. l. ſi in area. & infra de excep. do. l. Paulus reſpon. nam ibi habemus retentionẽ. ſ. ſi poſſidemus.* nõ autẽ petitionẽ, ſi non poſſidemus. & ſic nõ loquitur fatuè repetẽdo idẽ per idem, vt quidã dixerunt. & idẽ etiam in ſimilibus caſibꝰ dicas. ſed vbi perſonaliter obligatus exceptione tutus ſum: ſi ſoluo, nõ repeto. eſt autem contra. huic. l. ſ. eo. indebiti. §. j. Sol. non condicentur nummi alieni reſpectu proprietatis: ſed reſpectu poſſeſſionis: Vel dic quòd nullo modo obſtat: quia nummorũ alienorum non habeo retentionem: quia domino nullã poſſum obiicere exceptionem, licet ego habeam poſſeſſionem. non enim habere poſſeſſionem, eſt habere retentionem. Item argu. contra. ſ. eo. qui exceptionẽ. §. pen. ſed dic vt ibi no. in ſolutione primi contrarij.

* Niſi id actum ſit, vt ſi appareat non deberi poſtea, repetatur. l. 1. j. e.

† Bal. dicit iſtum text. meliorẽ de iure ad hoc quòd cauſa finalis eſt quæ regulat diſpoſitionem: ſecus autem eſt in impulſiua. Bolog.

f *Damus. Præteritam*. ſic etiam exponuntur hæc verba infra de condi. & demon. l. ſi ita legatum. in fine.

g *Pecuniæ*. hoc quando ſoluo, non quãdo me putem debere: ſed quia donare velim: aliàs repeto: vt per totum hunc titu. aliàs non haberet locum hic titulus. nec ob. ſ. eo. l. eleganter. in princ. quæ eſt contra. nam bene dico ꝙ ibi credebat ſe teneri efficaciter ex tranſact. licet enim non ſemper actio ex tranſactione naſcatur: vt C. de tranſact. ſiue apud. tamẽ quandoque naſcitur: vt in eo. tit. l. cum mora. &. l. ſi pro fundo. & ſic ibi putabat ſe teneri præſcrip. ve. vel putabatur per ſtipulationem interueniſſe tranſactionem. Item & tunc cum dico repetitionem non supereſſe: ſi tamen appareat eum non aliàs fuiſſe daturum, repetitur: vt. j. de condic. & demonſt. l. cum tale. §. falſam. &. l. demonſtratio. Sed alia ratione videtur quòd repetere non poſſit quando aliàs non erat daturus: quia tutus eſt exceptione doli: vt dicit prędictus. §. falſam. Soluẽs ergo non repetit: vt ſupra eo. l. qui exceptionem. ſed hoc poteſt admitti in legato, ſcilicet quòd non repetat. ſed hic ſecus eſt, cum nulla excep. tutus ſoluerit: cum aduerſario nulla competat actio hic: ſed ibi competebat.

Actio quandoq; ex trãſactione naſcitur.

h *Sequente*. vel cum dantem pœnitet: vt. ſ. de condi. ob cau. l. ſi pecuniam. in principio. Accurſius.

*Dominus*.] CASVS. Habebã ſeruũ: cui in teſtamento reliqui libertatem ſi daret. x. cuidam extraneo. dedit, apparuit teſtamentum eſſe nullũ. an tibi heredi. competat repetitio, quæritur. Et rñ. ꝙ ſi pecunia fuit peculiaris: heres qui poſt mortem meam

A

dominus ſerui permanſit, poterit pecuniã vindicare: ſed nõ condicet: quia ſua res permanſit. Sed pone ꝙ pro ſeruo alius dedit. ille cui data eſt, iuſte percepit: eáque eius facta eſt: veruntamen ex quo teſtamentum poſtea nullum apparet, indebita: & de rigore iuris ille qui ſoluit, repetet ab herede: & heres ab extraneo cui ſolutum fuit, de æquitate: non ab eo cui ſoluit, propter circuitum. Viuianus.

i *Dominus teſtamẽto*. minus ſolenni: vel poſtea inofficioſo, vel rupto.

k *Seruo*. extraneo.

l *Mihi*. ſ. extraneo.

m *A domino*. ſcilicet ab herede. Vel dic, à domino, id eſt à teſtatore, qui non permiſit, cum teſtamentum de iure non teneat. aliàs permittere videtur. ſupra de condic. ob cau. l. dedi. §. penult.

n *Petere debet*. niſi ſint cõſumpti. tũc enim recõciliatur indebitum, ſicut mutuum: vt argu. inſtit. quibus modis re contrahi. ob. §. primo. & not. ſupra eo. titu. l. indebiti. §. ſed & ſi nũmi.

o *Mei*. mutatio perſonarum. aliàs eius, id eſt mei cui ſoluti ſunt.

* eius.

p *Petere poteſt*. hoc ideo, quia cõtemplatione ſerui dedit: quaſi donaturus ipſi ſeruo: non tamen voluit quòd penes dominum remaneret pecunia. & ſic longa manu interueniente videtur dediſſe ipſi ſeruo. nam celeritate coniungendarum actionũ inter ſe, id eſt actuum, vnam actionem occultari &c. vt. j. de don. inter vir. & vxo. l. iij. §. fi. & ſic ſi iſte ſeruus eſſet libera perſona, haberet condictionem: igitur cum ſit ſeruus, acquirit eam domino: & ſic datur domino de ſtricto iure. ſed quia ille nunquã fuit eius propoſiti, vt vellet nũmos penes dominũ eſſe: benignius eſt, &c. & eſt in duobus æquitas: & ꝙ repetat, licet ſeruo donare voluerit: & quòd recta via. Vel dic ꝙ dedit mandato ſerui, volens donare: & ſic ex mãdato ſerui obligatus eſt de peculio dominus ad illa. x. etſi nil aliud ſit in peculio: quia illa vidẽtur eſſe in peculio: v. j. de pecu. l. depoſui. in prin. & ſi cedat condictionem indebiti, ſatis eſt: vt. j. de pecu. l. quod debetur. & ſecundum hoc in fi. dic, recipere ex iure ceſſo agens. Si quæras, quare non datur domino rei vindi. de ſtricto iure pecunia extante, cum longa manu inter-

E

ueniente videatur perueniſſe ad ſeruum: nam dico ꝙ non datur: vt. j. ad Macedo. ſed & ſi pater. §. j? Reſpon. quia ſi iſte ſeruus erat libera perſona, ei non daretur: quia ille non tranſtulit dominium in accipientem. Item no. hic ſecundum Azo. de circuitu tollẽdo. ſic. C. communia de lega. l. j. in princ. &. j. ſi cui plus quàm per legem Fal. videamus. &. C. de act. & oblig. l. in omnibus. &. l. ſi in ſolutum. &. C. de lega. l. ex legato. &. C. de arbi. l. in arbitris. in fi. & per quas perſo. no. acqui. l. fi. &. C. de emãcipa. lib. l. fi. & ſupra eo. non eſt nouum. Argu. contra infra ad leg. Rho. de iac. l. ij. in princ. & pro hoc eſt ſupra vſufruct. quemadmo. ca. ſi vſusfructus mihi. in principio. Accurſius.

Circuitus vitandus eſt.

*Ex his*.] CASVS. Vendidi tibi hominem liberum. ſoluiſti pretium. poſtea lege iubente reſoluta eſt venditio. quæritur, an pretium à me repetes? Et reſpon. quòd ſic, & generaliter in omnibus contractibus qui reprobantur à lege. Viuianus.

q *Non valuerunt*. vt ex teſtamento falſo, vel iniuſto, vel ex ven-

ditione liberi hominis.Ioan.

a *Effectum*.vt teſtamento reſciſſo poſtea,vel venditione reſciſſa, vel cum eſt receſſum ab ea.

b *Condictioni*.vel ob cauſam: vt ſupra de condic. ob tur.cau. l.j. &.ij.vel indebiti ei qui ſoluit,vel alij:vt ſupra.l.proxi.

A ctuũ,vt in primo.Sed qua cõdictione cõdicuntur fructus à prædone? Rñ.condictione furtiua.Alij dicunt cõdic.incerti: quia nõ credunt eũ furtũ fructuũ facere: quia imputaretur ei ſi nõ perciperet:ſed certe imputatur ei propter malã fidẽ:& hoc non debet eũ releuare à pœna.ſed arg.pro eis & nobis.ſ̃. de peti.here.l. niſi ex re. §. Iulian⁹ ſcribit. &.l.ſi poſſeſſor.§. ſed ſi forte.&.l. item veniũt. §.pe.ſecundum. Azo.

S *I vrbana*.] CASVS. Prædo prædia mea intrauit:& alij ea locauit,& penſionem accepit.Dicit ꝙ illi qui ſoluerunt, non repetent: ſed ille prędo erit mihi obligatus. idem ſi naues vel operas ſeruorũ locauit prædo, & penſiones recepit.ſed ſi ſeruus operis ſuis à ſe locatis recepit mercedẽ, eámque prędoni tradidit:nunquid ſeruus fecit pecuniam accipientis?Dicit quòd nõ. Sed pone ꝙ ego dominus prædia vel naues locaui.conductores pẽſionem prædoni tradiderunt:ipſi qui ſoluerũt, condicunt.Viuia.

c *Si vrbana*. diſtingue tres caſus in hac lege. Primus,quando prędo locauit, & mercedem vel pẽſionem accepit. Secundus,quãdo ipſemet ſeruus ſe locauit, & mercedem accepit. Tertius, quãdo dominus locauit, ſed prædo exegit.Accurſius.

d *Prædia*. idem in ruſticis ſi penſio eſt in pecunia, quæ eſt vera locatio.

e *Repetetur*.ſiue dicas. i.nõ repetetur interim: ſed ipſe prędo domino tenetur planum eſt.ſiue dicas,id eſt iure non condicet qui ſoluit tan quam indebitum,cum ipſe,ſcilicet prædo domino teneatur, ſimiliter planum eſt.

* ſi quis.

buerunt effectum, [a] ſecuta per errorem ſolutione condictioni [b] locus erit.

Ex locatione prędonis nõ cõpetit actio domino.Itẽ ex locatione ſerui vel domini nõ rectè ſoluitur prædoni: ſed ſolutũ vt indebitum repetitur.h.d. Hęc lex eſt ſingularis & notabilis. glo. diuidit in tres partes.dic vt in ea.Bartolus.

LV. IDEM *libro ſexto Quæſtionum.*

SI vrbana [c] prędia [d] locauerit prædo,quod mercedis nomine acceperit,ab eo qui ſoluit, non repetetur, [e] ſed domino erit obligatus. [f] Idémque iuris erit in vecturis nauiũ quas ipſe [g] locauerit aut exercuerit: [h] itẽ mercedibus ſeruorũ,quorũ operę per ipſum [i] fuerint locatæ.Nam ſi ſeruus non locatus [k] mercedẽ vt domino prędoni retulit, nõ fiet accipiẽtis pecunia. [l] Quòd ſi vecturas nauiũ quas dominus locauerat, itẽ penſiones inſularũ acceperit, [m] ob indebitũ ei [n] tenebitur qui non eſt liberatus ſoluẽdo. [o] Quod ergo dici ſolet, [p] prædoni fructus poſſe condici, tunc locum habet [q] cum domini fructus fuerunt.

Dubia exceptionis perpetuę cauſa,dubietate pendente habet vim exceptionis perpetuæ.h.d. Bart.

LVI. IDEM *libro octauo Quæſtionum.*

SVfficit ad cauſam indebiti,incertum eſſe temporaria ſit an perpetua exceptionis defenſio. Nã ſi* qui ne conueniatur donec Titius conſul fiat, [r] paciſcatur: quia poteſt Titio decedente perpetua fieri exceptio quę ad tẽpus eſt,Titio conſulatũ ineunte, ſumma ratione dicetur,quod interim ſoluitur repeti. Vt enim pactum quod in tempus certum collatum eſt,non magis inducit condictionem, [ſ] quàm ſi ex die debitor ſoluit,ita prorſus [t] defenſio iuris quę cauſam incertam habet, conditionis [u] inſtar obtinet.

B

Ex ſolutione tutoris competit cõdictio impuberi.h.d.vel ſic:Indebitum ſolutum per tutorem,cõdicitur à pupillo.Bartolus.

LVII. IDEM *libro tertio Reſponſorum.*

CVm indebitũ impuberis nomine tutor numerauit,impuberis condictio eſt. [x]

Solutũ indebitè procuratori nõ habenti mandatũ ad hoc, repetitur à domino,vel ab eodem.Bart.

C

Creditor vt procuratori ſuo debitum redderetur, mandauit.maiore pecunia ſoluta, procurator indebiti cauſa conuenietur. [y] Quòd ſi nominatim vt maior pecunia ſolueretur delegauit, indebiti cum eo qui delegauit, erit actio:quæ non videtur perempta,ſi fruſtra cum procuratore lis fuerit inſtituta. [z]

Conditio impoſſibilis quam teſtator putabat poſſibilẽ, vitiat legatum. h. d. & iſta eſt notabilis & ſingularis lex.Bartolus.

D

LVIII. IDEM *libro nono Reſponſorum.*

SEruo † manumiſſo [a] fideicommiſſum ita reliquit, ſi ad

q *Tunc locum habet*.ſ.in medio caſu.nã ad eũ tãtũ ſe refert regula, non ad primũ vel vltimum.

r S *Vfficit.Conſul fiat*. vel ſanæ mentis, cũ ſit furioſ⁹:vel ſi qua ſimilis:vt.C.de vſufr.l. ambiguitatẽ.§.ſinautẽ.

ſ *Condictionẽ*. i. repetitionẽ per condic.indebi.q̃ ſi ex die,&c.vt hic &.ſ̃.eo.l.in diem. Acc.

t *Ita prorſus*. Et ſic no. quatuor proportionalia. Duo prima hic, ꝓmittis. ſ. cum Titius erat conſul. Itẽ promittis pure.ſed paciſcor ꝙ non petam niſi quãdo Titius erit cõſul. vtraque enim cõditionalis eſt, & ideo vtrobique repetitur: vt hic, &. ſ̃. ſub conditione. Fit enim conditio per cum, & ſimilia: vt not.ſ̃. eo. l.qui ꝓmiſit. Alia duo ſunt, promittis vſq; ad Paſcha.vel pure:ſed facio pactum de non petẽdo vſque ad Paſcha. hæc ambo ſunt in diẽ, & non repetitur ſolutum:vt hic.Et ſunt hęc proportionalia hoc caſu,nõ aliàs:vt.j̃.de iur. do.l. Iulianus. &. j̃. de duo.re.l.eadẽ. quæ ſũt contra. Sed in condic. indebiti eſt ſpeciale, vt ſint proportionalia ꝓpter fauorabilẽ cauſã repetẽtis, qui certat de damno vitãdo:vt.j̃.de reg.iur.l.nõ debet.&.l. in re obſcura.nã & hic magis attẽditur ꝙ exceptio poteſt eſſe perpetua q̃ tẽporalis:aliàs autẽ hæc non ſunt proportionalia:vt ibi.

† Tu ſane ĩtellige iſtum tex. niſi eſſet conditio impoſſibilis & turpis ſimul: quia tũc vitiat ſecũdum Bal. ĩ.l. ſi pater. in. 2. col. C. de inſtit.ſub cõdi. fa.Bo.

f *Obligatus*.ſ.prædo.

g *Quas ipſe*.ſ. prædo.

h *Exercuerit*.ſcilicet ipſemet.Accurſius.

i *Per ipſum*. prædonẽ. hæc omnia enim in peti.here. veniunt:vt ſ̃.de petitione hered.l.ancillarum.&.l.mercedis.&.l. ſi quis.§. fi.

k *Non locatus*.ſcilicet à prædone:ſed ipſemet ſe locauit, & mercedem retulit prædoni, vt id eſt ſicut domino.

l *Pecunia*.itaque dominus ſerui vindicat extantem, & conſumptam condic.à prædone.

m *Acceperit*.à conductore.Accurſius.

n *Ei*.ſcilicet conductori.

o *Soluendo*. ſ. prædoni,niſi in prædo domino reſtituerit:vt.j̃. de ſol.qui hominẽ.§.ſi prædo. Sed certe imò videtur liberatus propter iuſtam ignorantiam:vt inſtit.man.§. item ſi.quæ eſt contra. Sol,hic nullum mandatum interceſſit.non enim dominus mandauit cõductoribus vt ſoluerẽt iſti:nec illi vt recipiat.vnde ignorantia non prodeſt:vt.j̃.de ſolu. qui hominem. §. ſi nullo. Item argu.contra ad mediũ caſum infra depoſi.l.prima. §. ſi rem à ſeruo.Solu.vt ibi:quia ibi conſtat:hic non.

E

p *Solet*.regula eſt vulgaris,vt fructus.ſ.conſumpti condicantur: vt hic.&.C.de condic.ex lege.l.pe. &.j̃.de pig.act.l. ſi pignore.§. ſi prædo.quæ exponitur hic,vt in illis obtineat fructibus qui domini fuerint.ſ.ab initio:ſed poſtea cõſumpti fuerunt à prædone: vt dictis legibus patet,& in medio caſu huius legis,quãdo ſeruus ſemet locauit, & mercedem retulit prædoni tãquam domino.Si enim domini non fuerunt,aut ille repetit qui indebitũ ſoluit, vt in vltimo:aut dominus quidẽ,ſed obuentionũ nomine,non fru-

u *Condictionis*. i. ſtipulationis conceptæ ſub conditione. Azo.Et no. hic in indebito, ꝙ dies incertus pro conditione eſt, ſicut in vltimis volũtatibus:vt.j̃.de leg.j.talis.§.j.j.& de condi.& demõ. dies.& hoc ſi eſt incertũ exiſtere.ſi autem eſt certum,ſed neſcitur quando,non competit repetitio:vt.ſ̃.eo.l.nam ſi cum.

x C *Vm indebitum.Cõdictio eſt*.ſcilicet & ſi de nũmis pupilli ſoluat.Idẽ credo & ſi ſint tutoris. vnde ipſe tutor hanc pecuniam in actione tutelæ cõpenſat:vt.ſ̃. eo.l. ſi procurator.in fi. ſi tamẽ iuſta ignorantia dicatur ſoluiſſe : quia factum tutoris lex interpretatur impuberis.alioquin.ſ.ſine iuſta ignorantia, contra eſt:vt diſtinguitur in bo.fi.poſ.hereditatis:vt ſupra de peti. here. quod ſi poſſeſſor.&.l.poſſeſſor bonæ fidei.Azo. Item eſt contra. huic dicto infra eo.l.fi.§.tutor.Solu.vt ibi dicemus.

y *Conuenietur*.niſi ſequatur ratihabitio de ſuperfluo:vt.ſ̃. eo.l. ſi procurator.quod fit in conueniendo procuratorem.

z *Inſtituta*.Nota nõ nocere electionẽ male factã ſiue fruſtra : vt hic,&.j̃.de op.le.l.ij.§.data.&.j̃.de bo.lib.l.ſi vero.in prin.&.C. de poſtli.reuer.l.nec nos præteriit.&.C.quomodo & quando iudex.l.ſi præſes.&.C.de accu.l.iiij.& arg.j̃. de adul.l. ſi maritus.§. fi.Sed argu.contra.j̃.de trib.quod in heredem.§. eligere. Sed ibi vtraque via poterat agere:hic altera tantum.Accur.

a S *Eruo manumiſſo*.quia in alio teſtamẽto fuerat manumiſſus: ſed teſtator eum credebat ſeruum.Et not.quòd hic eſt oppoſitio

a] Hic non eſt conditio impoſſibilis, quæ natura exiſtere non poſſit, cuius demũ nulla habetur ratio in teſtamentis. l. 3. de condit. & demonſt.

poſitio in obiecto,vt homo mortuus: ſed vnũ horũ ad veritatẽ. ſcilicet manumiſſus:alterum ad opinionẽ.ſcilicet ſeruo refertur.

a *Ex teſtamento*.ſ.ſuo.Sed nonne cõditio eſt impoſſibilis:[a] & ita pro non adiecta habetur,& valet legatum,& ſolutũ non repetitur:vt inſtit.de here.inſti.§.antepe:Reſpõ.hic fuit appoſita here. hoc enim ſonant hæc verba, id eſt ſi heres eũ manumiſerit: & ſic nõ valet relictũ: vt inſtit. de lega.§. fin. & ſolutũ repetitur: vt hic. Vel dic quòd nõ eſt impoſſibilis quantũ ad opinionem teſtatoris,quę inſpicitur hoc caſu.Sic & quãdo teſtator mortuum ex quadrante, quendã viuum in dodrante inſtituit:& tertiũ ſine parte. nam veritate inſpecta debet tertius habere partem primi,quę vacat.inſpecta verò opinione teſtatoris, qui viuere primum credebat, debet aſſem alium habere,& hoc præualet: vt.j.de here.inſtit.quo loco.§. j. Vel dic quòd in veritate erat ſeruus:ſed ſententia fecit eum ingenuum: vt.ſ. de ſta.ho. l.ingenuum. & ſecundum hoc manumiſſo, id eſt manumittendo. vel erat liber:ſed nihilominus poteſt ei relinqui libertas: quia poteſt cõtingere quòd fiet ſeruus: vt infra de fideicom.liber.l.generaliter.§. ſi homini. & ſic non eſt impoſſibilis. Sed argu. contra infra de verborum oblig.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.Accurſius.

libertatem ex teſtamento [a] peruenerit.poſt acceptam ſine iudice [b] pecuniam ingenuus [c] pronuntiatus eſt. indebiti fideicommiſſi repetitio erit.

Si fideiuſſor ſolus eſt liberatus, ſoluens repetit.ſecus ſi principalis reus ſoluerit. Bartolus.

LIX. IDEM *libro ſecundo Definitionum.*

SI fideiuſſor iure liberatus [d] ſoluerit errore pecuniam, repetenti non oberit. [e] Si verò reus promittendi per errorem [f] & ipſe poſtea pecuniam ſoluerit, [g] non repetet: cum prior ſolutio, quæ fuit irrita,naturale vinculum non diſſoluit, nec ciuile, ſi [h] reus promittendi tenebatur.

Subtilis eſt hęc lex.&.h.d.Quod ex nullo euentu inducitur, id dubietas nõ inducit. & quod in omnem euentũ certum eſt debitum iri ab eodẽ, id vt indebitũ non repetitur. ſecus ſi diuerſæ perſonæ illud debituræ ſint. h. d. tota lex. primo ponitur dictum Iuliani. Secundo ponitur caſus dicto Iuliani diſſimilis,ſecundũ quoſdam iuriſcõſultos. Tertio ponitur dicto Iuliani diſſimile, ſecundum omnes. Quarto ratio differẽtiæ inter iſtos duos caſus oſtẽditur. ſecunda ibi, vbi autem. Tertia ibi, idémque. Quarta ibi, ſed hoc diſſimile. Itẽ prima pars ſubdiuiditur in tres: quia primo ponitur dictum Iuliani. ſecundo eius probatio per argumentum. tertio eius probatio per ſimile. ſecũda ibi, quia nec abſolutus. tertia ibi, ſimilémque eſſe. Bartolus.

LX. PAVLVS *libro tertio Quæſtionum.*

IVlianus * verum debitorẽ poſt litem cõteſtatam manente adhuc iudicio negabat ſoluentẽ repetere poſſe:quia nec abſolutus [i] nec cõdemnatus repetere poſſet. Licet enim abſolutus ſit, natura [k] tamen debitor permanet. Similémque eſſe ei dicit, qui ita promiſit: Siue nauis ex Aſia venerit, ſiue non venerit. quia ex vna cauſa [l] alterutrius ſolutionis origo proficiſcitur. [m] Vbi autem

b *Sine iudice.* aliàs non repeteretur: vt infra man.l.ſi fideiuſſor. §.in omnibus.

c *Ingenuus.* id eſt manumiſſus in alio teſtamento.

d *SI fideiuſſor iure liberatus*.ſ.acceptilatione,ſecundum quoſdã. Hoc non valet:quia ſic etiã liberaretur reus per cõſequẽs: vt.j.de accept.& per iuſiurandum.§.ſi fideiuſſori.Dic ergo ſcilicet pacto perſonali,non in rem:vt.ſ.eod.l.cum is.§.fideiuſſor.

e *Non oberit.* ſcilicet quòd ſoluerit.

f *Per errorem.* non credens à fideiuſſore ſolutum.

g *Soluerit.*antequam repetat fideiuſſor. & ſic videtur vltima ſolutio indebita: ſed non eſt, vt hic dicit.

h *Si.* id eſt quamuis.imò proprie poni poteſt.Azo.

*IVlianus.*] CASVS. Petebam à te decem: negaſti te debere.litem tecum conteſtatus ſum: ſoluiſti:an repetere poſſis, quæritur.Et dicitur quòd non:quia ſi in veritate condemnatus eſſes, non repeteres: nec ſi fuiſſes abſolutus, & poſtea ſolueres: quia obſtaret naturalis obligatio, qua tenebaris. vnde non magis repetes,quàm ſi ita promiſiſſes:ſiue nauis venerit ex Aſia,ſiue non. Sed pone quòd debebas mihi.c.& animo nouãdi ſtipulatus ſum illa.c. ſub conditione: pendente conditione ſoluiſti: nunquid repetes?Et dicit quòd ſic.Idem eſt ſi debebas aliquid pure,& ab alio ſtipulatus ſum ſub conditione:quia ſi ante cõditionem ſoluis,repetes. diſſimilis eſt tamen is ſuperiori: quia in primo caſu ille qui tenebatur puræ, nunc ſub cõditione tenetur.in ſecundo alius fuit obligatus pure, & alius ſub conditione. ſed quo ad repetitionem non ſunt diſſimiles.Viuianus.

i *Abſolutus.* id eſt ſi abſolutus eſſet verus debitor, & ſolueret, poſtea non repeteretur: vt hîc,&.ſ.eo.l.iudex.& arg.j.de pecu. eo tempore.§. etiam. & ſic multo minus condemnatus repetit. Non dico in caſu præmiſſo vbi ſoluitur pendente iudicio, quòd ibi poſſit condemnari vel abſolui, niſi ab obſeruatione iudicij: vt inſtit.de perpe. & temp.ac.§.fi.quo caſu etiã ſi prius ſoluiſſet, non repeteret.ſcilicet quãdo condemnatus eſt.Vel dic quòd eodem caſu loqui poteſt, quando ſcilicet ſoluit pendente iudicio: ſed extra iudicium,ſi actor negat ſibi ſolutũ quod reus aſſeuerat, & actor non plene probat debitum, nec reus ſolutionem, certe abſoluitur reus: nec tamen repetit prius ſolutũ.& multo minus repeteret,ſi actor plene probante cõdemnatur. nam tunc ſoluere etiam ſecundo tenebitur,niſi probet primã ſolutionem,id eſt ex quo non probauit in iudicio priore: & videtur redire ad non cauſam. ſecundum autẽ primũ intellectum, quando ſoluit poſt abſolutionem, dicas quòd abſolutio fuit facta ſic: Abſoluo te à petitione iſtius creditoris:quia non probauit.ſi autẽ dixerit, pronuntio te non debere, vel non debuiſſe, vel non eſſe debitorẽ:tunc bene repeteret: quia propoſita à debitore condict. inde. per ſententiam probabit debitor quòd non eſſet debitor: & creditor ſi vellet probare contra, nõ admitteretur: quia ſententia pro veritate eſt accipienda: vt.ſ.de ſtatu.hom.ingenuum. & quia contra ſententiam à qua non appellauit,venire nõ poteſt: vt.j.de except.rei iudi. l.ſi quis rem à nõn domino. ſed in alio caſu ſi vellet eum probare debitorẽ eſſe,bene admitteretur:nec veniret ideo contra ſentẽtiam primam. Sed ſecũdum Py.ſi verus debitor ſoluit pendente lite, non poteſt repetere nec pẽdente lite, nec poſt: quia cum ſoluit, naturale debitum erat: nec aliquam exceptionem habebat debitor. ſi autem ſoluit poſt ſententiam abſolutionis, repetet ſolutum per facti vel iuris errorẽ: cum erat tutus excep. perpetua & fauorabili, vt.ſ.eo.l.qui exceptionem. ſecus ſi ſciẽs: vt.ſ.eod.l.iudex.& hoc ſi intelligas hic ſolutum poſt abſolutionem.& ſic aliter intelligit abſolutus quàm nos.

Sententia pro veritate accipitur.

* Obſerua obligationẽ duplicẽ concurrere ĩ eũdem,nempe naturalẽ, & ciuilẽ. nam hoc quęri ſolet apud interpretes. l. ſi vnus. de pactis. R. L.

k *Natura.* Not. ſententiam non facere ius, vt qui eſt debitor, deſinat: vel qui dominus eſt, deſinat: vt hîc, &.j.de except.rei iudi.l.exceptio.ſed hoc fallit in caſibus: vt dixi.ſ.de inoffic.teſt. l.Papinianus. §. fina. ſed cum ſententia inducat ipſo iure act. in factum,vbi non eſt aliqua: vt.C.de re.credi.l.actori. quare non tollit ipſo iure, vt hic: cum proniores, &c. vt.j. de actionib.& oblig.l.Arrianus? Reſpon.quia actori non prodeſt ſentẽtia, niſi per act. ei conſuleretur. reo vero poteſt prodeſſe, etiam ſi non pereat actio actoris.nam ſufficit repelli excep.vt arg.ſ.de eo per quem fac.eſt.l.prima.§. ſi reus. Not.etiam hic quòd refert an ciuilis ſit exceptio,vt hîc: an naturalis, vt pacti:quæ naturale vinculum diſſoluit: vt tunc repetatur: vt. ſ.eod.l.ſi non ſortem.§. indebitum.&.l.qui exceptionem. Sed certe inducit ciuilem, & tollit ciuilem: ergo idem facit tollendo quod inducendo. Sed reſpon. non tollit, ſed elidit & inducit. Et not. quòd exceptionum alia eſt fauorabilis, & tunc ſolutum repetitur: alia odioſa, & tunc non:vt.ſ.eo.l.ſi non ſortem. §.indebitum.&.l.qui exceptionem. alia iuriſdictionis conſeruandæ gratia, vt hîc: & tunc non repetitur: vt hîc,&.j.de re iudi.l.ſæpe.

l *Quia ex vna cauſa.* ſcilicet deficiente. quaſi dicat ſi vna cauſa deficiat, remaneat vt ſit ſolutum ex alia cauſa. vel dic ex vna cauſ.ſcilicet exiſtente.

m *Proficiſcitur.* origo ſolutionis, id eſt diſſolutionis alterius.ex quo enim ſolutum eſt ex vna cauſa,nõ poterit nec debebit ſolui ex alia.Azo.Habetur ergo pro puro hoc debitum, vt non repetatur:vt hîc.Sic & venditio ſic facta:vt infra de peri.& commo. rei ven.l.ſi pendente.§.penult. Sed legatum ſic relictum non eſt pro puro: vnde interim legatario mortuo,ad heredẽ non tranſmittit: vt infra quando dies lega.ce.l.huius.quæ eſt contra.Sol. aliud in contractu, & aliud in legato: quia in contractu ſtatim perfecta eſt obligatio: vt infra de peri.& com.rei vend.l.quòd ſi pendente.§.penult.Vel refert ſecundum Ioan.an ſint duæ ſtipulationes, vel duo legata: vt patet per hoc quòd bis eſt appoſita coniunctio ſiue.& tunc duæ ſunt conditiones. an ſit vna ſtipulatio vel legatum,quod tamen habeat duo membra:vt ponatur

ibi ſemel tantum diſiunctiua coniunctio,ſiue. In primo caſu nõ cedit dies, niſi alterutra exiſtat: quoniam incertum eſſet cuius legati dies cederet ante conditionẽ.in ſecundo ſtatim cedit:arg. ꝭ.de condi. & demon. hæc ſcriptura. &.ꝭ.de reb. dub.l. ſi is qui ducenta.§.vtrum.quaſi ſpreuerit teſtator talem conditionẽ. Sed hæc ſol. nõ valet. & in hac & in illa. l. bis apponitur verbũ ſiue. Tu autẽ potes diſtinguere ita:an fuit appoſitum certũ tẽpus: puta des illi. x. ſi nauis venerit ex Aſia intra triduum: ſiue etiã non venerit, dabis.nam tũc ante ſolutum nõ repetitur:vt ibi.an non fuit appoſitum: & tunc obtinet: quod hic dicitur. vel dic vt ibi notaui. Illud quæro,an antequã vna iſtarum exiſtat, poſſit agi ſi non eſt ſolutum? Reſpon.non forte: vt arg.ꝭ. de verbo.oblig. l. ſi ita quis ſtipuletur. Item an & huic poteſt obiici cõpenſatio?Reſpon.vt.ꝭ. de compen. l.etiam.Accurſius.

quis quod purè debet, ſub conditione nouãdi animo promiſit, plerique putant [a] pendẽte nouatione ſolutũ repetere poſſe:quia ex qua obligatione ſoluat, adhuc incertum ſit. Idemque eſſe etiam ſi diuerſas perſonas ponas eãdem pecuniam purè,[b] & ſub conditione nouandi animo promiſiſſe. Sed hoc diſſimile [c] eſt. In ſtipulatione enim pura & cõditionali eundem debiturum certum eſt.

Quod bona fide factũ eſt,habetur ratum, etiã pupillo poſtea per in integrum reſtitutionẽ abſtẽto. ſecus ſi dolo factũ eſt. Item repetitio competit ei ad quem poſtea negotium incipit pertinere.Bart.

LXI. SCÆVOLA *libro quinto Reſponſorum.*

TVtores [*] pupilli quibuſdam creditoribus patris ex patrimonio paterno ſoluerunt: [d] ſed poſtea non ſufficientibus [e] bonis pupillum abſtinuerunt.Quæritur an quod amplius creditoribus per tutores pupilli ſolutum eſt,vel totum quod acceperunt, reſtituere debeant. [f] Reſpondi, ſi nihil dolo [g] factum eſſet,tutori quidẽ vel pupillo [h] nõ deberi:creditoribus autem aliis [i] in id quod amplius ſui debiti [k] ſolutum eſt, teneri.

Indebitum ſcienter promiſſum, non repetitur.Bartolus.

LXII. MARCIANVS *libro quarto Fideicommiſſorum.*

* Coniunge l. 44. de pact.

a *Putant.* ſed male ſecũdum quoſdam. nec enim poteſt videri quare aliud ſit in iſto caſu quàm in ſuperiori, vbi promiſit ſiue nauis ex Aſia venerit, ſiue non. nam & hic incertũ eſt ex qua cauſa ſoluerit, ſicut ibi.Tu dicas ſecũdum Azo. & Io. quòd bene dicunt.nam & in ſuperiori caſu pura eſt ſtipulatio. nam qui tales conditiones apponit, clare oſtẽdit omni dilationi ſe velle renũtiare, & pure debere. vnde ſi poſtea ſoluat, ſiue tunc nondum venerit nauis ex Aſia, ex ea cauſa videtur ſolutum: ſiue venerit ex ea: & ideo denegatur repetitio. At in altero vbi pure promiſit: etſi poſtea ei volenti ſub conditione promitto, & creditor puræ obligationi videtur renuntiare: & ego dilationem conditionis induco.vnde ſi interim ſoluo, repeto, quaſi ſub conditionibus duabus ſim obligatus,vt.ꝭ.de adi.leg.l.ſi legatum pure.j.reſpon.&.l.legata inutiliter.&.s̄.ſi cer.pet.l.pecuniam. Item quia incertum eſt vtrum ſit temporalis,an perpetua: vt ſupra eo.ſufficit.

b *Pure.*quia alius pure,alius ſub conditione nouãdi animo promiſit:& alter interim ſoluit.hæc enim nouatio valet ita demum ſi conditio exiſtat.aliàs in primam redimus obligationem: vt.ꝭ. de noua.l.quotiens.&.s̄.de pactis.l.in perſona.§.fin.

c *Diſsimile.*quaſi dicat.in hoc differt à ſuperiori caſu: quoniam in ſtipul.&c.ſed in eo quòd detur repetitio,nõ eſt diſſimile:nam in vtroq; datur, ſecundum Ioan. Alij dicunt hic corrigi reſponſionem factam ſuperiori caſu. & ſecundum diuerſas expoſitiones variabis demonſtrationem huius pronominis hoc.Azo.

T*Vtores.*]CASVS Teſtator filio ſuo impuberi heredi tutorem dedit: quibuſdã hereditariis creditoribus debitum ſoluit: & apparuit hereditas poſtea non ſoluendo: & reſtitutus eſt pupillus vt abſtineat: cui repetitio eſt quod indebite ſolutũ eſt? Et reſpon.alij creditori: ſi hoc dolo tutoris non eſſet factum,id eſt in fraudem aliorum ſolutum eſt alij creditori: ſed etiam portionem illius quod debite ſolutum eſt,præſtat. Viuianus.

d *Soluerunt.* vltra debitum.

e *Sufficientibus.* ad ſoluenda omnia debita quæ debentur creditoribus hereditariis.

f *Debeant.*ſ.creditores,qui receperunt ab aliis creditoribus.

g *Dolo.*ſed ſi dolo tutoris eſſet factum,repeterẽt creditores non

A ſolum quod amplius ſolutum eſſet, ſed etiam pro rata portione eius quod debebatur,& eſt ſolutum: vt.ꝭ.de bo.auct.iudi.poſſ. l.ſi nõ expedierit.§.primo.& quæ in frau.cre.l.pupillus.§.pupillum.tutor autẽ non cõuenietur, niſi forte cum illi nõ ſint ſoluẽdo,& tunc actione de dolo:vt.s̄.de dolo.l.ideoque.&.l.nam.

FIdeicommiſſum in ſtipulatione deductum,tametſi non debitum [l] fuiſſet, quia tamen à ſciente fidei explendæ cauſa promiſſum eſſet, debetur.[m]

Si ſpecies debita perfectè non ſoluitur, talis ſolutio non parit liberationem, nec inducit repetitionem. Bartolus.

B LXIII. GAIVS *libro ſingulari de Caſibus.*

NEratius caſum refert,vt quis id quod ſoluerit,repetere nõ poſſit,quaſi debitum dederit, nec tamen liberetur: [n] velut ſi is qui cum certum hominem deberet, ſtatuliberũ dederit. [o] Nam ideo eum non liberari, quòd non in plenum ſtipulatoris hominem fecerit: nec tamen repetere eum poſſe,quòd debitum dederit. [p]

C Iſta eſt nobilis lex & ſubtilis, & hoc dicit: Dominus obligatur ſeruo naturaliter: quæ obligatio ſequitur ipſum etiam manumiſſum.Bartolus.

LXIIII. TRYPHONINVS *libro ſeptimo Diſputationum.*

SI quod [*] dominus ſeruo debuit,manumiſſo ſoluit:quãuis exiſtimãs [q] ei aliqua teneri actione,tamẽ repetere nõ poterit:quia naturale adgnouit debitum. Vt enim libertas naturali iure continetur,& dominatio ex gentium [r] iure introducta eſt: ita debiti vel
D non debiti ratio [ſ] in cõdictione [t]

h *Pupillo.*ſ. abſtento.

i *Aliis.* quibus nihil eſt ſolutum.Accur.

k *Sui debiti.*ſcilicet eorum quibus ſolutũ eſt: in eo autẽ quod vere debetur, diſtingue, an erant bona iam poſſeſſa, an non: vt primo caſu reuocetur: & pro rata diſtribuatur quod eſt ſolutum vni, etiam ſine dolo ſoluentis.ſecundo non:vt.ꝭ.de his quæ in frau.credi.l.qui autem.§. ſciendum. & s̄.de mino. l. ſi mulier. Item an extorſit ab inuito, vel à ſpontaneo accepit: vt primo caſu reuocetur, ſecũdo nõ: vt.ꝭ.quæ in frau.credi. l.pupillus.in fine.Item not. creditoribus dari condictionem indebiti: nec eſt nouum: vt ſupra eodem.l.non eſt nouum.ſic & C.de nõ nu.pecu.l.ſi cui.

F*Ideicommiſſum.*]CASVS. Petebas à me fideicommi. quod tibi non eſt relictum:promiſi tibi per ſtipulationem, licet indebitum fuerit: & ſi ſoluero, non repetam. & hoc ſupple, vt lex faciat ad titulum.Viuianus.

* Coniunge.l.56.ſol. matr.

l *Non debitum.*quia teſtamentum non ſolenne: vel quia defalcari poterat.

m *Debetur.*vt.C.ad le. Falc.l. fina. & ſic ſolutum non repetitur: vt bene faciat hæc lex ad tit.vt hic,&.C.de teſta.l.non dubiũ.§.fin.

n N*Eratius.Liberetur.* Caſus autem ille vt quis ſoluat, & ex ea cauſa contingat liberatio, & indebiti naſcatur condictio, nunquam reperitur: vt dixi.s̄.eod.l.cum is.§. fideiuſſor. Sed quid ſi ciuiliter debitum tantum ſolui: nonne eadem ſolutio,parit liberationem & repetitionem? Reſpon. vt.s̄.eo.l. cum is.§.j. Item ſecundum canones ſi iuraui me ſoluere vſuras: teneor ſoluere,& repeto: vt extra de iureiur.cap.ij.

o *Dederit.*imò videtur ꝙ repetat,& non liberetur: vt.ꝭ.de ſol. l.cum quis.§.qui hominem.quæ eſt contra.Vt autem hæc & alia ſoluas,diſtingue cum quis promittit hominẽ:aut in genere: aut in ſpecie.ſi in genere,ſoluens ſtatuliberũ repetit:nec liberatur:vt d.l.de ſol.cum quis.§.qui hominẽ.&.l.ſi mihi. Item parte Stichi
E ſoluta,nec pro parte liberatione defungitur: vt.ꝭ. de verb.obli. l.ij.in princ.cæterum ſi in ſpem,ſi quidem ſtatuliberũ ſuo facto, vt quia ſeruus ſuus erat, ſoluit, non liberatur, nec repetit, vt hic Neratius dicit. Si vero ſine facto ſuo ſtatuliberũ ſoluat, vt quia alienus ſeruus erat: nec repetit: & liberatur: vt.ꝭ.de ſtatulib.l. ſtatuliberum.in medio.§.illud. & de ſol.l.ſi mihi alienum. Azo. vel in illa.l.ſtatuliberum.non erat in mora.hic ſic.

p *Dederit.* petentem tamen hominem exceptione ſubmouebo: niſi hominem reddat: vt.ꝭ.de ſol.ſi cum aurum.

q S*I id.Exiſtimans.* ignorans ius.nam ſi factum,repetit: vt infra ad Maced.l.fina.

r *Gentium.* ſecundum quo pro nullo ſunt ſerui: vt infra de regu.iur. quod attinet. Nam omne ius appellat ibi ciuile, præter naturale.

ſ *Ratio.* id eſt ius.

t *In condictione.*danda vel non.Azo. Patet ergo quòd obligatio fuit ſeruo

UNED

fuit ſeruo etiam in ſeruitute quæſita. Sed contra infra de acquir. hered. l. placet. vbi dicit quòd etiam momento non reſidet penes ſeruum quo minus ad dominum ſtatim vadat. Solu. ibi de ciuili acquiſitione, ſcilicet hereditatis dicit, ſecundum quod ſerui pro nihilo ſunt: vt modo dixi.

a *Naturaliter*. id eſt cõſiderato an naturaliter teneatur dominus, vel non.

b IN *ſumma*. id eſt vt breuiter in fi. tit. perſtringamus quæ ſupra dicta ſunt.

c *Ob tranſactionem*. ſcilicet implendam.

d *Aut ob cauſam*. ſcilicet præteritam.

e *Conditionem*. legati implendam: vt infra eo. §. ſed agere.

f *Ob rem*. futurã. Io. vt ſupra eod. l. damus.

g *Aut indebitum*. ſcilicet quaſi debitum. Io. & de his omnibus per ordinem ſubiicit. Sed nonne duo mẽbra, ſcilicet aut ob cau. aut ob rem, ſufficerẽt pro omnibus? Reſpon. vtique, cum non ſint prædictę oppoſitæ ſpecies, ſed quædam continentur ſub ob rem: quædã ſub ob cau. ſed hoc ideo egit, vt diligentius reſponderet in ſingulis. ſic inſtit. quibus mod. teſt. infir. §. alio.

† No. caſum ſing. qui nõ eſt alibi ſecundũ Bal. ita clarus: quia licet trãſactio ſit cõtract⁹ ſtricti iuris, tamen dolus agẽtis dans cauſã contractui, reddit eam nullã. quod eſt no. & mẽti tenẽdum, ſecundum eundem

* Sed & agere.

h *Nulla*. id eſt licet nil debeatur, liſtamẽ erat: vt ſubiicit hic, &. C. de tranſact. l. ij.

† Sic Flo. ſunt tamen qui putent legi debere, quamquam.

i *Diſceditur*. in perpetuum: nam ſi ad tẽpus, non videtur cauſa ſecuta: vt. ſ. eo. l. elegan- ter. §. pe. ſed an per ſine cauſa? arg. quòd ſic: vt ſ. de tranſact. l. cum hi. §. ſi quis alimentis.

k *Calumnia*. ſcilicet in inſiſtẽte, hoc eſt actore. ſecus in reſiſtẽte, id eſt reo: quia nihil valet trãſactio: vt. C. de trãſact. l. ſub prætextu. ſed Rog. idem dixit vtrobiq; per. l. iſtam. Itẽ cõtra. C. de plus peti. l. j. in fi. vbi dicit trãſact. etiã per dolum factã valere. Sol. refert an tranſactio fuit ſuper re per dolũ, vt hic: an ſuper dolo etiã per dolũ: vt ibi, ſecundũ Bul. & H. Vel dic ꝙ ibi non per dolũ facta fuit tranſactio ſuper dolo: aliàs etiam tunc non valeret: vt. C. de tranſact. l. ſub prætextu.

l *Non poſſe*. nã volẽti dolus nõ infertur: vt hic, &. C. de trãſac. l. cũ donationis. Et intellige quod eſt hic, niſi forte aliàs non eſſet donaturus: vt. ĩ. de cõdi. & demõ. l. cũ tale. §. falſam. & ſic etiã intelligitur quod eſt. C. de fal. cau. adiec. l. j. & plene dixi. ſ. e. l. damus.

m *Sed & agere*. hic incipit tertium membrum. Azo. Et conſtrue ſic: agere poſſum, ſcilicet per condictionem indebi. vel condict. ob tur. cau. poſſum dico, vt repetam quod dedi propter cõditionem legati vel hereditatis ſcilicet implendam, ſiue non, &c.

n *Non contrahendi*. ſcilicet obligandi me pro admittenda hereditate: ſed ob cauſam: & ideo repeto: quia cauſa, &c.

o *Nolui*. Sed quomodo repudio: vt. ĩ. de here. inſtit. iam dubitari. quæ eſt contra? Sol. vt diximus. ſ. de condict. ob cau. l. j. §. j

p *Dedero*. cauſa implendæ conditionis. Accurſius.

q *Secuta res eſt*. non mihi: ſed ſeruo facto libero qui ſuo arbitrio poteſt adire: vt inſtit. de here. inſtit. §. alienus. & ſupra de inoffi- cioſo teſta. nihil. in fi. j. reſpon. Et ſic no. hic quòd tempus aditionis in hereditate inſpicitur: ſed in legato tempus quo cedit. &

Tempora in legato & in

ff. Vetus.

naturaliter [a] intellegenda eſt.

LXV. PAVLVS *libro ſeptimodecimo ad Plautium.*

IN ſumma [b] vt generaliter de repetitione tractemus, ſciendũ eſt dari aut ob tranſactionẽ, [c] aut ob cauſam, [d] aut propter conditionem, [e] aut ob rem, [f] aut indebitũ: [g] in quibus omnibus quæritur de repetitione. Et quidẽ quod tranſactionis nomine datur, licet res nulla [h] media fuerit, nõ repetitur. nam ſi lis fuerit: hoc ipſum quòd à lite diſceditur, [i] cauſa videtur eſſe. Sin autẽ † euidens calumnia [k] detegitur, & tranſactio imperfecta eſt, repetitio dabitur.

Id quoque quod ob cauſam datur, puta quòd negotia mea adiuta ab eo putaui, licet non ſit factũ: quia donare volui, quamuis falsò mihi perſuaſerim, repeti non poſſe. [l] Sed * agere [m] per cõdictionem propter conditionem legati vel hereditatis, ſiue nõ ſit mihi legatum, ſiue ademptum legatum, poſſum, vt repetam quod dedi: quoniam † non contrahendi [n] animo dederim: quia cauſa propter quam dedi, non eſt ſecuta. Idẽ & ſi hereditatẽ adire nolui, [o] vel non potui. Non idem poteſt dici ſi ſeruus meus ſub cõditione heres inſtitutus ſit, & ego dedero, [p] deinde manumiſſus adierit. nam hoc caſu ſecuta res eſt. [q]

Quod ob rem datur, ex bono & æquo habet repetitionem: [r] veluti ſi dem tibi vt aliquid facias, nec feceris. Ei qui indebitum [s] repetit, & fructus & partus [t] reſtitui debẽt deducta [u] impenſa. In frumento indebito ſoluto [x] & bonitas eſt: & ſi cõſumpſit frumentum, pretium [y] repetet. ſic habitatione data pecuniã condicam: non quidem quanti locare potui, ſed quanti tu cõducturus fuiſſes. [z] Si ſeruum indebitum tibi dedi, eúmque manumiſiſti, ſi ſciens hoc feciſti, teneberis ad pretium [a] eius. ſi neſciẽs, nõ teneberis: [b] ſed propter operas eius liberti, [c] & vt hereditatem [d] eius reſtituas. Indebitũ [e] eſt non tantùm quod omnino non debetur, ſed & quod alij debetur, ſi alij ſoluatur: aut ſi id quod alius debebat, alius quaſi ipſe debeat, ſoluat.

LXVI. PAPINIANVS *libro octauo Quæſtionum.*

HÆc condictio [f] * ex bono & æquo introducta, quod alterius [g] apud alterum ſine cauſa [h] deprehẽditur, reuocare conſueuit. [i]

Datum pro libertate ab eo qui poſtea reperitur ingenuus, repetitur. hoc dicit.

LXVII. SCÆVOLA *libro quinto Digeſtorum.*

STichus teſtamento eius quem dominum ſuum arbitrabatur, libertate accepta ſi decem [k] annis ex die mortis annos [l] decem heredibus præſtitiſſet, per octo annos præfinitam quantitatem vt iuſſus erat, dedit: poſtmodum ſe ingenuum comperit, nec reliquorum annorum dedit: [m] & pronuntiatus eſt ingenuus. quæſitum eſt, an pecuniam quam heredibus dedit, vt indebitam datam repetere, & qua actione poſſit. Reſpondit, ſi eam pecuniam dedit quæ neque ex operis ſuis, ne-

ſic domino hoc caſu quæreretur, licet ſeruus fuerit manumiſſus: vt. ĩ. quando dies leg. ce. l. ſi poſtea. §. fina. & l. ſi vſufructu. Acc.

hereditate diuerſa ſunt.

r *Repetitionem*. per condictionem ob cauſam: vel per condict. ob tur. cau. vt ſupra de condict. ob tur. cau. l. j. §. j.

s *Ei qui indebitum*. hoc eſt exemplum de vltimo membro.

t *Partus*. vt. ĩ. de vſur. videamus. §. j. & ij. Sed an hæc reſtitutio fiat iure huius actionis, an per officiũ iudicis, quærit Ioan. Reſpon. iure actionis, ſupra eo. ſi nõ ſortem. §. libertus.

u *Deducta*. quia nullus caſus, &c. vt. ſ. fa. ercis. l. fundus.

x *Soluto*. in ſpecie. putabat enim ſe teneri in certo ſacco frumenti. ſed ſi in genere: nõ pretiũ, ſed tantundẽ repetit: vt in mutuo: vt inſtit. quib. mo. re cõtrahit. oblig. §. is. quoq;.

y *Pretium*. id eſt æſtimationem.

z *Fuiſſes*. nã hac actione in quãtum quis eſt locupletior, tenetur: vt patet hic, &. ſ. eod. l. ſi nõ ſortem. §. libertus.

a *Ad pretium*. valuit ergo manumiſſio. Sed quomodo potuit manumittere, quãdo ſciẽter accepit, cum & tũc faciat furtum: vt. ĩ. de condict. fur. l. quoniã? Reſpõ. ab initio ignorauit: ſed poſtea didicit: & ſic trãſlato in ſe dominio manumittit: vel ibi labitur in perſona. Item cõtra. ĩ. de dona. cauſa mor. l. ſi is cui. vbi dicit ꝙ donatarius cauſa mor. manumittere non poteſt. Solu. aliud in donatiõe cauſa mortis, vbi ſciebat ꝙ poterat reuocari per pœnitẽtiã, & per alios multos modos: vt. ſ. ſi cer. peta. l. non omnis. Item quæro cur ſecus ſi heres hominẽ à ſe legatũ manumiſerit: vbi non diſtinguitur ſciẽs vel ignorans: nam ſemper legatario tenetur: vt inſtit. de lega. §. ſi res legata? Reſpon. quia vtilitatẽ habet à defuncto heres, ideo grauius onera ſuſtineat. hic autem non tenetur niſi inquantum locupletior factus eſt: vt ſupra proxi. §.

* Papinianus de condictiõe ſine cauſa generaliter loquitur: cuius vide- tur: cuius appellatiõe generali & indebiti condictio ſignificatur l. a. de condic. ſine cauſa.

b *Non teneberis*. ſicut nec legatarius, cui ſolutũ eſt legatũ pręſtita cautione ſi amplius eſt quàm per leg. Falc. accipere liceat, quod reddat. nam ſi interim pereat, nõ tenetur legatarius: licet generis debitor videatur: vt. ĩ. ſi cui plus quàm per leg. Fal. l. j. in fi. & l. ij.

c *Eius liberti*. ſcilicet teneberis.

d *Hereditatem*. ſ. ſi peruenit ad eũ vt ad patronum, nõ aliàs, vt. ĩ. ſol. ma. l. ſi vero. §. item quicquid. & ĩ. de act. emp. l. ſi quis ſeruũ.

e *Indebitum*. quaſi ipſe: ſecus ſi quaſi ipſe qui debet: vt ſupra eo. l. repetitio. & l. ſi pœnæ.

f HÆc *conditio*. quæ eſt. ĩ. tit. j. vel de condic. indeb. accipe.

g *Quod alterius*. ſcilicet quondam. vel dic quòd ratione poſſeſſionis hic agatur.

h *Sine cauſa*. ſcilicet ſolutum ſine cauſa. vel ſolutum indebitum.

i *Cõſueuit*. hoc fallit in muliere cauſa vẽtris in poſſeſſione miſſa, quæ alitur interdũ ſine cauſa: vt. ĩ. ſi mul. ven. no. l. j. §. intereſſe.

k STichus. *Si decem*. ſub hac conditione.

l *Annos*. ſcilicet aureos.

m *Dedit*. ſcilicet ſummam.

que ex re eius cui bona fide ſeruiebat, quæſita ſit, poſſe repeti.[a]

Si res mea ad te ſine cauſa peruenit, & deſinit mihi aduerſus aliũ eſſe cõſultũ, à te repetã. Bar.

Tutor creditori pupilli ſui plus quàm debebatur exſoluit: & tutelę iudicio pupillo nõ imputauit,[b] quæro an repetitionem aduerſus B
creditorẽ haberet. Reſpõdit habere.[c]

Duobꝰ idẽ debitũ ſoluẽtibꝰ, vltimo ſoluẽti repetitio cõceditᷣ. Bal.

Titius cũ multos creditotes haberet, in quibus & Seiũ, bona ſua priuatim facta vẽditione Mæuio cõceſſit, vt ſatis creditoribus faceret: ſed Mæuiꝰ ſoluit pecuniã Seio tanquam debitã, quæ iam à Titio fuerat ſoluta. quęſitũ eſt, cũ poſtea reperiãtur apochę[d] apud Titium debitorẽ † partim ſolutę pecunię, cui magis repetitio pecunię indebitæ ſolutæ cõpetit, Titio debitori, an Mæuio, qui in rem ſuã procurator factus eſt. Reſpondit, ſecundũ ea quæ proponerentur, ei qui poſtea ſoluiſſet.[e]

Iſte eſt ſolẽnis. §. Per promiſſionẽ de nõ mouẽdo cõtrouerſiam, nõ tollitur cõdictio indebiti. Bar.

Idem quæſiit an pactũ quod in pariationibus[f] * adſcribi ſolet in hũc modũ, *ex hoc*[g] *cõtractu nullam inter ſe cõtrouerſiam amplius eſſe*, impediat repetionẽ. D
Reſpondit, nihil proponi cur impediret.[h]

Reſtitutio cõceſſa ſuper principali, ad acceſſoriũ nõ extẽditur. Item quod per in integr. reſti. quis poſſet cõſequi, ea nondũ petita & obtẽta, nõ poteſt in cõpenſationẽ deduci. h.d. iſte notabilis. §. Bar.

Lucius Titius Gaio Seio minori annis. xxv. pecuniã certã credidit, & ab eo aliquantũ vſurarũ nomine accepit, & Gaij Seij minoris heres aduerſus Publiũ[i] Mæuium à præſide prouinciæ in integrũ reſtitutus eſt, ne debitũ hereditariũ ſolueret: nec quidquã de vſuris eiuſdẽ ſortis quas Seiꝰ minor annis xxv. exſolueret,* repetẽdis tractatũ apud pręſidẽ aut ab eo eſt pronuntiatũ. quæro an vſuras quas Gaiꝰ Seius minor annis. xxv. quoad viueret, creditori exſolueret, heres eius repetere poſſit. Reſpõdit, ſecũdũ ea quæ proponerẽtur, cõdici id quod vſurarum nomine defunctus ſoluiſſet, nõ poſſe.[k] Itẽ quæro, ſi exiſtimes repeti non poſſe: an ex alio debito[l] heres reti-
C nere eas poſſit.[m] Reſpondit, nec hoc quidem.[n]

* exſolueratᷓ.

## DE CONDICTIONE ſine cauſa. †

## TITVLVS VII.

Hæc eſt ſpecialis cõdictio, & cõcurrit cũ cõdictione indebiti ob cauſam, & ob turpẽ cauſam. Bar.

1. VLPIANVS *libro quadrageſimotertio ad Sabinum.*

Eſt & hæc ſpecies[o] condictionis, ſi quis ſine cauſa promiſerit, vel ſi ſoluerit[p] quis indebitũ. qui autẽ[q] promiſit ſine cauſa,[r] condicere quantitatẽ nõ poteſt quã non dedit,[ſ] ſed ipſam obligationem.[t] Sed & ſi ob cauſam promiſit, cauſa tamen ſecuta nõ eſt: dicendum eſt condictionẽ[u] locum habere.

a *Poſſe repeti*. ſuper actione prętẽtus,: vel vt ſurdus nõ reſpõdet. quid ergo? Rñ. ſecũdũ Ir. cõdictionẽ indebiti habere locũ. cum enim ſimpliciter dicat poſſe repeti, nec adiiciat de actione, veriſimile eſt vt ſe referat ad eã cõdictionẽ in cuius tractatu quæſtio ꝓponitur, de qua. s̃. proxi. &. j̃. loquitur. arg. j̃. de lega. j. ſi ſeruus pluriũ. §. fi. & ar. etiã. s̃. eo. in ſũma. §. ſed & agere. Sed hoc non placet, eo ꝙ quãdo hic ſoluit, magis ſoluit ob rẽ futuram, & nõ ob cau. præteritã. hæc autẽ cõdictio præteritã cauſã reſpicit. Itẽ bene ſciebat ſe nõ debere: nõ ergo habet locũ cõdictio indebiti: vt. s̃. l. j. ſed cõdic. ob cau. vt. s̃. de cõdict. cau. da. l. dedi. §. ſi liber. Azo.

b *Non imputauit*. vnde ſi per act. tutelæ iterũ ageret, repelliᷓ excep. rei iudica. quare datur hæc ex æquitate: vt. s̃. ſi cer. pe. l. ſi & me.

c *Habere*. vtilem. Sed cõtra. s̃. eo. l. cũ indebitũ. vbi dicit ꝙ pupillo, non tutori, detur. Sol. hic fuit ſoluta pecunia tutoris: ibi pupilli. Vel verius diſtingue, ſit reputatum, vt ibi: vel nõ vt hic. Azo.

d *Apochæ*. de recepto. Et not. ꝙ apocha ſemper de recepto dicitur: antapocha de ſoluto. apocha à creditore facta debitori reo datur, qua debiti receptio cõtineᷓ. antapocha à debitore facta creditori traditur, qua cõtinetur pecuniæ ſolutio, ſicut & in hoc. §. diciᷓ, & C. de fid. inſtru. plures. Itẽ not. qualiter ex parte rei fit procurator in rẽ ſuã: vt hic, & s̃. fami. erciſc. l. planè. in fi.

e *Soluiſſet*. Sed cur hic nõ datur ei cuius nomine ſolutũ eſt: vt. s̃. e. indebitũ? Rñ. ideo quia hic erat ꝓcurator in rẽ ſuam. vel dic domino dari directam, procuratori vtilem. vel ibi habuit ratum, hic non. prima verior eſt.

f *In pariationibus*. aliàs pactionibus. aliàs pariationibus, id eſt ſolutionibus. ſic. j̃. de ſta. libe. l. Sticho. §. argẽtarius. Accur. ADDI. Quid ſit autem pariatio, pariare & pariator, eleganter explicat Anto. Aug. lib. 4. Emenda. cap. 12.

g *Ex hoc*. audi pactum.

h *Impediret*. vt C. de tranſac. l. ſi de certa. &. s̃. de pact. l. tres fratres. &. l. emptor. §. Lucius. Accur.

i *Publium*. id eſt Lucium Titium. quadrinomius enim erat, vel dic quòd hic erat heres creditoris, vel procuratoris.

k *Nõ poſſe*. niſi reſtituatur. Sed nec hoc videtur poſſe fieri: vt C. depo. l. iiij. poteſt tamẽ dici cõtra: quia hic in peti. reſti. officium nulli actioni ſeruit: ſed ibi ſic. vnde ea ibi ſublata tollitur officiũ. hic autẽ reſtitutio principaliter tam ad ſortẽ quàm ad vſuras porrigitur: vt ar. s̃. de procu. l. nõ ſolum. §. eſt & caſus. Azo. Sed iure cõmuni videtur repetitio dari, cũ non ſit prohibitũ: vt. j̃. de cõpen. quod in diẽ. §. ſi rationem. quæ eſt cõtra. Sol. ibi loquitur in debito: hæ autẽ vſuræ nõ debentur debitori, niſi prius petat reſtitutionem, vt dixi. Item cum ſors, quod eſt principale, ſit caſſata, & redierit ad nõ cauſam, ergo & vſuræ: & ſic repetuntur: vt j̃. titu. j. l. j §. fin. quæ eſt contra. Sol. ante reſtitutionem erant debitæ: nec per reſtitutionem in ſorte datam factæ ſunt indebitæ:
A quia ſingulare ius reſtitutionis non porrigitur vltra id quod in iudicium reſtitutionis tractum eſt.

l *Debito*. ſ. ſortis: vel aliud debitum quod debetur creditori.

m *Poßit*. quaſi conpenſando.

n *Quidẽ*. quia nõ eſt debitũ, quod peti poteſt ꝑ in integ. reſt. vt. j̃. ad. l. Fal. itẽ ſi pupillus. Alioquin poſſet cõpẽſari: vt. j̃. de cõpẽ. l. etiã quod natura debetur.

DE CONDICTIONE ſine cauſa.

*Cõcurrit hæc cõdictio cũ ſuperioribus. & nõnunquã ſola cõpetit, vt in ſpecie. l. 2 ſi fullo amißis veſtimẽtis domino ex locato cõuentus pretiũ ſoluerit. nã nec indebitũ per errorem dedit, nec ſub cauſa nec ex iniuſta cauſa, & veſtimẽtis à domino repertis, fulloni ſola ſupereſt cõdictio ſine cauſa, quod iam videatur nulla fuiſſe cauſa dãdi. quod & addi opinor poſſe ad ſpeciem de promutuo. l. ſed addes. §. ſi quis cũ Locati. Cuia.*

o *Eſt & hæc ſpecies*. nõ ſolũ ſuperiores. & ꝙ dicit ſpecies, dic ſcilicet ſub iſto genere cõdictio. nã cõdictio alia ſine cauſa: alia certi: & ſic de cæteris. Ipſa tamen generaliſſima eſt. nã cõcurrit fere cũ omnibꝰ aliis. ecce enim cõcurrit cũ cõdic. inde. vt in hac. l. ij. reſpõ. Itẽ cũ cõdi. ob cau. vt hac l. §. ſed ſi ob cauſam. Itẽ cũ cõd. ob tur. cau. l. perpetuo. Itẽ cũ condic. fur. fur enim de fructibus cõdict. ſine cau. tenetur, & condic. fur. vt C. eo. l. pe. &. j̃. tit. j. l. in re. §. fi. Itẽ cũ cõdi. generali. vbi enim hæc datur, & illa: ſi modo cer. pe. Nõ ergo ad liberationẽ locũ habet certi cõdic. ſed hæc ſic: vt hac. l. §. qui autẽ promiſit &c. Econtra illa datur, ſcilicet certi cõdic. ex omni cõtractu vbi certũ petitur. hæc vero nõ habet locũ in cõtractibus omnibꝰ: vt quãdo cõcurrit cũ cõdic. ob cau. ne ſit cõtra. j̃. eo. ſi fullo. & ſeq. vt diximus. s̃. de cõdic. ob cau. l. fi. Acc.

p *Soluerit*. cõcurrit ergo cũ cõdictione indebiti quãdoq;. Azo.

q *Qui autem*. melius dixiſſet, qui enim, ſecundum quoſdam. imò melius, qui autem. q. d. datur in promiſſo condict. ſine cau. non autem indebiti: quia ſine cauſa competit ad liberationem: con-
E dic. autem indebiti ad pecuniam tantùm ſolutam. ad illam autẽ dari non poteſt hæc: quia ſoluta nondum eſt.

r *Sine cauſa*. vt quia credebat ſe teneri ex teſtamento ad legatũ præſtandum, promiſit, cum non valeret teſtamentum, vel erat ademptum in codicillis.

ſ *Dedit*. Hęc nõ eſt bona ratio ad cõdictionẽ. nã quãdoq; nõ datur quãtitas: & tamẽ quãtitas repetiᷓ ꝑ cõdic. inde. vt. s̃. de cõdi. inde. ſi nõ ſortẽ. §. libertꝰ. vnde dic, hic nõ fuit data quãtitas, nec aliquid aliud quod ſit neceſſe verti in pecuniæ præſtationem.

t *Ipſam obligationẽ*. per cõdic. iſtam: non per condic. illam indebiti. Sed nunquid certi cõdic. ad liberationem detur? Dic quòd ſic, prout datur ad intereſſe, quod fieri poteſt: vt infra de re iudic. ſi quis ab alio. §. fin. Si vero ad factum vt liberatio fiat, non: vt diximus. s̃. ſi cer. pe. certi condictio. Accur.

u *Condictionem*. ſ. ſine cauſa: & ſic cõcurrit cũ cõdic. ob cau. quæ hic locũ habet. vt j̃. proxi. §. & s̃. de cõdic. cau. da. l. j. in prin. ſic & in cond.

Apocha & antapocha differunt.

† Not. tex. ad hoc quòd inſtrumentũ ſolutionis debet eſſe apud debitorem, pro quo facit tex. in. l. pecunię. C. de ſolu. hic addito: quando inſtrumentũ reperitur cãcellatum apud debitorẽ, an præſumatur ſoluiſſe. ponit Alex. in. l. Labeo. in. 2. colum. ff de pac. Bolog.

* ſic. l. 81. j̃. de conditio. & demon & l. 4. §. j. j̃. de manumiſſ. vbi quidam audaciores literã Piſanã corruperũt, & emendarunt pactionibus.

† Sine cauſa generaliter datũ factũve accipitur, ſiue ob rem quæ ſecuta non eſt, ſiue animo ſoluendi quod deberetur, cũ nihil debitum eſſet, id factũ ſit. l. penul. s̃. de condic. inde. l. i. hic, & penult. Sed ſpecialiter accipitur ſine cauſa factũ datum ve: cum nec cauſa data condictio, nec indebiti competit, vel ob turpem aut iniuſtã causã &c. L. R.

in cond.cau.ante bienniũ habet locum vtraque:vt C.eo.l.fin.

a *Siue autẽ ab initio*.No.nõ referre ab initio vel poſt aliquid fiat: vt.s̃.de pac.l.iuriſgẽtiũ.§.ſi autẽ.Sed ar.cõtra.j̃.de lega.ij. cũ filius.§.heres.vbi dicitur ꝙ non videtur falſum, quod primordio veritatis iuuatur.Itẽ ar.cõtra.s̃.tit.j.l.fi.§.Luci⁹. Sed reſpõ. vt ibi ADDI. Dic ſecũdũ Bar. hic,ꝙibi nõ deuenit ad nõ cauſam antequam reſtitutio petatur.

b *Sine cauſa*.ſ.iuſta: vt ſi.x.tibi dem, vt hominem non occidas.

c *Cauſa promittendi*. vt dos ob matrimonium quod modo finitũ eſt, vel nõ eſt ſecutum: vt modo dixi de legato.

d *Ad nõ iuſtã cauſam*. vt ſequen.l. de fullone dicitur.Accur.

e *Si fullo.Cõuetus*.ſ.ex tra iudiciũ:vt & illud, Vos inquã conuenio ô Iudæi. Si autẽ in iudicio, tunc nõ haberet locũ cõdictio quæ hic datur:vt C.de condic.inde.l.j.& j̃.man.ſi fideiuſſor.§.in omnib⁹ Vel dic ꝙ licet ceſſet cõdic.inde.non tamen ceſſat condic.ſine cau. de qua hic dicit: & cõdic.quæ datur propter præcedentem contractum:vt.j̃.commod.l. rem mihi.j.reſpon.

* Ex tit. de locato.

f *Inuenerit veſtimenta*. & habuit.

g *Ego*.idem repetit ratiocinando & confirmando.

h *Ex cõducto*. Sed quo modo habet locum ex conducto ad pretium? Reſpõ.quia bo.fi.iudiciũ &c. in quibus bo. fi.iudi.veniũt multa de quib⁹ nec dictũ eſt,nec cogitatũ: vt.s̃.de cõdi. ob tur.cau.l.fi.

i *Sine cauſa*.ſcilicet perſeueranti.

k *Inuẽtis*. ne inueniatᷣ habere vtrũq; : vt hic, &.s̃.tit.j.eleganter.§.ſi quis.in fi.§. ideo datur cõdic. & cũ rediret per hoc ad nõ cauſam:vt.s̃.l.proxi.in fi.&.j̃.ad.le.Rho. de iac.l.ij.§. pe.&.j̃.loca.ſed addes.§.ſi quis eũ.& C.de re iudi.l.ij.Sed videtᷣ nõ condictionẽ,ſed Publicianã cõpetere, vel vtilem in rem huic fulloni,cum videatur emiſſe ipſam act.in rem,vt ſic tanquã aliàs emptor nominis habeat vtiles actiones: vt.s̃.de rei vin. ſi culpa. Sed dic quòd lex illa loquitur cum experior prius cõtra eum qui nõ habet à me cauſam. ſed ſi habeat, vt quia cõmodaui ſibi vel fulloni,tũc repetat quod dedit:vt.j̃.cõmo.l.in cõmodato.§. fin. Vel dic in mea electione eſſe,vt ibi not. nam & aliàs ſi dolo depoſitarij vel cõmodatarij res abſit, & mihi ea ratione condemnaretur:teneor ei cedere actiones mihi competentes : vt.j̃.de re iudi.in depoſiti. ſecus ſi non haberet cauſam à me : vt ſupra de rei vindi.l.is qui dolo.Accur.

l *Qui ſine cauſa.Incerti*.i.ſine cauſa:quia ad incertum datur: vt hic,&.s̃.e.l.j.in prin.ibi,qui autẽ &c.Vel dic ꝙ ſit propriũ nomẽ actionis:vt.j̃.tit.j.& ideo.§.fi.&.j̃.de act.empt.l. ſi heres. & dixi plene.s̃.tit.j.l.ſed & ſi me putem.§.cum iter.

m *Nec refert*.quod eſt in parte quo ad partem,& in toto quo ad totum,& econtra.Sed ar.contra C.de diſtra.pig.quandiu. ADDITIO Solue ſecũdum Bar.hic,& dic ꝙ in his quæ ſunt omnino diuidua, idem iuris eſt de parte quo ad partem, quod eſt de toto quo ad totũ,ita loquitᷣ hic.ſed in his quæ aliquo modo ſũt indiuidua,hæc regula non procedit:vt in.l.cõtraria probatur.in l.in executione.§.pro parte.j̃.de verbo.oblig.

Siue ab initio[a] ſine cauſa[b] promiſſum eſt,ſiue fuit cauſa promittendi,[c] quæ finita eſt, vel ſecuta nõ eſt, dicendũ eſt cõdictioni locum fore. Cõſtat id demũ poſſe cõdici alicui, quod vel non ex iuſta cauſa ad eum peruenit, vel redit ad non iuſtam cauſam.[d]

Si res pro qua ſolui æſtimationẽ ei à quo cauſam habeo, ad eũ redeat, poteſt agi actione ex eo cõtractu,vel cõdic. ſine cau. ad rem ſolutã.h.d.& eſt multũ nota. Bar.

II. IDEM *libro trigenſimoſecundo ad Edictum*.

Si fullo[*] veſtimenta lauãda cõduxerit, deinde amiſſis eis domino pretiũ ex locato cõuentus[e] præſtiterit, poſteaq; dominus inuenerit veſtimẽta,[f] qua actione debeat cõſequi pretium quod dedit? Et ait Caſſius, eũ nõ ſolùm ex cõducto agere, verùm condicere domino poſſe. Ego[g] puto ex cõducto[h] omnimodo eũ habere actionẽ. An autẽ & cõdicere poſſit quæſitũ eſt : quia nõ indebitũ dedit:niſi fortè quaſi ſine cauſa[i] datum ſic putamus condici poſſe. Etenim veſtimentis inuẽtis[k] quaſi ſine cauſa datum videtur.

Qui ſine cauſa in totũ vel in partem obligatur,liberationẽ condicit.Bartolus.

III. IVLIANVS *libro octauo Digeſtorum*.

Qvi ſine cauſa obligantur,incerti[l] cõdictione conſequi poſſunt vt liberẽtur.Nec refert,[m] omnẽ quis obligationẽ ſine cauſa ſuſcipiat, an maiorẽ quàm ſuſcipere eũ oportuerit:niſi quòd aliàs cõdictione id agitur, vt omni obligatione liberetur : aliàs vt exoneretur:veluti qui decẽ promiſit. nã ſi quidẽ nullã cauſam promittẽdi habuit, incerti cõdictione conſequitur vt tota ſtipulatio accepto fiat.at ſi cũ quinque ꝓmittere deberet,decẽ promiſit, incerti conſequetur vt quinque liberetur.

Paria ſunt ab initio aliquid eſſe tale,vel ex poſt facto deuenire ad tale. Bartolus.

IIII. AFRICANVS *libro octauo Quæſtionum*.

Nihil refert vtrúmne ab initio ſine cauſa[n] quid datũ ſit:an cauſa propter quam datum ſit,ſecuta non ſit.

Iſta eſt fortis lex.&.h.d. Datũ ob cauſam impoſſibilẽ de iure, cauſa non ſecuta de facto, condictione ſine cauſa repetitur. Bar.

V. PAPINIANVS *libro vndecimo Quæſtionum*.

Avunculo[o] nuptura,pecuniã in dotẽ dedit:neq; nupſit.[p] an eandẽ repetere poſſit, quæſitũ eſt,dixi[q] cũ ob turpẽ cauſam dantis & accipiẽtis pecunia numeretur,ceſſare cõdictionẽ, & in delicto pari potiorẽ[r] eſſe poſſeſſorẽ. quam rationẽ fortaſſis aliquẽ ſecutũ reſpõdere,[ſ] non habituram mulierẽ cõdictionẽ.Sed rectè defendi,[t] nõ[*] turpẽ cauſam in propoſito, q̃ nullã fuiſſe : cũ pecunia quæ daretur, in dotẽ cõuerti nequiret. nõ enim ſtupri,ſed matrimonij gratia datã eſſe. Nouerca[u] priuigno, nurus ſocero pecuniam dotis nomine dedit : neque nupſit.ceſſare cõdictio prima facie videtur: quoniã iure gẽtiũ inceſtũ cõmittitur.atquin vel magis in ea ſpecie nulla cauſa dotis dandæ fuit.cõdictio igitur competit.

n *Nihil.Sine cauſa*.ne ex alieno lucretur:vt.s̃.de tranſac.l.cum hi quibus.§.ſane ſi is.

o *Auũculo*.ex eo quod dicit hic auũculo,&.j̃.§.fi.dicit nouerca,innuit ꝙ ſciẽtes erãt ꝙ matrimoniũ nõ tenebat. & ſic facit ꝓ P. qui dixit ꝙ etiã ſciens repetat. Itẽ ꝓ eo extra de do.poſt di.re. cap.j. Sed nos cõtra.nã quomodo dotẽ repetit illa cui⁹ ſcelere ꝓnũtiatur nullum: vt.s̃.de cõdic. ob cau.l.j.§.fin. &.l.ij. quæ ſunt cõtra? Dic ergo ꝙ hic loquitᷣ cũ bene ſciebat auunculum ſuũ eſſe:ſed putabat ſibi licere de iure cõtrahere. Itẽ nec hic de facto fuit ſecutũ.Si obiicias:ſ hac iuris ignorãtia nõ debet ſubueniri mulieri vel mari:niſi in caſib⁹ quos notaui: vt C.de iur.& fac. igno.l. fi.Reſpon. & hic caſus de illis eſt in quo & mari & fœminę ſubuenitᷣ: vt.j̃.ad.l.Iul.de adul.l. ſi adulteriũ cũ inceſtu. §.ſtuprũ.in fi.§.&.§.nõ nũquã.&.§.idẽ. Quod autẽ dicit,ſ delicto pari,quod etiã ꝓ Pla. facit,quaſi per hoc videatur ſcire : referẽ ad extrinſecos caſus, vt per hoc idẽ in caſu ꝓpoſito.l. videatᷣ reſpõderi. quod tamẽ non eſt, vt poſtea ſubiicit. quidã tamẽ dicũt, ꝙ ſi ſciret eũ eſſe ſuũ auũculũ,nõ repeteret:ar.C.ſol.ma. ſi ignorans.Sed contra eſt,vt dictum eſt.

* non turpẽ cauſam in prop. quàm nullam &c. id eſt potius nullã quàm turpẽ. Vide Anto. Aug. lib 4. emẽd. ca. 8. Alias, nõ tam tur. &c.

p *Nupſit*.ſ.de facto,vel de iure.Si enim nupſiſſet ſciẽs factum & ius, vel factũ tantũ,dos applicaretᷣ fiſco: nec ipſa repeteret quaſi cauſa ſaltẽ de facto ſecuta ꝓpter quam dedit : licet hoc nõ ſufficiat ad cõdic.ob cau.ſ.cauſam tantũ de facto ſequi:vt.s̃.de cõdic. ob cau. l.dedi.§.ſi liber.& verũ eſt hoc etiã ſi ipſa in iure errauit.nã cũ repetitio denegetur,vbi errauerit in facto, niſi fuerit error acerrimus:vt C.de inceſt.nup.l.qui cõtra. ergo & multo magis iis denegabitur,vbi error iuris nõ iuſtus,nedũ iuſtiſſimus, interuenit. quãuis enim pœna excuſat error iuris:vt.j̃.de adul. ſi adulteriũ. §.j.&.§.inceſtũ.nõ tamen à periculo dotis:vt.j̃.de rit.nup. inceſtæ.quæ eſt huic.l.contra. Sed hic nõ fuit ſecutum:ibi ſic. Et hæc omnia quando fuit ſecutum matrimonium de facto. aliàs locũ habent ea quæ modo in alia notula dixi.

q *Dixi*.ſcilicet allegando.

r *Potiorem*.vt ſupra de condic.ob tur.cau.l.penul.in.prin. & C. de condic.ob tur.cau.l.cum te.Azo.

ſ *Reſpondere*.dixi,repete.

t *Rectè defendi*.Vulg.Reor rectè defendi.i.puto definiendo.

u *Nouerca*.quod dixit vbi non tenet matrimoniũ ratione ſanguinis,dicit idem etiam ſi prohibeatur ratione affinitatis. Itẽ. s̃. prohibetur iure naturali,hic iure ciuili,ſecundum Io.& facit ſupra de condict.ob cau.quod Seruius.

DE CONDICTIONE FVRTIVA.

*Explicito tractatu illarũ cõdictionũ quæ regulariter ſunt inductæ : nunc ad eas trãſitũ facit,quæ extra ordinẽ inductæ ſunt. Vel melius, ſupra proſe-*

UNED

*cutus eſt tractatum aliquarum: modo facit tranſitum ad alias. Vel tertiò: quia ſupra dixit de quadam quæ reſpicit turpem cauſam, vt de condict. ob tur. cau. ponit hic de alia. ſ. furtiua: & quia in medio multa interſeruit, etiã librum hic incipit. Accur.*

*Domino nõ datur cõdictio niſi ex cauſa furtiua, quod odio furũ introductũ eſt, quia in rẽ vel ad exhibẽdũ nõ tenẽtur vt fures ſed vt poſſeſſores. l. 12. C. de fur. Cõdictione vt fures, atque ideo re perẽpta in ea nõ diſtinguitur fuerit res peritura apud dominũ necne, ſicut nec in actiõe quod metus cauſa et interdicto vnde vi & quod vi aut clã, quæ tamẽ diſtinctio in aliis actionibus admittitur. Sed exẽplo furis domino etiam permiſſũ eſt condicere prædoni, & cõiugi qui quæve res amouit in matrimonio vel diuortij cauſa, & inficiatori, & generaliter cuilibet ex iniuſta cauſa poſſidenti quaſi proximo furi. Ceteræ cõdictiones non dominis dãtur, videlicet ſi agatur certi, nõ ſi agatur incerti. Hæc ſoli domino, æque ſi agatur certi, non ſi incerti. Cuiacius.*

† In hũc tractatum Gel. lib. 11. Noc Att. ca. 18. &. Alexan. ab Alexã. Gen. dier. li. 6. ca. 10.

# Digeſtorum ſeu Pandectarum liber tertiusdecimus.

## TITVLVS I. DE CONDICTIONE furtiua.†

I. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Sabinum.*

IN furtiua re [a] ſoli domino [b] condictio competit.

Qui nõ poteſt furtum committere, poteſt hac actione ex alterius perſona teneri. Bar.

II. POMPONIVS *libro ſextodecimo ad Sabinum.*

COndictione ex cauſa furtiua & furioſi & infantes obligãtur, cũ heredes neceſſarij [c] extiterũt: quãuis cũ eis agi non poſſit. [d]

In cõdictione furtiua habetur ratio intereſſe cõſiſtẽtis ĩ lucro. Bar.

III. PAVLVS *lib. 9. ad Sabinum.*

SI condicatur ſeruus [e] ex cauſa furriua, id venire [f] in cõdictionem certum eſt, quod interſit agentis: veluti ſi heres ſit inſtitutus, [g] & periculum ſubeat dominus hereditatis perdendæ, [h] quod & Iulianus ſcribit. Item ſi mortuũ hominem condicat, conſecuturũ ait pretium hereditatis, [i]

Hac actione tenetur domin⁹ ex perſona ſerui: & datur noxalis in eo qđ ad dominũ nõ peruenit. idẽ in patre ex peſona filij. & qui furtũ cõmiſit, hac actione nõ tenebitur. h. d. cũ duabus. ll. ſeq. Bar.

IIII. VLPIANVS *lib. 41. ad Sabinũ.*

SI ſeruus vel filiusfamilias furtũ commiſerit, condicendum eſt domino [k] id quod ad eum peruenit: [l] in reſiduum, noxæ ſeruum dominus dedere poteſt.

V. PAVLVS *libro nono ad Sabinum.*

EX furtiua cauſa filiofamilias condici poteſt. nũquam enim ea condictione alius quàm qui fecit tenetur, aut heres eius.

VI. VLPIANVS *libr. 38. ad Edictũ.*

PRoinde & ſi ope [m] conſilio alicuius furtum factum ſit, cõdictione [n] non tenebitur, [o] etſi furti tenetur.

Deciſio in actione furti nõ præiudicat in cõdictione furtiua. Bar.

B VII. IDEM *libro. 42. ad Sabinum.*

SI pro fure [p] damnum [q] deciſum ſit, cõdictionem non impediri veriſſimum eſt. deciſione [r] enim furti quidem actio, non autem condictio tollitur. [ſ]

Perſecutoria nõ tollitur per pœnalẽ, nec ecõtra: ſed perſecutoria per pſecutoriã bene tollitur. Bar.

Furti actio pœnã petit legitimã, cõdictio rẽ ipſam. Ea res facit vt neq; furti actio per cõdictionem, C neq; cõdictio per furti actionem cõſumatur. [t] Is itaque cui furtũ factũ eſt, habet actionem furti, & cõdictionẽ, & vindicationẽ, [u] habet & ad exhibendũ actionem.

Hæc actio datur contra heredẽ etiam in eo quod ad eum nõ peruenit, qualitercunque & quomodocunque res perierit, ſiue quantumcunque. Bartolus.

Cõdictio rei furtiuæ quia rei habet perſecutionẽ, heredẽ quoque furis [x] obligat: nec tãntùm ſi viuat ſeruus furtiuus, ſed etiã ſi deceſſe- D rit. [y] Sed & ſi apud furis heredem diẽ ſuum obiit ſeruus furtiuus, vel nõ apud ipſum, [z] poſt mortẽ [a] tamen furis, dicendũ eſt condictionẽ aduerſus heredẽ durare. Quæ in herede diximus, eadem erunt & in cæteris ſucceſſoribus. [b]

In obligatione rẽ reſtitui, demũ perẽpta re ſuccedit obligatio ad intereſſe quãdo eſt cõtra furem, quãti res plurimi fuerit, & habetur ratio fructuum. Bartolus.

a *IN furtiua re.* i. pro re furtiua perſequenda.

b *Soli domino.* hoc eſt cõtra naturã aliarũ cõdictionũ. nã nõ dominis tantũ dãtur: vt. ſ. vſufru. quẽad. ca. l. ſi. ſed hæc domino: vt hic, & inſti. de act. §. ſic itaq;. & quaſi domino, vt heredi, qui nõ erat dominus tẽpore furti facti: vt. j. e. l. ſed nec. Itẽ tutori: vt. j. de fur. l. interdũ. §. qui tutelã. ſed certe etiã nõ domino vel quaſi videt̃ dari, vt creditori qui habet ius in re: vt. j. de pign. act. l. ſi pignore. quæ eſt cõtra. Sol. ibi loquitur de cõdic. incer. nõ furti. vt. j. e. l. & ideo. §. fi. Accur.

c *COndictione. Neceſſarij.* & ſui, quales ſunt filij, & alij in poteſtate: vt inſti. de hered. qua. & dif. §. ſui. Sed hodie poſſunt abſtinere etiã ſine reſtitutione: vt inſt. e. §. ſed & his. & j. de adquir. hered. l. ei qui ſe. Sed quid ſi eſt extraneus heres furioſus? Reſpon. vt C. de cur. fur. l. fi. §. j. &. §. pen.

d *Nõ poſſit.* quia nõ ſũt legitimę ætatis, vel ſanę mẽtis: niſi pupill⁹ cũ auctoritate tutoris cõueniretur: vt. j. de admi. tu. l. j. §. ſufficit.

e *SI condicatur ſeruus.* viuens. Accur.

f *Id venire.* ſubaudi, etiam. Accur.

g *Si heres ſit inſtitutus.* vel ſimilia damna conſequatur per hoc: vt ſ. ad. l. Aquil. inde Neratius. §. idem Iulianus. Idem in act. furt. vt infra de fur. l. in furti actione. §. j. &. l. ſi quis vxori. §. pe. & ar. inſti. ad le. Aquil. §. illud.

h *Perdendæ.* id eſt perditę: vt infra de fur. ſi quis vxori. in. §. pe. ſic tempus pro tempore: vt C. de iis qui not. infa. ſi Poſidonium.

i *Hereditatis.* & etiam pretium ſerui, cum res furtiua periculo furis ſit.

k *SI ſeruus. Domino.* idem in patre: vt infra eod. Iulianus. & infra re. amo. l. viua.

A l *Peruenit.* vt. j. de act. emp. ſeruus quẽ. in prin. & de contrahen. emp. l. quotiens. &. ſ. de minori. l. quòd ſi minor. §. ſi ſeruus. &. j. de pœ. licet. §. ex cauſa. &. j. de leg. j. l. ſi heredis ſeruum.

m *PRoinde. Ope.* quando ope, & quãdo conſilio, habes inſtit. de obli. quæ ex deli. naſcun. §. ope.

n *Cõdictione.* ſ. furtiua. Accurſius.

o *Tenebitur.* imò videtur quòd ſic: vt. j. de ver. ſig. l. ſæpe. in fi. quę eſt contra. Sol. hic non peruenit res ad eũ qui opem tulit, ibi ſic. [a] vel ibi de cõdic. id eſt de actione perſonali: puta certi cõdic. dicit, nõ de iſta: & hęc vera. Alij dicunt, hic de ope teneri, non de conſilio: vt ibi, & eodẽ modo reſponde ad aliam legem infra de pecu. l. peculiũ. §: ſed ſi opem.

a] Imò nec tunc, niſi haberet furem in ſua poteſtate: ſecundum Pau.

p *SI pro fure.* id eſt per actionem furti.

q *Damnum.* dupli vel quadrupli ſoluendi à fure.

r *Deciſione.* facta ſuper duplo vel quadruplo.

ſ *Tollitur.* imò videtur tolli: vt ſupra de iureiur. ſi duo. §. Idẽ Iulianus. quæ eſt cõtra. Solu. vt ibi. ADDITIO. Dic ꝙ ibi fuit iuratum vel ſentẽtiatum ſuper facto: hic ſuper actione, ſecundum Pau.

t *Conſumatur.* hoc in pœna legali. ſec⁹ in cõuentionali, vbi loco intereſſe ſuccedit: vnde non poteſt vtrumque peti: vt infra de excep. do. apud Celſum. §. Labeo. quæ eſt contra: niſi ibi eſſet dictũ, rato manente pacto: vt ſupra de trãſact. qui fidem. quando autem tollatur vna per aliam, plene no. ſ. nau. ſta. l. idem. §. fi.

u *Et vindicationẽ.* ſi eſt domin⁹. ſed vna iſtarũ perſecutoriarũ per alterã tollitur: vt C. de noxa. l. fin. & facit Co. de fur. l. ancillæ. Accur.

x *Furis.* ſ. ſuo nomine ſi contrectet: non tantùm defuncti.

y *Deceſſerit.* viuo fure.

E z *Apud ipſum.* ſcilicet heredem: ſed apud alium.

a *Poſt mortẽ.* Sed nõne idẽ & ſi ante mortẽ furis obierit: vt inſtit. de obli. quæ ex deli. naſc. §. fi. &. ſ. proxi. §? Reſpõ. ita. quod ergo dicit poſt mortẽ, ideo dicit, quia ſi ante mortem furis deceſſiſſet heres furis, nunquã ſuo nomine, id eſt propter ſuũ maleficiũ dãnaretur, ſed alieno, id eſt defuncti: vt. ſ. de iis qui no. infa. l. furti. §. ſi quis alieno. vbi autẽ poſt mortem decedit, ſuo etiã nomine poteſt heres obligari, ſi contrectet contra voluntatẽ domini cui ſurripuit defunctus. Vt enim perſona domini mutata de nouo naſcitur actio furti, remanente prima tamen: vt. j. de fur. l. interdum. j. reſpon. ita & perſona furis mutata ſtatuendum eſt vt noua naſcatur: vt dictum eſt ſecundum Azonem.

b *Succeſſoribus.* ſcilicet in ius Ioan. non in rem: vt ſupra de eden. quædam ſunt. §. j. &. j. eo. ſed nec. Azo. Ex quo ergo in heredes datur: quæro vnde hæc actio naſcitur? Dicunt quidam ex maleficio: quia noxaliter datur: vt. ſ. eo. ſi ſeruus. Alij ex quaſi maleficio,

ficio,& ex quaſi contractu:&ſic intelligunt & inducũt.j̃.de act.& oblig.l.j.Tu dicas ex variis figuris , id eſt nec ex contractu vel quaſi,nec ex maleficio vel quaſi:ſed anomalã & ſeparatã quandã habet naturã:cũ habeat ſimilia & diſſimilia cũ omnibus . cũ cõtractibus enim vel quaſi,habet ſimile,vt in heredẽ detur,licet ad eum nil peruenerit , vt notaui modo.s̃.l. ꝓxi. & in hoc differt à maleficiis vel quaſi , quæ nõ dantur niſi inquantum peruenit : vt C.ex delic.defun.l.j. cũ maleficiis vel quaſi habet ſimile,vt detur noxaliter, vt dixi . in quo diſcrepat à contractu vel quaſi:vt.s̃.de iis qui de iece.vel effu.l.j.§.cũ ſeruus . Sic & actio in factũ eſt ex variis figuris cauſarũ:vt C.de ſacro. eccle.l.ſancimus. & de iſtis duabus intelligit̃ illud tertium membrũ j̃.de act.& oblig.l.j. in prin . ibi , aut ex variis figuris &c.Accur.

* Aeſtimatio eſt in obligatione poſt interitum . & ita accipio.l. ſi ſeruũ. §. pe. de ver.obl. l. promiſſor Stichi. 21. & 23. de cõſtit. pec.j̃. L.R.

† hanc actionem.

IN re furtiua. ] CASVS. In lege iſta dicit quę veniãt in condictione furtiua:quia res ſubtracta cõdici debet ſi extat: ſi nõ, æſtimatio illius condici debet: niſi forte fur obtuleritpoſt oblationẽ : ſi perierit , nulla erit cõdictio. Vi.

a *In re furtiua*. nũc reſpondet.

b *Et ſiquidem*. oblatio prodeſt quo ad interitum:vt hîc,&.j̃.e. parui.& C.eo.l. fi.&.j̃.de ver.obl.interdũ.§. Stichi.Nõ ad actionẽ pœnalẽ furti vitandã:vt j̃. fur.qui ea mente.

c *obtulit*.vel niſi ſimile fecerit : vt quia nouauit:vt.j̃.eo.parui.ſic.s̃.man.ſi procuratorem.§.fi.Accur.

a] Immo in obligatione poſt interitũ rei.Bar.B.& Pau.

d *Aeſtimationis*.imò æſtimãtio in ſolutione[a] eſt tantùm:homo autem ipſe in petitione:vt.j̃.de ver.obli.ſi quis ſtipulatus.§.fi.& l.eum qui.§.fi. ADDITIO. Dic ꝙ ille leges loquuntur in obligationibus in rem dari:hic in rem reſtitui.Bar.& Bal.

e *Non poteſt*.quia deſiit eſſe in rebus humanis.

f *Plurimi*.ſcilicet à tempore commiſſi furti: vt hic, & infra rerũ amot.l.pe.&.j̃.de tri.l.pe.in fin.non autem ſi plus valuiſſet ante furtum factum,de hoc tenetur:licet in lege Aquil . teneatur : vt infra de pri.delic.l.nunquam.§.item quæſitum eſt.

g *Moram*.vt.j̃.e.l.fi.& C.de condic.ob tur.cau.l.fin.Accur.

h *Nouiſſimè*.id eſt in vltima parte huius legis,vel etiã tractatus.

IN condictione.] CASVS. Heres furis condictione furtiua tenetur.vnde ſi res furtiua nõ inſolidum ad heredem peruenerit, pro parte tenetur,cum pro parte ſit heres.ſi inſolidum peruenit, inſolidum tenetur.Viuianus.

i *Peruenit*.de re furtiua.Accur.

k *Sumus*.de vno loquitur in plurali numero: ſed. j̃. proxi. ibi, pro parte &c.loquitur quando ſunt plures.Accur.

l *Pro parte*.hoc non ita intelligas , vt ſi tota res ad vnum peruenit,ipſe in totum nõ teneatur:imò tenetur in totum : vt.j̃.commo.l.iij.§.heres.&.s̃.de eden.l.ſi quis. §. j . ſed vt etiam ſi minus quàm pars hereditaria ſit quæ peruenit ad eum de re furtiua,tamen inquantum heres eſt,teneatur.Azo.ſi tamen lis fuerit cum defuncto conteſtata,etiã ſi vnus teneat totum , non niſi pro hereditaria parte tenetur:vt infra de præto.ſtip.l.ij.in fi.

m *Tenetur*.ſcilicet nomine defuncti.

n SIue manifeſtus.*Condici*.id eſt agi condic.fur.

o *Deprehenſa*.id eſt apprehenſa.Accur.

p *Apprehẽdit*.verũ eſt pro poſſeſſione illa,ſed pro fructib⁹ & ſimilibus poteſt cõpetere:vt.s̃.e.ſi con dicatur.&.l.in rem.§.fi.

VIII. IDEM *libro vicenſimoſeptimo ad Edictum.*

IN re furtiua[a] condictio ipſorũ corporũ cõpetit. ſed vtrũ tamdiu quãdiu extẽt,an verò & ſi deſierint eſſe in rebus humanis?Et ſi quidem [b] obtulit fur , ſine dubio nulla erit cõdictio.ſi nõ obtulit, [c] durat cõdictio æſtimationis[d] * eius . corpus enim ipſum præſtari nõ poteſt.[e] Si ex cauſa furtiua res cõdicatur,cuius tẽporis æſtimatio fiat quæritur.Placet tamẽ id tempus ſpectandũ,quo res vnquã plurimi [f] fuit : maximè cũ deteriorẽ rẽ factã fur dãdo nõ liberatur . ſẽper enim morã [g] fur facere videtur.Nouiſſimè[h] dicẽdum eſt etiã fructus in hac † actione venire.

Hæc actio datur cõtra heredes pro hereditaria portione, non inſpecto ſi ad eos min⁹ peruenit.Bar

IX. IDEM *lib.trigẽſimo ad Edictũ.*

IN condictione ex cauſa furtiua , non pro parte quæ peruenit, [i] ſed in ſolidũ tenemur dum ſoli heredes ſumus. [k] pro parte [l] autem heres,pro ea parte pro qua heres eſt,tenetur. [m]

Hæc condictio competit cõtra furem manifeſtum , ſiue non manifeſtũ: niſi poſſeſſio rei ad dominum ſit reuerſa.Barto.

X. IDEM *libro 38.ad Edictum.*

SIue manifeſt⁹ fur,ſiue nec manifeſtus ſit,poterit ei cõdici. [n]

q *Occidiſſe*.in his tantùm caſibus dicit P.furem manifeſtũ teneri
A condictione furti:quod omnino falſum eſt,ſecũdum Io. nã poteſt & pluribus aliis modis accidere . Quid enim ſi nõ occiderit. ſed vulnerauerit?Itẽ quid ſi fur fuerit viſus nõ captus? fur quidẽ eſt manifeſtus,nõ tamen apprehẽſus:vt.j̃. de fur.ſi quis in ſeruitute.cõueniri ergo poterit: ſed hic indubitabilia poſuit exempla, ſecundum Azo.

r *Cõdici poſſe* . quia eſt fur:vt inſtit.vi bo. rap. in princip.

ſ *Tandiu autẽ*.cõdictio furtiua datur domino quãdiu res durat ſua : ſed ſi alienauerit,diſtinguitur : aut facto ſuo, & tũc deſinit ei cõpetere: de quo ponit tria exempla: ſcilicet quãdo vendit vel legat furi, vel extraneo: quo tertio caſu etiã legatarius cõdictionẽ nõ habet, adiicitur etiã quartum exẽplum in. l. & ideo. quãdo duo erãt domini rei furtiuæ : & vnus prouocat aliũ ad diuiſionẽ : & alteri eorum eſt adiudicata . nam ſi eſt adiudicata prouocato, prouocãs amittit condictionẽ : quia ſuo facto videtur alienaſſe ſuam partẽ.ſi autẽ prouocanti eſt adiudicata, prouocat⁹ nõ amittit: quia nõ videtur ſuo facto ſuã partẽ alienaſſe: vt hic dicit vſq; ad . §. Neratius.in. l. & ideo.

† Bal. hic dicit iſtũ text. meliorẽ de iure ad cognoſcendũ quis ſit fur manifeſtus : cũ quo ſtandũ eſt: quia text. clarus in ſe eſt, & optime probat Bolog. Condi. furtiua an re alien.na domino competat.

t *Alienauerit*.Sed hoc quomodo ſine poſſeſ? Reſpon . vt infra. eod. l.& ideo.

u *Pure*.ſecus ſi ſub cõditione : vt.j̃.eo.ſi ſeruus.

Ita demũ autem manifeſtus fur † cõdictione tenebitur, ſi deprehẽſa [o] nõ fuerit à domino poſſeſſio eius.Cæterũ nemo furũ cõdictione tenetur poſteaquam dominus poſſeſſionẽ adprehẽdit. [p] & ideo Iulianus vt procedat in fure manifeſto tractare, de cõdictione ita proponit,furem deprehẽſum aut
B occidiſſe, [q] aut fregiſſe, aut effudiſſe id quod interceperat . Ei quoque qui vi bonorum raptorũ tenetur,condici poſſe [r] Iulianus libro vicenſimo ſecũdo Digeſtorum ſignificat.

Hæc cõdictio datur domino & heredi eius.,non ſucceſſori titulo ſingulari.

Tamdiu autẽ [ſ] cõdictioni locus erit,donec domini facto dominiũ eius rei ab eo recedat.& ideo ſi eã rem alienauerit, [t] condicere non
C poterit.Vnde Celſus libro duodecimo Digeſtorũ ſcribit,ſi rem furtiuã dominus purè[u] legauerit furi,heredẽ[x] ei cõdicere nõ poſſe.[y] Sed & ſi non ipſi furi, ſed alij, idẽ dicendum eſt,ceſſare condictionem:quia dominium facto teſtatoris,id eſt domini diſceſſit.

XI. PAVLVS *libro trigenſimonono ad Edictum.*

SEd nec legatarius condicere poteſt:[z] ei enim competit cõdictio,cui res ſubrepta eſt, vel heredi eius, ſed vindicare rem lega-

D
x *Heredem*.ſcilicet domini.Accurſius.

y *Non poſſe*.ſ.furi,ſecũdũ Io.Sed nũquid actione furti aget heres contra furem?Azo.R.fortè ſic:vt ar.j̃.de fur.l.qui ea mente.

z SEd nec legatarius.*Condicere poteſt*.ſcilicet condic.furtiua, ex cõtrectatione prima:vt dicũt.ſed ex ſecunda[b] ſic: vt.j̃.de fur. ſi dominium.ratione igitur primæ,nulli . Vel dic ꝙ condict.furtiua non agitur, nec ex prima,nec ex ſecũda:ſed furti ex contrectatione prima,quaſi hoc ius vnà cũ rei dominio tranſeat & ambulet:vt.d.l.j̃.de fur.ſi dominiũ.&.l.ſi cũ quis in hoſtiũ.§.j&.l.ſi is.§.j.& ex noua cõtrectatione alia naſcit̃ furti actio : vt ſic duas actiones[c] furti habeat idẽ contra eundẽ,& nomine eiuſdẽ rei: vt j̃.de fur.interdũ.in prin.Vel loquitur ibi in.l.interdũ.quãdo poſſeſſio rediit ad dominũ,ſecundũ R.&fur ſecundo ſurripuit.aliàs prima act.furti ſufficeret.quod H.non placet.ſ. ꝙ agat legatari⁹ ex vtraque contrectatione.Itẽ no.ex prædictis ꝙ heredi non re-
E manet condictio etiã ex prima cõtrectatione. & ſic eſt contra.s̃. de ſer.cor.ſed heres.Vel dic ſecundũ H.ꝙ hic loquitur de cõdic. at in act.furti.dic,ſi iure vniuerſali res furtiua deuenit ad dominium alterius,vt heredẽ,vel bo.poſ.vel arrogatorem:agitur etiã ex veteri contrectatione & noua. & ſic duæ eidẽ & contra eundem actiones furti competunt:vt.l.ſi dominium. &. l. ſi cũ quis in hoſtium.nec ob.l.ei qui.quia ibi dominiũ nõ mutatur . quod ergo facit,quando redit ad dominium,vt.l.interdum. §. fin.hoc hic dominij mutatio.Item ſicut heres furis tenetur noua cõdic. & noua act.fur.vt.s̃.eo.l.ſi pro fure.§.fi.ſic & domino nouo noua actio datur.at ſi ſingulari ti.vt legato,agitur tantùm pro noua cõtrectatione:vt.l.ſi dominium.in fin.pro veteri heres : vt.s̃. de ſer.cor.ſed ſi heres.vel illud[d] in act.ſer.cor.in furti . idẽ quod in vniuerſali dicunt . Alij dicunt ex veteri contrectatione indiſtincte dari veteri domino:[e] quod eſt contra.l.ſi dominium.Sed quæ eſt ratio diuerſitatis inter condic.fur.& furti actionẽ? Item

b] Iſtud eſſet contra generalitatem iſtius.l. ſecundum Bar. & Pau.

c] Nihil eſt B.B.&Ange.

d] Immo inter illas actiones non eſt differentia , ex mẽte Bart. & Pau.

e] Et malè Bar. Bald. & Pau.

UNED

quare non eſt ita ambulatoria condictio, vt actio furti? Reſpon. condictio prodita eſt vt detur dominio, quod eſt cõtra naturam condic. & cõtra ius. ergo reſtringitur ad præſentia, non futura: vt ꝟ. de lib. & poſthu. l. cũ quidã. &. ſ. vſufruct. quemadmo. ca. l. fin. etiam ex futura contrectatione. vel ideo non tranſit, quia alia actione conſulitur: vt in fi. huius legis.

A

a *Poteſt.* legatarius, ſecundum Ioann.

b *Et ideo. Si res mihi.* vt quia eã cõmodaſti, & alius ſurripuit.

c *Mihi.* id eſt à me furtiue ſubtraxit.

d *Facto.* vt ſtatim ſubiicit in exemplo, in cõmuni &c.

e *In communi.* igitur rẽ cõmunem, puta ſeruũ cõmunem tecum habeo. hic ſurripitur vel ab eo cui cõmodauimus: vel ab vno noſtrum. interim prouocas me ad iudicẽ communi di. Diſtingue ergo: aut eſt mihi adiudicata res te prouocãte: & tunc condictionem amiſiſti, quam pro tua parte habebas: & ego condicã pro mea parte quę mihi remanſit, & pro ea quæ ex iudicatione ad me peruenit. ſi autem adiudicaretur tibi prouocanti, condictio remanet mihi meæ partis: tibi etiam tuæ partis ſimiliter remanet: vt hac. l. dicitur & ſic no. ꝙ ſufficit hoc vltimo caſu aliquando interfuiſſe mea in condic. licet hodie non in-

tam ab eo poteſt. [a]

XII. VLPIANVS *libro trigenſimooctauo ad Edictum.*

ET ideo eleganter Marcellus definit libro ſeptimo. ait enim: Si res [b] mihi [c] ſubrepta, tua remaneat, cõdices. Sed & ſi dominiũ nõ tuo facto [d] amiſeris, æquè condices. In cõmuni igitur re eleganter ait intereſſe, vtrum tu prouocaſti cõmuni diuidundo iudicio: an prouocatus es: vt ſi prouocaſti in cõmuni [e] diuidũdo iudicio, amiſeris cõdictionem: ſi prouocatus [f] es, retineas. [g]

B

Ei qui nõ eſt dominus, ſed habet ius in re, in locum condic. fur. cõpetit condictio incerti. Bar.

Neratius libris Membranarũ Ariſtonẽ exiſtimaſſe refert, eũ [h] cui pignori res data ſit, incerti [i] cõdictione acturum, ſi ea ſubrepta eſt.

Etiã ſpecies facta ex materia mea venit in hac condictione: & in ea habetur ratio meliorationis factæ, etiam ſumptibus furis. Bar.

XIII. PAVLVS *libro trigenſimonono ad Edictum.*

EX argẽto [*] ſubrepto pocula [k] facta condici poſſe Fulcinius ait. ergo in condictione poculorũ etiã cælaturæ [l] æſtimatio fiet, quę

C

[*] Muſto quoque ex alienis vuis facto locum habet hęc actio l. ſi quis vxori. 53. ſ. ſi quis maſſã. de fur. modò qui muſtũ fecerit, ſciret alienas eſſe vuas ita enim muſtũ pertinebit ad eum qui domin[9] fuit vuarum. l. de eo. ſ. ſi quis. ad exhib.

terſit. quod in actione furti. eſt expeditum: vt. ꝟ. de fur. inter omnes. in princi. Accurſius.

f *Prouocatus.* & vtroque caſu eſt alteri adiudicata.

g *Retineas.* ſ. cõdic. fur. cum facto tuo dominiũ non ſit tranſlatũ: ſed potius quadam neceſſitate. Sed op. aut huius rei pro qua egimus cõmuni di. poſſeſſionẽ habemus: & tunc non poteſt agi cõdic. vt. ſ. eo. ſiue manifeſtus. aut non: & tũc nõ potuit dominium trãſire de vno in aliũ? Reſpõ. facile eſt ſecundũ nos aſſignare, qui dicimus dominiũ ſine poſſeſſione adquiri. pone enim quòd eum induco in poſſeſſionem. [a] licet enim non adquiritur ei poſſeſſio, quia alius eã habet: tamen adquiritur dominiũ: vt. ꝟ. de fun. do. l. ſi fundum. Vel pone ſecundum Azo. ꝙ fur ſtatim re adiudicata ſocio, ei tradidit poſſeſſionem: quia erat homo potens: nõ tamẽ volens reſtituere cui ſurripuerat, ſpernens eum. Vel pone eam poſſeſſionem deueniſſe ad dominum, qui ignorans ſuam eſſe, alicui pretium vel æſtimationem præſtitit, & ſic conſecutus eſt rem: vt. ꝟ. de ver. ſignifi. l. Labeo. ſ. item. Vel dic ſpeciale in tribus iudiciis iſtis: ſcilicet fami. ercis. communi diui. fi. reg. vt transferatur ſine poſſeſſione ex ſola ſententia dominium: [b] vt inſtitut. de offi. iudi. ſ. j. hoc autem conſtat, quòd licet non poſſideamus, tamen hoc iudicio communi diui. & ſimilibus agi poteſt: vt hic, & ſ. fami. ercis. item Labeo. ſ. fin. & l. ſeq. Accur.

[a] Iſta inductio eſt difficilis in re mobili. Bal.

[b] Iſta eſt vero, quando res erat cõmunis ex ſocietate: aliàs ſecus. Bar.

h *Eum.* ſcilicet creditorem.

i *Incerti.* hæc datur iis qui domini non ſunt, quorũ tamẽ intereſt rem ſaluã eſſe: quia ius habent in re: vt hic, & ꝟ. de pign. act. ſi pignore. Si vero quis tantũ bona fide habeat poſſeſſionẽ, & non habeat ius in re, condicet condic. triticaria ipſam poſſeſſionem: vt. ꝟ. de triti. l. ij. Alij dicũt vtili condic. furti. Sed ſi neque dominiũ, nec ius in re, nec poſſeſſionẽ habeat, ſed detentationem tantum, vt cõmodatarius, vel depoſitarius, vel ſimiles: videtur deſtitui omni actione de iure cõmuni: ſed forte cõſuletur ei act. in factum, vel offi. iudic. ad ipſam poſſeſſionẽ: vt ar. C. de agri. & cen. l. ſi coloni. ſecundum Azo. & ſecundum H. incerti. Accur.

k *Ex argento. Pocula.* ſcilicet ex argento: vt. ꝟ. de fur. ſi quis vxori. ſ. ſi quis maſſam.

l *Cælaturæ.* id eſt deauraturæ.

m *Facta eſt.* omnia hęc enim videtur donare, cum ſit malæ fidei: & ideo ad æſtimationẽ omnium iſtarum tenetur: vt hic, & infra re. amo. l. penul.

n *Creuerit.* quas impẽſas nõ repetit: vt hic, & C. de infan. expo. l. j.

impenſa furis facta eſt: [m] quemadmodum ſi infans ſubreptus adoleuerit, æſtimatio ſit adulеſcẽtis, quanuis cura & ſumptibus furis creuerit. [n]

Si actor pendente iudicio deſinit eſſe dominus facto ſuo, vel actoris ſui, ius eius extinguitur: ſecus ſi facto furis: & res æſtimatur quantum vendi poteſt. Bar.

XIIII. IVLIANVS *libro vicenſimoſecundo Digeſtorum.*

SI ſeruus furtiuus ſub cõditione legatus fuerit, pendente ea heres cõdictionẽ [o] habebit. Et ſi lite conteſtata conditio extiterit, abſolutio ſequi debebit [p] perinde ac ſi idem ſeruus ſub conditione liber eſſe iuſſus fuiſſet, & lite conteſtata conditio extitiſſet. [q] Nam nec petitoris iam intereſt [r] hominem recipere: & res ſine dolo malo [ſ] furis eius eſſe deſiit. Quòd ſi pendente cõditione iudicaretur, iudex æſtimare debebit quanti emptorem inuenerit. [t]

Malæ fidei poſſeſſori litis æſtimationem ſoluenti, de euictione non cauetur. Bar.

Cauere autẽ ex hac actione petitor ei [u] cum quo agitur non debebit. [x]

*Si ſeruus.* CASVS. Aliquis mihi reliquit ſeruum ſub conditione: pendente ea ſurreptus eſt. an competat condictio mihi aut heredi pendente conditione, quæritur. Et dicitur quòd heredi. vnde ſi egit, & pendente lite extiterit con ditio: non aget heres decætero condictione furti: quia nihil intereſt heredis. & hoc probat per ſimile. Cætera plana ſunt vſque ad finem tit. Viuia.

o *Condictionem.* ideo heres, quia non eſt dominus legatarius conditione pendente: vt ar. ſupra vſufru. quemad. ca. l. ſi vſufructus mihi legatus. ſ. plane. Et hoc ex eo apparet, quia nec ante diem repudiari poteſt: vt. ꝟ. de lega. ij. ſi ita ſcriptum. ſ. ſi ſub conditione. Item expreſſum eſt ſupra de rei vindic. l. non ideo. Accur.

p *Debebit.* ſcilicet ab herede. ſed nec legatario datur condic. vt. ſ. eo. ſed nec.

q *Extitiſſet.* quo caſu procedi vltra non debet: vt hic, & infra de fur. ſi quis vxori. ſ. ſi. & argu. ſupra ad exhi. tigni. ſ. fi. & ſupra de rei vin. l. ex diuerſo. in ptin. Sed cur denegatur heredi condic. his duobus caſibus, cum ab eo inuito recedit dominiũ: vt. ſ. e. ſi ue. ſ. tãdiu? Reſpon. ſecundũ Azo. heres voluiſſe [c] videtur, cum teſtator voluit: etiã ſi doleat: cum poſt aditam hereditatẽ exiſtat conditio. Nam & heres ad legata compellitur, cum quaſi cõtraxerit: vt inſtit. de obli. quæ ex quaſi contract. ſ. heres.

D

[c] Bal. dicit iſtã gl. ſing. quòd in his quæ geſta ſunt per defunctũ, cenſetur heres eadem perſona cũ eo: vt plenius proſequitur hic in ſecundis interpreta. Bolog.

r *Intereſt.* non ergo datur condictio ſi intereſſe deſiit vel per libertatem, vel per interitum, vel per ſimiles modos. Sed contra. ꝟ. de fur. l. inter omnes. in princi. vbi dicit ſufficere ſemel intereſſe. Solu. ibi de actio. furti. hic de condi. fur. hoc non valet: quia idẽ ibi. de cõdic. dicitur ꝙ detur poſt interitũ rei: vt dicitur. ſ. eod. in re furtiua. ſ. ſed vtrum. Alij dicunt ꝙ ibi præciſe ſemel interfuit, quia ſua fuit ab initio. hic non erat præciſe. Tu vero dic [d] quòd hic facto ſuo deſiit eſſe ſeruus ſuus: & ideo cõdic. nõ habet: vt. ſ. eo. ſiue. ſ. fin. & l. & ideo. ſ. ſed & ſi dominium. cum facto teſtatoris qui legauit, vel libertatem reliquit: cuius factum heredis reputatur: vt in authen. de iureiur. à. mo. ſ. fin.

[d] Iſta ſol. procedit in cõdic. furt. ſecundum Bart. & P.

ſ *Dolo malo.* puta ſi ſine dolo malo furis, cõditio legati extiterit, vt ſic abſolueretur: quia ſi ipſe fecit conditionem exiſtere dolo malo, perinde dãnaretur conditione exiſtente, ac ſi penderet.

E

t *Inuenerit.* ſcilicet vt æſtimet quantum quis daret pro re cuius dominium à ſe receſſurum ſit. Sic ergo no. vulgare quòd res tantũm valet, quantum vendi poteſt: vt hic, & infra de fur. ſi vendidero. ſ. j. & l. ſi quis vxori. ſ. fin. & ꝟ. ad Trebel. l. j. ſ. ſi heres. Sed ar. contra. ꝟ. ad. l. Fal. in lege Falcidia. ſ. Proculus. Item huic dicto eſt contra. ſ. ad l. Aquil. [e] l. in lege Aquilia, ſi deletum. in eo quòd ibi in totum ſit cõdemnatio. Item in eo quòd ibi non fit ſtatim executio: ſed in eo ſpeciale, ſicut & alia multa ſunt: & de pœna inficiationis & ſimilibus. Accur.

[e] Dic quòd ibi non erat ius. de præſenti, ſed ſpe rabatur adeſſe per cõditionis euentum, hic aũt erat de præſenti: & ſperabatur accedere in euentũ cõditionis, ſecundum Bart. & Pau.

u *Ei.* ſcilicet furi.

x *Non debebit.* ſ. vt intereſſe reſtituat, quod nũc accepit, ſi deſinat eſſe ſua cõditione exiſtẽte: & eſt ratio: quia nõ ad pretiũ rei, ſed quanti res talis ſit agitur, ſecundum Azo. Itẽ & alia quia ſibi imputet ꝙ ipſam nõ reſtituit: vt. ſ. de rei vind. ex diuerſo. ſ. petitor.

*Bonis.*

Iſte eſt ſubtilis.§.A fure poſſum cõdicere rem meã, & id quod ex re mea ſupereſt:& qui conſecutus eſt totum, non poteſt petere partem:& qui cõſecutus eſt partem, poteſt petere reſiduum.Bartolus.

Boue ſubrepto & occiſo, condictio & bouis[a] & corij[b] & carnis domino cõpetit:ſcilicet ſi & coriũ & caro contrectata[c] fuerint.cornua quoq; cõdicẽtur.Sed ſi dominus cõdictione bouis pretiũ cõſecutus fuerit,& poſtea aliquid eorũ de quibus ſuprà dictũ eſt,cõdicet, omnimodo exceptione ſummouebitur.[d] Contra ſi coriũ condixerit,& prætiũ eius conſecutus, bouem condicet,offerente[e] fure pretium bouis detracto pretio corij, doli mali exceptione ſummouebitur.Idem iuris eſt vuis ſubreptis:nam & muſtũ & vinacia iure condici poſſunt.[f]

Liber factus ex veteri cõtrectatione, condictione furtiua non tenetur.Bartolus.

XV. CELSVS *lib.12. Digeſtorum.*

QVod * ab alio ſeruus ſubripuit, eius nomine liber furti tenetur.[g] † Cõdici autem ei non poteſt,[h] niſi liber contrectauerit.

In hac actione periculũ interitꝰ pertinet ad furẽ indiſtincte: ſed in actionibus deſcendẽtibus ex contractu,habetur ratio culpę ſecundum naturam contractus.Bart.

XVI. POMPONIVS *libro trigenſimooctauo ad Quintum Mucium.*

D QVi † furtum admittit vel re cõmodata vel depoſita vtẽdo,[i] cõdictione quoq; ex furtiua cauſa obſtringitur:[k] quæ differt ab actione cõmodati, hoc, quòd etiã ſi ſine dolo malo &culpa eius interierit res,cõdictione tamẽ tenetur:[l] cum in cõmodati actione nõ facilè vltra culpã[m] & in depoſiti non vltra dolũ[n] malũ teneatur is cũ quo depoſiti agitur.

Oblatione & nouatione purgatur mora furis.Bartolus.

XVII. PAPINIANVS *libro decimo Quæſtionum.*

PArui refert ad tollendã condictionẽ, offeratur[o] ſeruus furtiuus,an in aliud nomen, aliúmq; ſtatum obligationis trãsferatur.[p] B Nec me mouet,[q] præſens homo fuerit,nécne:cum mora quæ eueniebat * ex furto,veluti quadam[r] delegatione finiatur.

Falſus creditor accipiẽdo ſciẽter indebitũ,furtũ facit:& condictione furtiua ſoluenti tenetur.Bart.

XVIII. SCÆVOLA *libro quarto Quæſtionum.*

QVoniam furtũ fit cum quis indebitos nũmos ſciẽs acceperit,[s] C videndũ,ſi procurator ſuos nũmos ſoluat,an ipſi furtũ fiat.Et Pomponius epiſtularũ libro octauo ipſum condicere ait ex cauſa[t] furtiua. Sed & me condicere,[u] ſi ratum habeam quod indebitum datum ſit.ſed altera condictione, altera tollitur.

Hæc condictio datur cum adiectione de peculio.Bartolus.

XIX. PAVLVS *lib.3.ad Neratium.*

IVlianus ex perſona filię quę res amouit,dandã in patrẽ[x] cõdictionẽ † in peculium[y] reſpondit.

Fur ſemper eſt in mora: ideo ad eum ſemper ſpectat periculum interitus.Bartolus.

XX. TRYPHONINVS *libro quintodecimo Diſputationum.*

LIcet * fur paratus fuerit excipere cõdictionem, & per me ſteterit dum in rebus humanis res fuerat condicere eã,poſtea autem perempta eſt,tamẽ durare condi-

---

a *Bouis*.ſcilicet totius ſic vniuerſaliter accepti, licet ſit mortuus: & venit æſtimatio:vt ſupra.e.in re furtiua.

b *Corij*.hoc quod de corio & carne dicit,intellige ꝙ competit actio.ſ.cõtra alios inuito domino cõtrectãtes.nã ꝙ contra furem pro ſingulis mẽbris detur cõdic.nõ videtur iuſtũ:vt.ĩ.commo.l. in cõmodato.§.duabꝰ. Eſt & alia ratio,quia aſſidua cõtrectatione nõ ſit furtũ: vt.ĩ.de fur.l. ei qui.Vel dic ꝙ cõmittit furtũ,& tenetur cõdic. fur. ad corium, ſi poſtea cõtrectet: quia alia res eſt hęc:& nunc incipit primo ſingulas partes poſſidere: vt.ĩ. de adquir.poſ.qui vniuerſas.in princ.& de vſucap. eũ qui.& ſic nũc primo cõtrectat.ſed tamen quia videtur contrectatio de eadem re, obſtat exceptio,ſi præſtitit bouis æſtimationem:& ecõtra tantum minus præſtat poſtea de bouis æſtimatione, quãti eſt corium cuius præſtitit æſtimationẽ. & idẽ dic in extraneo[a] vt habeat exceptionẽ ꝓ corio:ſi fur qui ſubtraxit,bouis æſtimationẽ præſtitit.& ecõtra ſi ꝑ cõdic.fur.fuerit cõſecutꝰ ab eodẽ extraneo bouis æſtimationẽ, & poſtea velit condicere coriũ & carnẽ ab eodẽ extraneo, obſtat exceptio rei iudicatæ: vt.ĩ. de except. rei iudic. l.ſi quis cũ totũ. §. plane. Nec ob.l.euidẽter in.e. tit. quia à tali prodeſſe ꝙ ſoluamus condẽnationem,& poſtea excipiamꝰ, liberet nos deꝰ.

a] Habente cauſa à fure. aliàs ſecus. Bar. & Pau.

* Cõiunge l.67.de fur.

† Idẽ omnino reſcriptũ eſt à Cordiano.l. licet. C. an ſeruus ex ſuo facto poſt manumiſs. ten.

c *Cõtrectata*.ſcilicet ab aliis inuito domino,vt modo dixi: vel ab ipſo fure.Accurſius.

† Cõiunge. l.qui re. 67.

d *Summouebitur*.ſic.ĩ. de excep.rei iud.ſi quis cũ totũ.§.plane.Soluit ergo quod reſtat.ſed ſecus in legato boue.[b] nam ſi moritur bos,heredes nihil præſtãt,nec corium,nec alia: vt infra de leg.ij.mortuo boue.j.reſpon.

b] Quia nõ erat teſtatoris, ſed heredis, vel alterius,ſecundum Pau.

e *Offerente*.imò & ſine oblatione videtur ꝙ poſſit eum repellere à petitione tota:ſicut ille qui ducit aquã vltra quam ſoleat,à tota ducẽda prohibetur:vt.ĩ.de aqua quoti.& æſti.l.j. §. item quæritur.Itẽ & quia à cauſa cadere videtur:vt inſtitu.de actio.§.ſi quis E agens.ſed certe imò debet offerre,vt hic dicit:& dices ꝙ ſine dolo malo petit plus:vnde ſibi non nocet: vt.C. de plus petitio.l.j. Item hic id petitur,quod iam diuidi poteſt.ſ. æſtimatio. & ſic nõ obſtat.d.l.de qua quot.& æſtiua.vt ibi in proximo.§.dicitur.

f *Poſſunt*.vt.ĩ.de fur.l.ſi quis vxori.§.ſi quis maſſam.

g Q*Vod ab alio.Tenetur*.quia noxa caput ſequitur in actio fur. non ſic in condi. vt ſubiicitur.

h *Non poteſt*.ex hoc probatur quòd non ex maleficio:[c] nam tũc noxa caput ſequeretur:vt.C.de noxa.l.j.Accurſius.

c] Nihil eſt, ſecundum Bar. &. P.

i Q*Vi furtum.Vtendo*.alio modo quàm debeat.

k *Obſtringitur*.ſed vna per aliam tollitur: niſi in id quod excedit:vt infra de act.& obl.qui ſeruum.§.ſi is.&.§. ſi tibi.

l *Tenetur*.ſcilicet furtiua.

m *Culpam*.ſ.latam & leuiſſimã & leuem:de quibus omnibus tenetur commodatarius:vt inſti.qui mo.re contrahi.ob.§. item is.

A n *Dolum*.quandoque enim vltra dolum tenetur cõmodatarius: vt ſi culpa vel mora præcedat caſum: vt.ĩ. commo.ſi vt certo.§. interdum.idem in depoſito,ſi culpa præceſſit:vt quia vẽdidit: & ſic furtum fecit:vt infra depoſi.l.j.§.ſi rem.quæ eſt contra.ſed hic vtendo,ibi vendendo commiſit furtum:vt dixi.

Cõmodatarius de omni culpa tenetur.

o P*Arui. Offeratur*. tunc nõ puto ꝙ cõdictio tollatᷣ ſtatim: ſed demũ re perẽpta.ſecus vero in nouatione.

p *Transferatur*. ſ. cõdi. fur. puta ſtipulor nouandi animo quicquid ex cauſa furtiua te dare facere oportet.non autem rem meam ſtipulor mihi dari: quia ſic nihil valet ſtipulatio: vt.ĩ.de verb.obli. ſcire debemus.§.fin.

q *Mouet*.ſ.ſecũdo caſu.

r *Veluti quædã*. vt enim per delegationẽ alius pro alio iudex aſſumitur:ita hic alia pro alia obligatio naſcitᷣ. Azo. Sed certe licet hic dicat,nec me mouet,&c. videtur contra debere dici.ſ.vt referat ſit præſens vel nõ:vt.ĩ.de ſol. qui decẽ.§.idem reſpõſum.quæ eſt cõtra.Sol. hic à fure ſtipulatꝰ fuit animo nouandi: ibi ab alio.Alij,ꝙ ibi erat ſeruus abſens multùm in alia prouincia:hic licet non præſens,prope tamẽ erat:vnde pro præſente eſt habendus: vt ĩ.de adqui. poſſ.l.iij.§. Nerua: Tu dic hic animo nouãdi:ibi nõ:quo caſu nõ tollitur niſi res præſens ſit:vt ibi dicitᷣ. Et ſic not.ꝙ tribus modis tollitur: per oblationem,item per ſtipulationẽ animo nouãdi factã, ſiue res præſens ſit,ſiue nõ.Item per ſtipulationem nõ animo nouãdi factã, ſi modò res pręſens ſit:nõ aliàs: vt.d.l.qui decem.Item facit huic.l. C. de contrahen.empt.l.j. Acc.

* veniebat.

† certi generalẽ. non autem furtiuã. Græci notãt ad.l.4.ŝ.e.

* Coniunge l pen. de vi. & vi arma.

ſ Q*Voniam furtum. Acceperit*. vt ĩ.de fur.l.falſus.in princ.Sed quomodo,cum dominiũ ſit tranſlatum in creditorem:& nemo rei ſuæ faciat furtum:vt patet in definitione furti:vt inſti.de obl.quæ ex deli.§.j? Reſpõ. hic videtur ſolutũ ſub hac cõditione,ſi creditor eſt.ſic &.ĩ. de adquir. poſ.ſi me in vacuam.vel hic nõ creditori,ſed falſo procuratori eius qui creditor putabatur, ſoluit. Vel melius:[d] hic errauit debitor in perſona creditoris:vnde dominiũ non trãſtulit:vt.ĩ.de fur.ſi qui vxori.§.cũ Titio.&.l.ſi is.§.ſi tu Titium.Et hoc caſu procuratori ſoluẽti datur cõdic.fur.nõ mihi domino,licet habeã ratum:quia ſoli domino datur.ipſe tamen debet eam cedere mihi: ſed habeo iure meo per ratihabitionẽ cõdic.indebi.vt hic,&.ĩ.de fur.ſi vẽdidero.§.fi.ſi autem tranſtulit dominium,& ratum habeam, datur mihi condic.indebi.vt.ŝ.de condi.indebi.ſi procurator.

d] Omnes ſolutiones diſplicent: ideo dic quòd ſi ſoluo ſuaſionibus creditorum,cõmittitur furtũ: vt hic. ſi vero mea ſpõte abſque ſuaſione creditoris, habet locũ cõditio indebiti. Alber. Barto: Sa. & Fulgo. licet. P. contra.

t *Ex cauſa*. item habet hic procurator act. furt. vt infra de fur.ſi vendidero.§.cum eſſet.

u *Condicere*.ſcilicet condi.indebi.vt modo dixi:licet quidam dicunt vtili condic.furtiua.

x I*Vlianus.In patrem*. inquantum peruenit ad patrem: vt infra de pecu.licet.§.ex furtiua.

y *In peculium*.inquantum locupletatum eſt peculium.Accur.

UNED

a Licet. *Voluerunt*.& bene,propter ratioñe quæ ſequitur: quia &c.&c.ĵ.de vi & vi ar.l.pe. &.ſ.e.l.in re.§. ſi ex cauſa.aliàs ſatis eſſet iudiciũ velle ſuſcipere:vt.ĵ.de vſur.ſi quis ſolutioñe. & ĵ.de reg.iur.l.non poteſt videri.&.C.de diſtrac.pign.ſi reſiduum.

DE CONDICTIONE EX LEGE.

*Quia hæc cõdic.ſicut ſuperior ſpeciali ratione eſt inuenta:ideo de iſta poſt illam ſupponit. Accur.*

*Condictio ex lege cõpetit ſi lex quæ obligationem introduxit nõ ediderit aliud genus actionis,vt condictio ex lege Iulia.l.dotalem.l.ſi vero & ſeq.Solu.mat. Cõdictio ex lege Cincia.l.21. De donat.Cuiac.*

ctioñe veteres voluerunt: [a] quia videtur qui primò inuito domino rem contrectauerit, ſemper in reſtituenda ea,quam nec debuit auferre,moram facere.

## DE CONDICTIONE ex lege.

## TITVLVS II.

Quando per legem ciuilem inducitur obligatio immediate,nec exprimitur actio, condictione ex lege agitur.Bartolus.

1. PAVLVS *libro.2.ad Plautium.*

SI obligatio † lege [b] noua introducta ſit,nec cautũ eadem lege, quo genere actionis experiamur, ex lege agẽdum eſt.

## DE CONDICTIONE triticiaria.

## TITVLVS III.

Hæc condictio locũ habet pro omni re , excepta pecunia numerata:ſiue certum,ſiue incertũ, ſiue dominiũ,ſiue poſſeſſio petatur.B.

1. VLPIANVS *libro vicenſimoſeptimo ad Edictum.*

*SI obligatio.*] CASVS. Pone caſum vbi obligatio introducitur noua lege.verbi gratia: Rem donaſti mihi ſimpliciter : hic nudo pacto fit donatio . nũquid ex tali nudo pacto oriatur obligatio?Dicitur ꝙ ſic.ſed quæ actio?Reſpõ.ſi lege cautũ ſit qua actio. agatur,ea agetur.ſi autẽ nõ ſit cautũ, agetur actio. ex lege.l. ſi quis argẽtum. §. ſinautẽ. C. de dona . & hæc bona eſt poſitio.Viuianus.

† Quid differat.l.legitima conuẽtio.ſupra de pac.& l.iſta, &an illa propter iſtã redd atur ſuperflua: vide p Iaſ.in d.l.legitima . in quarto propoſito Bolo.

b *Lege noua* . potes legere vt dicas,obligatio noua inducta lege.ſ.veteri:vel noua,propter id quod quãdoque etiã veteri:lege datur hæc cõdic.vt.ĵ.de adul. ſi poſtulauerit.§.fi. &.l.ſeq.Vel verius dic,lege noua: & appelles omnẽ legẽ nouam quę ſit poſt.l.xij.tabu.inducta.& accipe exẽplũ in donatione : vt C.de dona.ſi quis argentũ.§.fi.Itẽ in nudo pacto de ſalario præſtando:vt.C.de ſuffra.l.j.Itẽ in his quæ poſſeſſor hereditatis ſoluit:vt.C.de peti.here.l.fi.§.ſin autẽ.Item in legatariis quibus ſoluuntur legata facto inuẽtario,& creditores repetunt per condic. ex lege:vt.C.de iure deli.l.fi.§.licentia.Item in domino ſerui torti ob quæſtionẽ adulterij contra dominũ inſtitutam. nã ſi ſeruus ſit mortuus in tormentis,& dominus ſit abſolutus.condi.ex lege petet medietatem æſtimationis ſerui:vt.d.l.ĵ.de adulter.ſi poſtulauerit.in fi.&.l.ſequen. nec obſtat ꝙ illa eſt vetus lex . nam poſt legem.xij.tabu.eſt à Iulio Cæſare imperatore facta . Item poteſt poni in.l.ſi quis in tantam.ſed cum hæc exẽpla ſint per leges poſt iſtam factam,quomodo hęc lex de his cogitauit?Reſpon.bene.[a] & dic ſit,id eſt erit. ADDITIO. Dic quòd iſta expoſitio non eſt neceſſaria:quia tex.ſemper loquitur.Bar.Sal.& Fulgo.

a] Generaliter non ſpecialter.B.

DE CONDICTIONE TRITICIARIA.

*Proſecuto tractatu irregularium condictionũ,ſupponit & de condic.triticiaria,quæ & ipſa irregularis eſt.vtpote enim ſicut cæteræ non in contractibus tantum,vel quaſi:vel malæ fidei,vel quaſi,locum habet : ſed nunc circa hæc,nunc circa illa ſuam habet poteſtatem:[b] videndum ergo ſit vnde ſic dicatur.& quidem hoc in nullo loco reperitur:poteſt tamen probabiliter dici,[c] vt aſſumpſerit nomen à Triticio auctore,vt de Publiciana dicitur: vt inſtitu. de actio.§.ſed quia ſane.Item quãdo locum habet,dic vt infra eod.l.1.& .2. Item qualiter in ea fiat condemnatio:dices infra eod.l.pe.Accurſius.*

b] Placet Bar.ſed diſplicet Ful. c] Idẽ Bar. &Alber.hic.

*Longe alia ratio condictionis Triticariæ & condictionis certi, licet deſcendat vtraque ex eadem cauſa . nam per condictionem Triticariam petuntur omnes res certæ vel incertæ,præter pecuniam numeratam . Per condictionem certi id eſt, Si certum petetur,res omnes certæ & pecunia numerata , non res incorporales ſiue incertæ.nã hæc actio eſt ſtricta,id eſt ſeruit in ea iudex ſcripturæ contractus & petitioni actoris, ſui arbitrij impos, Triticaria arbitraria eſt, quia æſtimat in ea iudex rem arbitrio ſuo quæ petitur habita ratione loci & temporis.Datur ergo eius rei quæ petitur æſtimãdæ cauſa. porro æſtimationem recipiunt res omnes,præter pecuniam numeratã.nam æſtimat ipſa res cæteras,non æſtimatur,aut ſaltem non indiget æſtimatore, cum ſit eius æſtimatio conſtans & certa.ea re pecunia numerata in condictionem triticariã non cadit.Cæteræ res omnes cadunt quæ pondere vel menſura conſtant, mobiles vel immobiles,corporales vel incorporales,& fundi ſiue proprietas debeatur forte ex teſtamento vel ex ſtipulatione ſiue emphyteuſis,& res etiam ſua ex cauſis quibus rem ſuam dominus condicere poteſt.quod ita enumeratis*

A *variis generibus rerum Vlpianus exequitur.l.1. propterea quod dubitari poterat,an tot res complecteretur condictio quæ nomen à tritico habet.Sed inditum eſt nomen tale caſu quodam , vt Stephanus Græcus interpres ait , quia in antiqua formula huiuſce condictionis , quoties ſcilicet ſua cuique actioni cõſtituta erat formula, tritici fiebat mẽtio,propterea quod qui hanc actionem ſibi dari pri⁹ poſtulauerat, fortè ei res erat de æſtimando tritico : & ne quis me hoc adfingere putet , & quod etiam ſit notatu valde dignum ( nec dum enim ſciebamus quæ appellatio quæve actio hæc eſſet) apponam ipſa Græcorum verba* ἰστέον δὲ ὡς φησὶ ὁ Στέφανος ἐν ταῖς παραγραφαῖς οὕτω λέγεται τριτικιάριος, ἐπειδὴ ἐν τῇ κατὰ τὸ παλαὶ πολιτευομένην αὐτοῦ φόρμουλα, τρίτικι ἐνέκειτο μνήμη. ὁ δὲ λέγει τοιοῦτον ἐστίν. ἐν τῇ παλαιᾷ φόρμουλα καὶ τῷ τύπῳ αὐτοῦ ἡνίκα τὴν ἀρχὴν ἐτυπώθη παρὰ τῶν νομικῶν, μνεία γέγονε τρίτικι ἤγουν σίτου. τυχὸν ἐνάγοντες τινὸς σίτου αὐτῶν διαφέροντα κατέχειν τινὰ παρὰ τὸν νόμον, καὶ πρὸς τὸ τοιοῦτον φάκτον τυπωθέντες τοῦ τριτικιαρίου κονδικτικίου. *Cuiacius.*

* Quæ certi condictio erat, ſic à iuriſconſulto appellata eſt quoniã ſub edicto prætoris inſcripto , ſi cert. pet.de ea tractatum fuit. Alcia. lib. 2. parer.ca.vlt.

QVi certam pecuniam numeratã [c] petit, illa actione vtitur, *Si certum* * *petetur*. [d] qui autem alias res , [e] per triticiariam condictionem petet. Et generaliter dicendum eſt , eas res per hanc actionem peti, ſi quæ ſint præter pecuniam numeratã, ſiue in pondere, ſiue in menſura [f] B conſtent : ſiue mobiles ſint , ſiue ſoli . Quare [g] fundum quoque per hanc actionem petimus , & ſi vectigalis ſit : ſiue ius ſtipulatus quis ſit, veluti vſumfructum , [h] vel ſeruitutem vtrorumque prædiorum.

Summaui cum præcedenti . vel magis propriè hunc.§.ſumma ſic: Nemo cõdicit rem ſuam præterquam à fure, & violento poſſeſſore.poſſeſſionem vero ſuã amiſſam quilibet condicit.Bartolus.

C Rem autem ſuam [i] per hanc actionẽ nemo petet , niſi ex cauſis ex quibus poteſt: [k] veluti ex cauſa furtiua,vel vi † mobili [l] abrepta.

† vel re mobili vi abrep.

*QVi certã.*] CASVS. Dicit ꝙ certi cõdictio ex mutuo datur ad pecuniam mutuatam.hoc in prima. Sed condictio triticiaria datur aliquãdo ad aliquas res debitas vel ex pacto, vel ex promiſſione, vel ex emptione. hoc in ſecũda.Et generaliter dicã tibi, cõdictio hæc cõpetit ei,quando aliqua res certa vel incerta,corporalis vel incorporalis petitur.hoc in tertia.[REM.]Rem autem ſuam per condictionem triticiariam non petet,ſed condic. furti. ſi ſubtracta ſit per furtum,veluti ſi vi,&c.Viuianus.

c *Numeratam*.ſtrictiſſimè ergo hic ponitur pecunia,cum dicatur numerata:vt.C.de proba.l.j.& ſic pro frumẽto datur hæc cõdic. triticiaria,& pro aliis quæ cõſiſtũt põdere & mẽſura:vt.ĵ.ſtatim.

D d *Si certum petatur*.hoc dicunt quidam actionis eſſe nomen : * vt dixi in rub.ſupra ſi cer.pet.Item not. quòd hoc verbum non remouet quin condict.certi in aliis rebus locum habeat:ſed remouet triticiariam habere locum in numerara pecunia . non enim denotat hic naturam certi condictionis,ſed triticiariæ.

* Vide in hãc rem Alciat.lib.2.Parerg.cap.vlt.

e *Alias res*.ſcilicet debitas:vt infra eo.§.fin.

f *Menſura*. an idẽ ſi põdere?Reſpõ.idem:nam nomine pecuniæ numeratę nõ niſi nũmi continẽtur:ſecus eſt in nomine pecuniæ.

g *Quare*.bona ratio : quia cum dictum ſit omnes res venire , & nomen rei contineat corporales & incorporales:vt inſtitu.de re. corpora.& incorpora.ergo hæc veniunt.

h *Vſumfructum*.ergo incertum poteſt condici,cum vſusfruct.res. incerta ſit:vt.ĵ.de verbo.oblig.vbi autem. §. fundi certi. quæ eſt contra.ſed certi condict.ad talia non datur:vt.ſ.ſi cer. pet.l.certi condictio.in prin.& inſtit.de verb.oblig.in princ.

i *Rem autem ſuam*.Quid de poſſeſſione rei ſuæ quam Titius haE bet?Reſpon.illam condici,cum nomen rei de qua ſupra dixit, ipſam contineat.Azo.Item quòd dicit ſuam rem non poſſe condici,eſt generale in qualibet condic.vt ſupra vſufruct.quemad.ca. l.fi.Sed nunquid ſeruitutem meam condico?Videtur quòd ſic:vt ſupra proxi.quod quidam vtique dicunt , vt Azo : cum & hic de corporalibus dicat.& hoc innuit hæc aduerſatiua cõiunctio, autem. Vel verius ſupra dixit quando deduxerat in ſtipulationem: & non erat adhuc mihi ſeruitus tradita.ſed ſi eam traditam amittam,non condicam poſt:vt hic.

k *Ex quibus poteſt*.ſpecialiter lege cõcedẽte. Azo. vt hic ſubiicit.

l *Mobili*.mobilia rapi,ſed immobilia inuadi dicũtur: vt inſtit.vi bo.rap.§.penul.Accurſius.

*SEd & rei.*] CASVS. Deieciſti me de fundo, cuius dominus ſum.dicit iuriſconſult.quòd poſſum condicere dominiũ fundi,ſi eram dominus. ſed ſi poſſeſſor, cõdicam fundũ ratione poſſeſſionis,& hoc per condic.fur.Viuianus.

Sed

UNED

a *Sed & ei.*ab eo.
b *Fundum.*id eſt dominium fundi.
c *Condici.*ſcilicet triticiaria.Sic ergo per actio. perſonalem & ciuilem poſſeſſio petitur.ſic & ſupra de condic.indeb.l.indebiti.§.j.& infra vti poſſi.l.j.§.reſtituendæ.Accurſius.
d *Poſſeßionem*. ſcilicet tantum.ſed qui eſt dominus, multo magis ipſam poſſeſſionē poterit condicere: vt.s̃.l.proxi.§. & generaliter. Accur.

*In hac actione.*] CASVS. Debebas mihi ſeruum:fuiſti in mora. cuius tēporis fiet æſtimatio,diſtīguitur. aut extat non factus deterior:& erit ſpectādum tempus ſentētiæ:vt dicit Seruius. ſi nō extat, ſpectatur tēpus mortis ſecūdum Seruium: & male.Celſus dicit ꝙ tempore litis conteſt.ſi deterior nō eſt factus: in quo morbus ſonticus venit,à tēpore ſpectandum eſt:quia non debet nouiſſimum&c. in vtroque caſu tamē, hoc eſt,ſiue res extet,ſiue nō, ſi deterior poſt moram factus fuerit,Celſus ait quòd fiet æſtimatio quanti plurimi fuerit poſt moram promittentis: quia ſi debebas mihi ſeruum.& poſt moram factus ſit luſcus,vel claudus:ſpectatur tempus moræ.lex ſeq.plana eſt.Viuianus.

† Bal hic dicit iſtū tex. ſing. ad hoc quod ęſtimatio rei nunquā creſcit poſt eius interitum: de quo vide p Bar in l. diuortio § donationes. j̃. ſol. ma. Bol.

II. IDEM *libro octauodecimo ad Sabinum.*

SEd & ei [a] qui vi aliquē de fundo deiecit,poſſe fundū [b] cōdici [c] Sabinus ſcribit: & ita & Celſus:ſed ita,ſi dominus ſit qui deiectus cōdicat. cæterū ſi nō ſit, poſſeſſionē [d] eū cōdicere Celſus ait.

Si tēpore ſentētiæ, vel tempore mortis res plurimi fuit,illud tēpus inſpicitur quanti plurimi fuit à tēpore moræ.h.d.Primo ponit quādo certū erat quo tēpore plurimi fuit:Secūdo quādo erat dubium. Secūda ibi,ſed etiam antea.Bar.

III. IDEM *libro vicenſimoſeptimo ad Edictum.*

IN hac † actione [e] ſi quæratur res quæ petita eſt, cuius temporis æſtimationem [f] recipiat, verius eſt quod Seruius ait condemnationis tempus ſpectādum: ſi verò deſierit eſſe in rebus humanis, mortis * tempus, ſed ἐν πλάτει [g] ſecundum Celſum erit ſpectandum.non enim debet nouiſſimum vitæ tempus æſtimari: ne ad exiguum pretium æſtimatio redigatur in ſeruo fortè mortiferè vulnerato. B In vtroque [h] autem ſi poſt moram deterior res facta ſit, Marcellus ſcribit libro vicenſimo habendam æſtimationem quanto deterior res facta ſit. & ideo ſi quis poſt moram ſeruū eluſcatum [i] dederit, nec liberari [k] eum. quare ad tempus moræ [l] in his erit reducenda æſtimatio.

* Tempus mortis non debet ſpectari, vt ad leuiſſimam æſtimationem rem redigamus,ſed potiusq̃d bonū æquūque eſt æſtimamus.

De tempore ad locum idem eſt iudicium.Baldus.

IIII. GAIVS *libro nono ad Edictum Prouinciale.*

e *In hac actione.*ſcilicet triticiaria.
f *Aeſtimationē.*ſed ſi extet,videtur fatua hæc quæſtio, & reſpōſio:quare non præſtatur ipſa res,ſed æſtimatio:cū ipſa res ſit: vt C.de fideic.lib.l.fi?Reſpō.forte res quā ego condicebā, non erat illius qui debebat mihi dare:quia nō poterat dari, id eſt mea fieri:vnde non intererat mea habere rem illam,ſed æſtimationem.
g *Sed en platei.*Vetus lectio,ſed etiam antea, id eſt à tempore lit. conteſt.vel à tempore quo morbus ſuperuenit. Vel dic,id eſt cū aliquanto temporis ſpatio etiam vltra præſcriptum:vt intelligas quo ad habendam deteriorationem.Vide Alciat.lib.Diſpunc.ij. cap.xj.& Eraſ.chil.4.adag.cent.8.prouer.7.
h *In vtroque.*id eſt eſt ſiue res extet:ſiue non.
i *Eluſcatum.*quid ſit,habes.j̃.de ædil.edict.idem Ofilius.in fi.
k *Liberari.*ab actione de dolo:vt.s̃.de dolo.l.& eleganter. §.j. ſed etiam à prima liberatur:licet hic innuat contra:vt.j̃.de ſolu. qui ſibi.§.j.quia aliàs non poſſet teneri de dolo.Vel dic,ibi ad cętera damna:hic ad ipſam rem datur prima:quaſi nec habeat rem, cum habeat deteriorem?vt.j̃.commo.l.iij.§.ſi reddita.Sed nonne recipiendo approbat?Reſpon.forte ignorauit:quia latēs erat vitium.Vel dic tertio,dederit,id eſt dare voluerit: ſic.j̃. de verb. oblig.ſtipulatus ſum Damam.
l *Moræ.*hoc videtur eſſe contrarium ei quod in principio dicitur,ſcilicet,cōdemnationis tempus eſt ſpectandum. Itē ei quod in medio dicebatur inſpici tēpus quo ſuperuenit infirmitas:maximè ideo quią dicit, in vtroque autem &c. quod aduerſari videtur. Quod ſatis dici poteſt, vt corrigat. Vel dic melius ꝙ determinat & addit:quia non ſolum ſententiæ,ſed etiā præcedens tēpus moræ ſpectatur quāti plurimi fuit:vt in prin.huius. l. quæ ſatis cū prima in idem recidit.Nec placet illud,vt dicas in princi. loqui quādo iuſtam cauſam litigādi habebat: vel ſe debere non putabat:ideo nō placet:quia tunc cum in mora nō eſſet,non tenetur ad vllam æſtimationem:vt.s̃.de rei vin. item ſi verberatū. §.vlti.&.l.vtiquę.Vel dicas clarius quòd in prin. loquitur quando res extat in medio, quando res periit omnino.hic autē quando deterior eſt facta. & ſic in primis duobus non fuit facta deterior.Et quod dicit,in vtroque caſu,expone id eſt ſiue res extet, ſiue non,ſecundum H.deteriorata tamen poſt moram: & ſic nō ponit contrarium ponendo:ſed diuerſum.q.d.ſed ſi facta ſit deterior poſt moram,Marcellus ait in vtroque caſu &c. & ſiue tēpus moræ,ſiue ſententiæ inſpiciatur,vt in fin.& in prin.huius.l. dicitur,videtur cōtra.s̃.commo.l.ſed mihi.§.in hac. vbi tempus litis conteſt.inſpicitur.& ita prin.& fi.huius.l.eſt contra:cum in prin.dicat tempus cōdemnationis inſpici:in fine tempus moræ.
A Reſpon.quidam vt Pla.ꝙ hic loquitur cum condictio hæc proponitur ex contractu bo.fid.nam generalis eſt.Sed qui dicūt ita contrarietatē de tēpore condēnationis ſignatā ad princ. huius.l. euitāt,non illam de tēpore moræ quæ eſt ad finē. nam ibi tēpus rei iudicādæ,hic moræ: quod eſt contra:ex quo ambas intelligis in bo. fi. Sed certe dicas ſecundū eos quòd dicitur tēpus condemnationis,vt in prin.huius.l.& in.l.illa.j̃.commo.vbi dicit rei iudicādæ,intelligendū eſt tēpus moræ.Nam à tempore morę condemnādum eū eſſe, certū eſt. & ſic idem eſt ſiue res fiat deterior, ſiue omnino pereat. Sed hoc diſplicet: quia nimis ſtricte loqueretur hæc lex in bo fi.tātùm. nec poteſt dici ꝙ hic qui non reſtituit, teneatur quāti in litem iuretur: vt.s̃. de rei vin. qui reſtituere. quia illud tūc locū habet, cū rē meā ſiue act. in rem ſiue in perſonā peto. ſed probabitur hoc intereſſe actoris per teſtes. Alij diſtinxerūt ad ſolutionē dicti cōtrarij, vt Ir. C & H.an petatur ſpecies:vt tunc à tēpore moræ fiat æſtimatio:vt hic:aut quātitas,id eſt quod in pōdere,vel numero,vel menſura cōtinetur:vt tunc in cōtractu bo.fi.ſpectetur tempus cōdemnationis: in cōtractu ſtricti iuris tempus lit.cōteſt.vt ibi.ſed quod de tēpore lit.cōteſt.dicūt.ſ.circa quātitatē, neſcimus quomodo intelligunt.nā ſi ita intelligunt,vt ſi antea fuit in mora, ꝙ tēpus illud nō ſpectetur, falſum eſt:vt hic dicitur,&.j̃.l.proxi.Si ita,vt ſi ante litē nō fuit in mora,& poſt litem res maioris ſit pretij: ꝙ nō æſtimat᷑ hoc iudicio ſtricti iuris: quia in eo iudex formā ſuæ cōdemnationis ad id q̃d petitū eſt reſtringere debet: at in iudicio bo.fi.iudici data eſt larga poteſtas:& ideo etiā cōdemnationis tēpus ſpectatur:etiā hæc aliquātulū remordent meā conſciētiam,& naturalē rationē.Sed lex contradicit eis ſic diſtinguentibus.j̃.eo.l.vlt.in prin.&.s̃.ſi cer.pet.l.vinū.quia in cōtractu ſtricti iuris ante litē inſpicitur:nā & ante oportet dari:&ideo etiam D illud tēpus ſpectari debet.Itē quia quātitas nō commodatur: vt j̃.commo.l.iij.§.fin. vnde hic & ibi in ſpecie bene dixit dari. ſed Bul.dixit ꝙ hic plus interfuit tempore ſententiæ.& parū diſcrepat à ſentētia Io.quæ ſequitur. Vt autē hæc ad euitādas contrarietates plenius intelligantur,aliter diſtinguo:Si res, ſpecies, vel quātitas tātū,vel intereſſe tātū,id eſt ſine acceſſione:vt quia promiſiſti facere domū,vel tradere:vt.j̃.de ver.obli.ſi fundū.ex cōtractu ſtricti iuris vel bo.fi.petatur:quod idē eſt quātum ad hæc duo,tenet᷑ quāti plurimi fuit res poſt morā interpellatiōe ex parte rei cōtingēte,vel lit.cōteſt.ſi pri᷾ nō fuit in mora:vt hic vſque ad ſententiā,nō vltra:vt.s̃.de edē.l.vbi.§ j.Idē in intereſſe:vt hic, &.j̃.de actio.emp.l.ratio.§.ſi per vēditorē.&.j̃.de re iudi. ſi kalēdis.Sec᷾ ſi adhibeat᷑ mora ex parte actoris.quia purgat᷑ mora: & ideo de interitu nō tenet᷑:vt.j̃.de ver.obl.l.ſi ſeruū.§. ſequit᷑. Cæterū quātū ad cauſam.i.ad ceſſionē cū re petita differūt contract᷾ bo.fi.à cōtractib᷾ ſtricti iuris.nā in bo.fi. cōtractib᷾ fruct᷾ E veniunt etiā à tēpore moræ: vt.j̃.de vſur.l.videamus.§.ex cauſa. &.§.ſi poſſeſſionē naturalē.&.§.ante matrimoniū.&.§. itē ſi diuidere.& hoc eſt ꝙ aliquādo dicit᷑ tēpus rei iudi.ſpectādū in bo. fi.iud.vt.j̃.cōmo.l.ſed mihi.§.ī hac.i.tēpus quo potuit & debuit iudicari.Itē in bo.fi.cōtrac.veniūt vſuræ à tēpore moræ:vt.j̃.dę vſur.l.mora.§.in bo.fi.Sed in ſtricti iuris iudi.à tēpore lit.cōteſt. tātū veniūt fruct᷾:vt.j̃.de vſur.l.videamus.§.ſi actionē.Et hoc ſi peto q̃d meū nō fuit.ſed ſi petā q̃d meū fuit, etiā à tēpore moræ fiet reſtitutio fructuū:vt.j̃.de vſur.videamus.vſque ad illum §.ſi actionē.vſuræ etiā à tēpore litis conteſt.nō veniūt:vt C.de condic.indebi.l.j.licet quidā cōtradicāt,vt R.ar.eius quod legitur.j̃ de vſur.in fideicōmiſſi.§.in his.&.l.lite.Sed ītelligas in acceſſiōe naturali,& illā.l.lite.intellige in bo.fi.cōtractibus.Sed qui aliam tenent,poſſent reſpondere ad legem.C.de condict. indebi. quia condictione indebiti non tenetur quis,niſi inquantum eſt locupletior:vt ſupra de condic.indebi.ſi non ſortem.§.libertus.

UNED

a S *I merx aliqua*. hic de quãtitatis æſtimatione agitur.
b *Tanti*. id eſt intantum.
c *Quanti*. id eſt inquantum.
d *Debuit*. ſic & .j. vi bo. rap. l. prætor. §. hic autẽ. & .j. quod vi aut clã. §. ſi quis in puteũ. §. quod ait. & .j. de noua. l. fundũ. Cor. & .j. de iur. fiſ. l. iij. §. diui fratres. & .s. ſi cer. pet. l. vinum. & .j. de aur. & ar. le. cum certum. & .s. de ſer. cor. doli. §. ſi.

In vulg. ed. eſt lex, Sites.

e *Acciperetur*. i. cũ lis cõteſtaret̃. & hoc ſi ante nõ erat in mora. aliàs etiã prius: vt .s. ſi cer. pe. vinũ. quæ eſt contra.
f *Peteretur*. id eſt peti deberet.

DE EO QVOD certo loco dari oportet.

*Quia nonnunquã fit varia æſtimatio rei propter locorũ diuerſitatẽ, de qua .s. locutus eſt: ideo incidẽter hunc tit. ponit. Vel aliter: quoniã arbitraria actio extra naturam aliarũ actionũ ſtricti iuris proponitur, ſicut ſuperiores cõditiones, ideo ſequitur de ea videre. & quia ipſa naſcitur ex ea obligatione quæ ſic contracta eſt, vt quid certo loco detur: ideo ponit de eo quod certo loco &c. Accur.*

* Vtilem actionẽ hanc arbitrariam Cat⁹ vocat, quòd a prætore propoſita ſit adiuuandi iuris ciuilis gratia, ex quo nõ niſi in loco in quo promiſſum fit, dari oportuit. l. 1. & .§. plus. autem in tit. de act. vide Theop.

*Iungitur cõditioni arbitrariæ, alia cõditio arbitraria ex mutuo etiã vel ex ſtipulatione vel ex teſtamẽto vel ex cõſtituto, qua ſcilicet quod certo loco dari debuit alio loco petitur facta commemoratione eius loci quo dari debuit. In hanc cadit pecunia numerata, quæ nõ cadit in triticariã. quia in triticaria æſtimatur quãti res fuerit eo die vel loco quo dari debuit. In hãc vero æſtimatur quanti interſit eo die vel loco dari quo dari debuit. & cadit etiam in nummos id quod intereſt. Cuiacius.*

SI merx aliqua [a] quæ certo die dari debebat, petita ſit, veluti vinũ, oleũ, frumentũ: tãti [b] litẽ æſtimandã Caſſius ait, quãti [c] fuiſſet eo die quo dari debuit. [d] ſi de die nihil cõuenit: quãti tũc cũ iudiciũ acciperetur. [e] Idémq; iuris in loco eſſe, vt primum æſtimatio ſumatur ei⁹ loci quo dari debuit. ſi de loco nihil conuenit: is locus ſpectetur quo peteretur. [f] quod & de cæteris rebus iuris eſt.

## DE EO QVOD CERto loco dari oportet.

### TITVLVS IIII.

Qui promiſit dare certo loco: ſi in eo non reperiatur, poteſt vbique conueniri. Bar.

I. GAIVS *libro nono ad Edictum Prouinciale.*

ALio* loco quã in quẽ [g] ſibi dari quiſq; ſtipulat⁹ eſſet, nõ videbatur [h] agendi facultas cõpetere. Sed quia iniquũ erat, ſi promiſſor ad eũ locum in quẽ daturũ ſe promiſiſſet, nunquã accederet, quod vel data opera faceret, vel quia aliis locis neceſſariò diſtringeretur nõ poſſe ſtipulatorẽ ad ſuũ [i] peruenire: ideo viſum eſt vtilem [k] actionem in eam rem comparare.

In actione arbitraria propter locum habetur ratio intereſſe actoris & rei. Bartolus.

g *Lio. In quem*. ſed an in eo poteſt? Reſpõ. ſic: cũ ibi cõtraxiſſe videatur: vt .j. de act. & obli. l. cõtraxiſſe. Sed non antequã poſſit ad locum perueniri: vt .j. de verb. obli. continuus. §. cum ita.

h *Nõ videbatur*. quia ſicut iſte nõ cogebatur in alio loco accipere: vt .j. eo. is qui ita. nec ille videbatur cogẽdus in alio loco [a] dare. erat & alia ratio: quia hoc ipſo ꝙ ſibi reſeruauerat electionẽ & põteſtatẽ agẽdi in certo loco & ſoluẽdi, videbatur in cæteris præiudicaſſe ſibi: vt ar. .j. de fun. inſtru. l. quæſitũ. §. idẽ reſpõ. domo inſtructa. & C. de pac. cõuen. l. ſi. §. ſi quidẽ. ſed nõ eſt ita: quia ex tali interpretatione fieret inutilis ſtipulatio: quod eſſe nõ debet: vt .j. de ver. obli. Titia. §. idem reſpon. Azo.

a] Iſtud eſt verum, niſi offeratur ſibi omne dãnũ & intereſſe in alio loco: quia tunc cõpellitur recipere ſolutionẽ. l. qui Romæ. cum ibi not. .j. de verb. oblig.

i *Ad ſuum*. i. ſibi debitum. ſic ſupra ſi cer. pet. l. ſi & me.

k *Vtilem*. i. efficacẽ. Et ſic no. ꝙ auferẽda eſt occaſio delinquẽdi: vt C. de indi. vidu. tol. l. ij. in fi. Itẽ no. ar. ad multa: quia cõſulendum eſt peteti ſuũ, & ſibi debitũ. Sed nũquid vbiq; poterit conueniri vbi nõ habeat forũ? Quidã dicũt ꝙ ſic: vt .s. de iudic. eum qui. & .j. tit. j. di duo. §. j. Sed tu dic contra: vt .s. de iudi. heres abſens. §. fi. & quod dictis. ll. dicitur loco quolibet, ſubaudi idoneo. ſic .j. de mu. & ho. vt gradatim. §. j. Accur.

l ARbitraria actio vtriuſque. alio & alio caſu, ſecũdum Ir. & Pla. imò etiam in vno eodẽmq; caſu, ſecundũ Ioã. vt ſi actoris intereſt ideo quia ſub pœna in loco deſtinato ꝓmiſerat: vt .j. ea. l. §. pen. & rei. quia eſt minoris pretij ibi vbi quid promiſit quàm vbi cõuenitur. Si ergo plus actoris quàm rei itereſt, in ſuperfluũ tantũ fit condẽnatio. verbi gratia: ſors eſt. c. intereſſe actoris. x. & intereſſe rei in. v. ergo condẽnabitur in. c. & .v. actoris tamẽ dico rationẽ habendã eſſe demũ, ſi culpa vel mora reo poſſit imputari. [b] alioquin cur puniretur reus? ſed rei ratio haberetur ſemper: quia auferẽ ei loc⁹ quẽ habuit ex pacto: vt .j. e. ꝗ ſi. §. j. Sed quid ſi intereſt rei ibi cõueniri vbi promiſit in totũ: quia ibi cõuetus haberet in integ. reſti. iure Ro. hic vbi cõuenitur, [c] nõ habet iure Longobardo. vt quia maior eſt. xviij. an. & minor. xxv? Reſpon. videtur habere locũ: quia quod nihil eſt, id minus eſt: vt hic, & .j. de tributo. illud. §. j. Puto tamẽ cõtra: quia hoc ratione perſonæ habet: ſed hic tit. loquitur quãdo [d] ratione rei intereſt ſua ibi cõueniri: vt .j. eo. l. ideo. & inſtitu. de actioni. §. loco plus.

b] Et non actori, quia init ad locũ: vel miſit aliquẽ ad recipiendum ſecũdum. P.

c] Cõtra gl. tenent. B. B. Ful. & La. per text. in. l. in ſtipulationibus. .j. de re iudi.

d] Iſta ratio nõ eſt bona ſecũdũ Bar.

II. VLPIANVS *libro viceſimoſeptimo ad Edictum.*

ARbitraria actio vtriuſq; [l] vtilitatẽ cõtinet, tam actoris, quàm rei. quòd ſi rei intereſt, minoris fit pecuniæ condemnatio, quàm intentatum eſt. aut ſi actoris, maioris pecuniæ fiat.

Actio ratione loci tunc dicitur arbitraria, quando eſt ſtricti iuris: vt cũ oritur ex ſtipulatione. Pau.

Hæc autem actio [m] ex illa ſtipulatione [n] venit, vbi ſtipulatus ſum à te, Epheſi decem dari. [o]

Locus debet exprimi in libello, quando eius omiſſio reo eſſet noxius. Bartolus.

Si quis Epheſi decẽ, aut Capuæ hominem dari ſtipulatus experiatur, [p] non debet detracto [q] altero loco experiri, ne auferat loci † vtilitatem reo.

In alternatiuis in rei eſt poteſtate, quòd debeat an nõ debeat, aut æquipollens. h. d. vſque ad. §. Si quis ita. Primo ponit vnum dictũ Scęuolæ. Secundo ad eius probationem pręmittit duas regulas, & vnam illationem confusè. Tertio prædicta declarat per multa exẽpla vſque ad. §. Nunc de officio.

Scæuola libro quintodecimo Quæſtionum ait, non vtique [r] ea quæ tacitè inſunt ſtipulationibus, [ſ] ſemper [t] in rei eſſe poteſta-

m *Hæc autẽ actio*. ſ. cer. ti condictio, quæ dicitur arbitraria. Sed nũquid ſit proprium nomen actionis? Reſpon. vt diximus. .j. eo. in bonæ fidei.

n *Stipulatione*. ſed non ſolùm ex ea: vt .j. eod. ſi heres. & .l. aut ſi mutua. Azo.

o *Dari*. q. d. quãdo ſtipulatus ſum in certo loco. Accur.

p *Experiatur*. in altero eorum locorum.

q *Detracto*. ſed nec in altero experitur detracto altero. ergo & multo magis nec in tertio detracto vtroq;: quod eſt contra ſupra eo. l. j. ſic ergo in nullo. Sed quod dicit, non poſſe experiri detracto altero loco: expone, id eſt detracta [e] vtilitate alterius loci: vt quod ſequitur, ne loci & c. quaſi expoſitio ſit. Vel non debet conuenire detracto altero loco de libello cõuentionali. ſic enim dices, cõuenio te Capuæ, ꝗuia Capuæ aut Epheſi promiſiſti.

† Iſte tex. ad hoc poteſt allegari, ꝙ debitori non poteſt credi tor auferre vtilitatẽ loci: & ſuper iſta ratione eſt fundata l. is qui .j. e.

e] Reprobatur per Bar. & Pau.

In vulgata editione eſt lex .j. NON vtique.

*Non vtique.*] CASVS. Quædã tacitè intelliguntur ineſſe ſtipulationibus: vt electio rei & loci, vbi de re vel de loco expreſſũ ſit. verbi gratia: Promiſiſti mihi Stichũ aut Pãphilũ, tacitè habebis electionẽ quẽ velis ſoluere, quãdiu ambo ſunt. Itẽ ineſt locus tacitæ ſtipulationi, & datur electio actori: vt ſi detur reo, & conueniatur in vno, dicat ꝙ ſoluere vult in alio, & poſtea de alio velit tráſferre ad aliũ. quod poteſt. [PROINDE.] Dictũ eſt ꝙ electio loci datur actori, & electio rerũ reo. ſed pone ꝙ altercatio rerũ ſit mixta altercationi locorũ. cuius erit optio? Dicitur ꝙ ex quo actor habet optionẽ locorũ, per cõſequens & rerum. [ITEM IVLIANVS TRACTAT.] Promiſiſti mihi aut Titio decẽ Capuæ. ſi Titio ſoluiſti aliàs quã Capuæ, an ſis liberatus, quæritur. Et dicitur ꝙ nõ: ſcilicet in intereſſe, ſed in ſorte ſic: quia poſſum agere aduerſus te ad intereſſe quod erat forte in. xx. quia interat mea potius mihi ſolutum fuiſſe Capuæ. [SED MIHI.] Si promiſiſti mihi facere domum deſignato tibi loco, & alibi feceris: non liberaris. ſed ſecus eſt in caſu propoſito: vnde intereſſe ſolũ petẽdum eſt. Cætera plana ſunt vſque ad. l. centum. Viuianus.

r *Non vtique*. aliàs. l. non vtiq;. aliàs. §. Scæuola. Scæuola dixit ꝙ ea quæ tacite inſunt in ſtipulationib⁹, vt electio in alternatiuis: nõ ſemper ſunt in poteſtate rei: quia quãdoq; ſunt in poteſtate actoris. Et vnũ exẽplũ ponit de quid, & aliud de an. Primũ aptatur ad primũ, & ad tertiũ reſpõſum. Secundũ aptatur ad omnia tria exẽpla quæ ſequũtur: quorũ primũ eſt de alternatione rerũ. Secundum, de alternatione locorũ. Tertium mixtum, ſcilicet locorum & rerum. Et primo, vt facilius intelligas, præmittit tria exempla prædicta: & poſt regulam ibi: & generaliter & c.

ſ *Stipulationibus*. ineſt tẽpus: vt cũ. x. ꝓmiſi Epheſi: vt .j. eo. ſi quis. quãdoque res: vt .j. §. qui Stichũ. quãdoque locus ante petitionem: vt .j. §. & generaliter. Item ſi quis ſibi aut Titio ſtipulatur: vt .j. de ſol. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle.

t *Semper*. id eſt non omni tempore: vt infra proxi. reſpon. & c. §. & gene-

& generaliter.& in omni caſu:vt infra.§.proinde. & in omni loco.nam in locis eſt rei electio ante petitionẽ:non poſt, vt ſubiicit:vt infra ead.l.§.& generaliter. Item in rebus, donec vtraque ſupereſt:vt.j.proxi.§.ſed an debeat,vel æquipollens, non eſt in arbitrio eius:vt hic,& C.de contrahen.empt.l.in ementis.

a *Sed quid*.iſtud ad primũ & ad vltimũ aptatur: ibi, & reũ vbi ſoluat &c.Accur.

b *An debeat*. hoc ad omnes aptatur.

c *Nõ eſſe*.niſi promiſerit.x.vt ſi nõ aſcenderit Capitoliũ: vt infra de condi.& demon.nonnunquam.

d *Et ideo eum qui &c.* aliàs,& ideo locũ.Qui Stichum &c.& intellige,& ideo locum, ſupple,dicim⁹ in eius arbitrio non eſſe ſemper.

e *Qui Stichũ*.quod obſcure dixerat, Scæuola per exempla euidẽtius declarat.Accurſius.

f *Poſſe*. etiam mutãdo voluntatem. quod dic vt infra de ver. obli.eũ qui.§.j.Accur.

g *Solum*.ſcilicet altero mortuo.ſed certe præſtari debet fortaſſis,vel mortui pretiũ:vt infra de lega.j.cum res.§.ſed ſi Stich⁹.[a] niſi facto debitoris perierit: vt infra de ſolu. Stichũ.§.j. & facit.ſ. de condi.indebi.cum is.& infra de contrahẽ.emptio. ſi in emptionibus.§. penul. Ioan.

h *In propoſito*. caſu obſcure propoſito à Scæuola.& ideo locum nõ eſſe.Accur.

j *Promiſit*. Stichum tãtum pone.

k *Nõ potuiſſe*. imò nõne in eo quẽ elegit ſemel,conuenietur? Reſpon.nõ: quia ex vi tacitæ electionis mutare voluntatẽ poteſt, etiã libello oblato: lite tamen non conteſt.ſecundum H.vt.j.de ver.oblig.ſi quis ſtipulatus.in prin.&.l.eum qui certarum.§.j.Vel etiam poſt lit.conteſt. vt.d.l.eum qui certarum.j.reſpon.Accur.

* ſic putat ſcriptum in archetypo Taurel⁹, ſed Ant. Aug. li. 1. c. 9. putat ſcriptum EVM.

a] Dic quòd non poſſit eligere mortuum quia ſolus viuus remanet in obligatione: tamẽ liberatur præſtando æſtimationem mortui,ſi ſine dolo & culpa eius eſt mortuus: vt in. l. alle. in glo. ſecundum P. & Iaſ.

† Singularis tex. ſecundũ P. de Caſt. hic.

* agit.

te: ſed quid [a] debeat, eſſe in eius arbitrio: an debeat, [b] non eſſe: [c] & ideo eum [d] * qui Stichum [e] aut Pamphilum promittit, eligere poſſe [f] quod ſoluat, quamdiu ambo viuunt: cæterum vbi alter deceſſit, extingui eius electionem: ne ſit in arbitrio eius an debeat, dum non vult viuum præſtare, quem ſolum [g] debet. Quare & in propoſito [h] eum qui promiſit [i] Epheſi aut Capuæ, ſi fuerit in ipſius arbitrio vbi ab eo petatur, conueniri non potuiſſe: [k] ſemper enim alium locum electurum. ſic euenire, vt ſit in ipſius arbitrio, an debeat. [l] quare putat [m] poſſe ab eo peti altero [n] loco, & ſine loci [o] adiectione. [p] damus igitur actori electionem petitionis. [q] Et generaliter definit Scæuola, petitorem electionem habere vbi petat: [r] reum, vbi ſoluat, [f] ſcilicet ante petitionem. [t] Proinde mixta, inquit, rerum alternatio [u] locorum alternationi, [x] ex neceſſitate † facit actoris electionem, & in rem propter locum. [y] Alioquin tollis ei actionem, dum vis reſeruare reo optionem. [z]

Inter plura loca copulatiuè poſita, videtur ſumma pro rata eſſe diuiſa. Barto.

Si quis ita ſtipulatur, Epheſi & Capuæ, hoc ait, * vt Epheſi partem, [a] & Capuæ partem [b] petat.

Qui ſtipulatur fieri inſulam, nõ adiecto loco, inutiliter ſtipulatur. Bartolus.

l *Debeat*. quod eſſe non debet:arg⁹.ſ.eo.l.j.Accur.

m *Putat*,Scæuola.

n *Altero*.ad electionem actoris.

o *Loci*. quo petitur.

p *Adiectione*. quod dicitur ſine loci adiectione poſſe conueniri,ſic intellige: quia ſic promiſit, ſoluam hic vel ibi. conuenitur ergo ſine loci adiectione, cum dico,ſoluas hic tantum. ſed cum loci adiectione cõuenitur,ita,ſolue hic, vel ibi. quod autem alibi dicitur: vt ſupra.eo.l.ij.§.ſi quis.quæ eſt contra.non poſſe detracto altero loco:expone, id eſt detracta vtilitate alterius loci quam haberet ſi ibi ſolueret. vel apponetur etiam in libello: vt ibi dixi,hoc modo, conuenio te hic: quia promiſiſti hic,vel ibi. & ſic ibi intelligitur: non ſic, conuenio te hic vel ibi. nam hoc eſſet impoſſibile:vt hic.Alij dicunt quòd ibi loquitur cum conuenitur reus in tertio loco. hic cum in altero locorum, quando non eſt arbitraria actio:argu.j.ead.l.§. quòd ſi Epheſi. licet quidam dicãt,vt R.quòd hic.§.corrigat ſuperiorem.§.ſi quis. quod falſum eſt.nam licet actor in locis habeat electionem, habet tamen ob hoc ſolum,ne ſit in rei arbitrio, an debeat: non ob hoc vt reus in altero loco conuentus alterius loci nõ prætendat vtilitatem.Alij dicunt,quòd.ſ. loquitur ante moram rei: hic poſt moram.Alij dicunt quòd ibi fuit alternatio rerum & locorum: hic locorum tãtum.ſed hæc falſa:quia ſicut ibi ratio vtilitatis rei habetur,vbi eſt alternatio locorum & rerum, vt ibi: ita vbi locorum tantum,vt hic:cum ſit eadem ratio.

q *Petitionis*.ſcilicet de loco.

Si quis inſulam fieri ſtipuletur, & locum non adiiciat, non valet ſtipulatio. [c]

Si ſolutio confertur in alium locũ quàm fiat promiſſio, ineſt dies tacite qua poſſit perueniri ad locum, & impoſſibilitas ſtipulationem vitiat. Bar.

B Qui ita ſtipulatur, Epheſi decẽ dari: ſi ante diem quàm Epheſum peruenire poſſit agat, perperã ante diem agi: [d] * quia & Iulianus putat diem tacitè huic ſtipulationi ineſſe. quare verũ puto (quod Iulianus ait) eum qui Romæ ſtipulatur, hodie Carthagine dari [e] inutiliter ſtipulari.

Qui ſoluit adiecto alibi q̃ in loco deſtinato, liberatur: ſed propter intereſſe loci durat petitio.h.d. & eſt ſubtilis & difficilis.§.Barto.

C Idem Iulianus tractat, an is qui Epheſi ſibi aut Titio dari ſtipulatus eſt, ſi alibi Titio ſoluatur, nihilo minus poſſit intendere ſibi dari oportere. & Iulianus † ſcribit, liberationem non contigiſſe: [f] atque ideo poſſe peti quod intereſt. Marcellus autem & aliàs tractat, & apud Iulianum notat [g] poſſe dici, & ſi mihi alibi ſoluatur, [h] liberationem [i] cõtigiſſe: quamuis inuitus accipere non cogar. [k] Planè ſi nõ contigit [l] liberatio, dicendum ait [m] ſupereſſe petitionẽ integræ ſummę: quẽadmodũ ſi quis inſulã alibi [n] feciſſet, quàm vbi promiſerat, in nihilũ liberaretur. Sed mihi videtur ſummæ [o] ſolutio diſtare à fabrica [p] inſulæ: & ideo quod

r *Petat*. Capuæ vel Epheſi:ſed &tertio loco poteſt:vt.ſ.eo.l.j. Sed quæro,ſi promiſiſti Capuæ vel Epheſi, & inueniã te Epheſi, cũ adhuc potueras venire Capuã: an ſtatim poſſis Epheſi cõueniri?Argu.ꝙ.non:vt.j.de fideiuſ.ſi teſtamẽto.§.fi.

ſ *Soluat*. ſ. in altero prædictorum.alibi nõ, niſi habita ratione intereſſe:vt.j.e.l. cẽtum. in prin.&.j.e.§. itẽ Iulianus.&.l.is qui. & de ver. oblig. qui Romæ. Accurſius.

t *Petitionẽ*. factã quoquo modo, per quod videtur eligere actor. Vel veri⁹ dic petitionẽ per lit.cõteſt.vt.j. rem rat.ha.l.amplius. eligit ergo actor locum: ſed reus nõ poteſt cogere vt alibi cõueniatur.ſed ſoluere alibi poteſt vſque ad lit.conteſta. vt hic dicitur.

u *Alternatio*.vt ſupra §.ſi quis Epheſi.

x *Alternationi*.An hoc caſu eſt arbitraria? Videtur ꝙ ſic, ex parte rei ſed nõ actoris, cũ agat loco deſtinato.nec ob. ſ.§.ſi quis.quia ibi ĩ tertio loco:ſed hic,ſi dicat reus cõuentus Epheſi, nõ hic ſed Capuæ ſoluam:ſtatim ratio actoris habet ꝙ Epheſi nõ ſoluit:cũ actor habeat electionem in locis.

y *Locum*.id eſt electionem loci.

z *Optionẽ*.ſ.rerũ:quod eſſe nõ debet,ne in poteſtate &c. vt.ſ.de iuriſdi.om.iud.l. ſi idem.& ſupra eo.l.j.Nam ſemper variaret reus vt.j.de ver.oblig.l.eum qui certarum.§.fi.Accur.

* agit.

† Ang.in.l ſi marito. §. fi. infra ſol ma. & Alex. in apoſti. ad Bar. hic. reputãt iſtum textum ſing. ꝑ limitatione eorum quę not.in.l. 4 C. de poſiti. Bolog.

a *Partem*.facit.j.de ver.oblig.ſi mihi & Titio.

b *Partem*.ſcilicet dimidiam:vt.j.de ver.ſignifi.l.nomen filiarũ, §.portionis.Accur.

c *Stipulatio*.vtputa cum in tali loco ex poteſtate ſibi per ſtipulationem cõmiſſa facere poſſet,in quo inſulam fieri nil mea intereſſet:vt.j.de ver.oblig.ita ſtipulatus.in prin.Accur.

E d *Agit*. quia tacite dies ineſſe videtur: & ideo male agit ante diem:vt.ſ.quando di.vſusfruct.leg.ce.l.j.in fi.

e *Dari*.niſi vterque notum feciſſet diſpenſatori ſuo, vt vnus daret,alter acciperet:vt.j.de ver.oblig.l.vlt.§.ſi inter eos.

f *Contigiſſe*.ratione intereſſe:& bene.

g *Notat*.reprehendendo eum,ſed male.

h *Soluatur*.q.d.non ſolum ſi Titio.

i *Liberationem*.in totum.

k *Cogar*.vt.j.de ver.oblig.qui Romæ pecuniam.

l *Contigit*.vt Iulianus dicebat.

m *Ait*.Marcellus.

n *Alibi*.ſine mea voluntate.ſic &.ſ.ſolutum eſt adiecto.

o *Summæ*.id eſt pecuniæ.

p *Fabrica*. id eſt à fabricatione: vtputa cum fabricæ extructio in loco ab initio non deſignato, non exacta voluntate ſtipulãtis fiat. pecuniæ vero ſolutio volenti adiecto,non domino fit:quæ



UNED

voluntas accipiẽtis præiudicat domino. Item cum inſula in alio loco facta eſt,nihil mea intereſt. nummos autem habere vbicũque prodeſt.nam ſtatim facta ſolutio prodeſt: quia per eũ quæritur dominium.inſula vero in alieno loco facta, quid prodeſt? certè nihil,niſi fiat me volente:vt infra de ſolu. qui res. §. mihi Romæ.Azo.

A

quod facere ſolitus eſt:vt ita demum eius lucri ratio habeatur,ſi ita lucrari conſueuit.ſed vbi paſſus eſt damnum,non inſpicio an ita ſolitus ſit damnum pati:quia in incertis, non certis, locus eſt coniecturis:vt.j.de verb.oblig.l.continuus.§.cum ita.Azo.

g *Et lucri.* No. rationem lucri haberi in arbitrariis. Sic & alibi: vt.j.loc.ſi in lege.§.colonus.& l.ſi fund⁹ quẽ. §.fina.&.j.re. amo.l.ſi mulier.§.rerũ.&.j.rem rat.ha. ſi cõmiſſa.& C. arbit.tut. quicquid. & C.de ſent. quæ pro eo quod intereſt. in fi. ar. contra.j.ad.l. Rho. de iac.l.ij.§.portio. &. j. de fur.l.ſi is cui. §. fi.& j.de peri.& com.l. fin. & j.de act.empt.ſi ſterilis.§. cũ per venditorem.Sed hoc eſt ſpeciale in arbitrariis & quibuſdam aliis: regulariter cõtra. Vel dic,hodie regulariter venire lucrum:vt not.C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt.§.fin. Lucri ratio an in actio. arbitrariis habenda ſit.

a *Solum petendum.* hic loquitur eo caſu, cum quis ſtipulat⁹ erat ſibi aut Titio: & Titio erat ſolutum.aliàs obuiaret illi legi.j.eo.l.centũ.& l. vlti. cum ibi dicas ꝙ ſorte accepta videat̃ à pœna receſſiſſe.Vel hic ſolutũ erat alibi,ibi vero vbi debebatur. vel illa corrigitur,ſecundũ Ioã. Sed qua act.petetur,cum nec ſit in obligatione:vt.j.e.cẽtũ.& C.depoſi.l.iiij? Reſpõderi poteſt quòd pecunia quæ ſoluta eſt pro ſorte,& ꝓ intereſſe videatur ſoluta: vt.j.eo. l.fi. nec ob. ꝙ hæc opi. in fi.eiuſdẽ legis reprobatur:quia non loquit̃ in eo caſu: & reprobat eã vbi mihi nõ adiecto eſt ſolutum.Accur.

b *Ratio.* Sed nõ videtur ꝙ rei ratio habẽda ſit,cũ tantũ poſt illud tempus quo potuit ad certũ locũ peruenire, cõuenitur alibi:vt.j.de verb. obli. cõtinuus.§. cum ita. & ſic poſt ſuã moram tantũ nõ videtur ratio ſui habenda. Sed ſi ponas, quòd ante poſſit conueniri, qđ quidã dicunt:nõ videtur ratio actoris habẽda: cũ ſit in mora non cõueniẽdi.in quo ergo caſu habet locũ qđ dicit Ioan.vtriuſq; ſimul etiam ratione haberi: vt.ſ.eo.l.ij.in princ.nã ſi ambo ſunt in mora, videtur neutrius rationem haberi:vt.ſ.de eo per quẽ fact.eſt. l. fi. §. j:Sed dic, in hac actione,licet quis ſit in mora, nihilomin⁹ ſi intereſt, ratio eſt habenda: quia alibi cogitur ſoluere: quia hoc tacitẽ ſenſiſſe videntur:vt ſupra ſi cer.pet.cum quid.in fi. Item & cum vterque eſt in mora,neuter alteri obiicere moram poteſt, quin vtriuſque ratio habeatur tali ratione aſſignata : quicquid dicant alij,te me laudare neceſſe eſt:vt infra de iur.do.cum in fundo.§. quod ſi acciderit.& C.de actio.empt.curabit.

* Id eſt ſupra centeſimas vſuras quæ in iudiciis ſtrictis à lite conteſtata currũt. l. lite. j. de vſur. in bonæ autem ſidei iudiciis, à mora facta.l. mora. §. in bonæ. eo. tit. Non autem ſentit hic de vſuris ſupra duplum nõ exigendis, aut vſuris vſurarum. l. ſi non ſortẽ. ſ. de condi. indeb.

† Plin.lib 33. cap.vlt.

intereſt ſolum petendum. [a]

Si agatur in loco non deſtinato, actio eſt arbitraria: & in ea habetur ratio intereſſe actoris, & rei tam intrinſeci,quàm extrinſeci,& eius quod conſiſtit in damno ſiue lucro.h.d.cum.l.ſequen.

Nunc de officio iudicis huius actionis loquendũ eſt, vtrũ quantitati cõtractus debeat ſeruire, an B vel excedere vel minuere quantitatẽ debeat:vt ſi interfuiſſet rei Epheſi potius ſoluere,quàm eo loci quo conueniebatur, ratio [b] eius haberetur. Iulianus Labeonis opinionẽ ſecutus,etiam actoris [c] habuit rationẽ: cuius interdũ potuit intereſſe,Epheſi recipere.Itaq; vtilitas quoq; actoris veniet. Quid enim ſi traiecticiã pecuniã dederit Epheſi recepturus, vbi ſub pœna debebat pecuniam, vel ſub pignorib⁹:& diſtracta pignora ſunt, C vel pœna cõmiſſa mora tua? [d] vel fiſco aliquid debebatur, & res ſtipulatoris viliſſimo diſtracta eſt? In hãc arbitrariam quod interfuit, veniet: & quidẽ vltra legitimum [e] * modum vſurarũ. Quid ſi merces ſolebat [f] comparare: an & lucri ratio debeatur, non ſolius damni? Puto & lucri [g] habendam rationem.

III. Gaius *libro nono ad Edictum Prouinciale.*

IDeo in arbitriũ iudicis refertur hæc actio, [h] quia ſcimus quàm varia [i] ſint pretia rerũ per † ſingulas ciuitates regionéſq;: maximè vini,olei,frumẽti. Pecuniarũ quoq; licet videatur vna & eadẽ poteſtas vbique eſſe, tamen aliis locis facilius, & leuibus vſuris inueniuntur:aliis difficilius, & grauibus vſuris.

Si agitur in loco deſtinato ſolutioni,actio nõ eſt arbitraria ꝓpter locũ:nec creſcit æſtimatio,niſi aliquid vltra fuerit ſtipulatũ , vel interſit ratione tẽporis.h. d. & cõtinuatur:quia ſupra locut⁹ eſt quãdo agitur in loco nõ deſtinato ſolutioni: hic vero loquitur quando agitur vel quando promiſſum eſt in loco deſtinato.Bartolus.

IIII. Vlpianus * *libro viceſimo ſeptimo ad Edictum.*

QVod ſi Epheſi [k] petetur,ipſa ſola ſumma [l] petetur: nec amplius quid, niſi ſi quid [m] eſſet ſtipulatus: vel ſi [n] temporis vtilitas interuenit.

Sicut arbitriũ iudicis verſatur in augẽda, vel minuẽda cõdẽnatione:ita etiam in totaliter abſoluendo,æquitate hoc dictante. Bar.

Interdũ iudex qui ex hac actione cognoſcit,cũ ſit arbitraria,abſoluere reum [o] debet,cautione ab eo exacta [p] de pecunia ibi ſoluẽda,vbi promiſſa eſt. Quid enim ſi ibi vel oblata pecunia actori dicatur,vel depoſita,vel ex facili ſoluẽda:nõne debebit interdũ abſoluere? [q] In ſumma æquitatẽ quoq; ante oculos habere debet iudex qui huic actioni [r] addictus eſt.

Actio ex teſtamẽto, & certi cõdictio ex mutuo, ſunt arbitrariæ propter locũ.h.d.cũ.l.ſeq.Bar.

V. Paulus *lib.28.ad Edictum.*

SI heres à teſtatore iuſſus ſit certo loco quid dare, arbitraria D actio [ſ] competit:

VI. Pomponius *libro viceſimoſecundo ad Sabinum.*

AVt † mutua pecunia ſic data fuerit, vt certo loco reddatur. [t]

Actiones bonæ fidei non dicũtur arbitrariæ propter locum, ſed actiones ſtricti iuris ſic.Bar.

VII. Paulus *libro viceſimooctauo ad Edictum.*

* Inſcriptio huius capitis monet cõiungendum eſſe cum ſi. ne ſecundi.

h *Ideo in arbitriũ. Actio.*vt.ſ.l.proxi. §. nũc de officio.Accur.

i *Varia.*No.ſecũdũ diuerſa loca diuerſa cõſtitui pretia rerũ: vt.j. ad.l.Fal.pretia.j.reſpõ. &.§.fi.Sed ar. cõtra C. de temp.in integ.reſti.l.ſuperuacuã.ibi, ex diuerſis &c.Accur. Loca diuerſa pretia diuerſa conſtituunt.

k *Quod ſi Epheſi.*ſ.vbi pmiſsũ eſt.

l *Summa.*quæ eſt promiſſa.

m *Quid.* forte vel pœnã, vel fructus, vel lucrum,vel vſuras,vel intereſſe,vel aliquid tale.

n *Vel ſi.*pro etiam.vel aliter dic,ſi tẽporis vtilitas interuenerit, habeatur ratio dãni,non lucri. Et ſic nõ eſt ideo arbitraria hæc actio, quia in arbitraria habetur ratio damni & lucri. Vel dic hoc dici in actione ex teſtamẽto, vbi ex mora veniũt vſuræ ad inſtar bonæ fidei: vt C. in quib. cau. in integ.reſtit. l. in minorum.& tũc ſubaudi petenda erit & præſtãda,ſcilicet vtilitas ratione temporis,ſcilicet ſecundo & tertio caſu,ſecundum quod dixi.

† In vulg.eſt lex Aut ſi mutua.

E

c *Actoris.*non ſolum rei:vt.ſ.l.ij.in prin. & infra de compen.l. pecuniam.Accur.

d *Mora tua.* aliàs animalia mortua. & tunc dic, ſcilicet ſibi promiſſa,quæ diſtrahere potuiſſet.imò quæ pignori dederat:& lucre potuiſſet,ſi habuiſſet pecuniam.alias mora tua: vt quia debebat pecuniam ſub pœna:vt dixi.ſ.de in lit.iuran.l.iij.Accur.

e *Legitimum.* ſic ergo vltra duplum:cum vſura vltra duplum nõ extendatur:vt.ſ.de condic.inde.ſi non ſortem.§.ſi.ergo eſt contra:vt C.de ſen.quæ pro eo quod intereſt.l.j.§.j.Sed certe intereſſe ſingulare non debet excedere duplum intereſſe communis. hic autem ſolum commune petitur intereſſe.

f *Solebat.* hic diligenter attende quod vbi quis lucri quid facturus fuiſſet,ſi petit rationem haberi , habendã eſt cõiectura ex eo

o *Reum.*ab obſeruatione iudicij: & hoc eſt quod dicitur inſtit. de perpe.& temp. act.§.fi.Vel dic,ab intereſſe præſtatione.Acc.

p *Exacta.* Not. cauendum eſt de eo quod eſt faciẽdum in futurum : vt &.ſ.de iudic.in omnibus.& ſupra ſi ſer.vindi.l.egi. Sed arg.contra infra de vſur.l.j.in princ.ſed ibi in vſuras nullum ius adhuc competebat.

q *Abſoluere.* certe ſic.& idẽ eſt ſi æque bene lucrari poteſt adhuc,quia forum durat.cuius cauſa ibi promiſſio facta fuit.

r *Actioni.* vel alij:vt C.de iud.placuit.&.ſ.de relig.& ſump.fune.at ſi quis.§.idem Labeo ait.nam ſacroſanctæ ſcripturę ponũtur:vt C.de iudi.l.rem non nouam.

ſ *SI heres. Actio.* ſcilicet ex teſtamento.Accur.

t *AVt ſi. Reddatur.* item & vbi conſtituit certo loco ſe ſoluturum: vt.j.titu.j.l.ſi duo.§.j.Sunt & alij multi caſus in quibus dantur aliæ arbitrariæ:vt infra titu.de act.§. Præterea . Sed hic tit.non habet locum niſi in his duabus,& in alia tertia:vbi certo loco

loco promiſſum eſt: vt ſupra eo.l.ij.§.hæc autem.& illa de conſtitura pecunia ad exemplum iſtarum. Accurſius.

a I*N bonæ fidei. Competit*. vt iudicis officio habeatur loci ratio, vel temporis: vt.ĵ.commo.l.ſi vt certo.in princ.

b *Conditurum*. id eſt actum perſonaliter promiſit. & hoc ſi habeas, condicturum. aliàs cōducturū: vtputa habeo habitationes meas Romæ. & tunc bene eſt:& ſic nō agetur arbitraria ex cōtractu bon. fid. ſed ſtricti iuris, cum deductū ſit in ſtipu.& dic ſecundū vtramq; ſtipulatus eſt, id eſt promiſit.& quod dicit hac act. ſcilicet certi cōdict.arbitraria. nam non eſt proprium nomē actionis.ſed prima litera fuit,cōdicturum:puta promiſi tibi ꝙ te certo loco cōuenirem.nam ſi alibi te cōueniā, huic actioni locus eſt.Vel aliter ſtipulatus ſum Epheſi. x. hoc ipſo videor promiſiſſe quòd alibi non cogam vel agam.quod ſi fecero, hac actione eſt vtendū.vel dic condicturum, id eſt vt liceat ei certo loco condicere.

*Recte traditurum. nā ex promiſſione tradendi certo loco facta, hac actione recte agitur.

IN bonæ fidei iudiciis, etiam ſi in contrahendo cōuenit vt certo loco quid præſtetur,ex empto, vel vendito, vel depoſiti actio cōpetit: a nō arbitraria actio.Si tamē certo loco traditurū b *ſe quis ſtipulatus ſit,hac actione vtēdū erit.

Arbitraria actione fideiuſſor conuenitur vt reus: nec ex mora rei eius obligatio augetur..ſecus in vſuris per ſtipulationē debitis. & hoc intereſſe cum officio iudicis mercenario exigatur,in tantū durat pro rata,inquātū reſtat de ſorte ſoluendū. h.d. & eſt famoſa lex & ſubtilis,& diuiditur:quia primo ponit vnum dictū.Secundo aliud dictum. Tertio reſpondet tacitæ obiectioni.Quarto ſuā reſponſionem probat per argumentū.Secūda ibi, nec oportebit. Tertia ibi, neq; enim.Quarta ibi,eius.Bart.

VIII. AFRICANVS *libro tertio Quæſtionum.*

CEntum † Capuæ dari ſtipulatus, c fideiuſſorem accepiſti. d ea pecunia ab eo e ſimiliter vt ab ipſo promiſſore peti debebit, id eſt vt ſi alibi quàm Capuæ petatur, arbitraria agi debeat, liſque tanti æſtimetur, quāti eius f vel actoris intereſſet eā ſummā Capuæ potius quàm alibi ſolui. Nec oportebit, g quòd fortè h per reū i ſteterit quo minus tota centum Capuæ ſoluerentur, obligationem fideiuſſoris augeri. k Neq; enim l hęc cauſa m rectè comparabitur obligationi vſurarum.Ibi enim duę ſtipulationes n ſunt:hic autem vna o pecuniæ creditæ eſt: circa cuius executionē p æſtimatio ... 

† Coniunge l.cū quis.de oblig.l.ſi poſtea.rē pup. ſaluam.

CEntū.] CASVS.Promiſiſti mihi.c.dare Capuæ:& fideiuſſorem dediſti.& te & fideiuſſorē conuenire poſſum:& ſi reus fuerit in mora,fideiuſſor nō tenetur, ſed ex ꝓpria mora tenetur: nec obſtat ꝙ fideiuſſor tenetur ad ſortē & vſuras:quia duæ ſunt obligatiōes,& ſortis,& vſurarū.itereſſe vero pecunię quę debet ratione pec.quę adhuc ſoluta nō fuit,eſt vnū.l.ſeq.plana eſt.Viu.

c *Stipulatus*. tu creditor.

d *Accepiſti*. in centum.

e *Ab eo*. ſcilicet fideiuſſore.

f *Eius*. ſcilicet fideiuſſoris.

g *Nec oportebit*.pone fideiuſſorē in certa quantitate acceptum.& ideo non augetur eius quantitas mora rei. a Secus in vſuris quas ipſe fideiuſſor promiſit.nam tūc noceret:vt.ĵ.de ver.obl.l.mora.&.ĵ.loc.l. quæro. Secundo pone b ꝙ ſimpliciter vel in omnem cauſam fideiuſſit.& dico augeri eius obligationē propter morā rei.& quod dicit,nō oportebit,&c. eſt ideo, quia iam erat creditori à reo ſolutū non habita ratione loci.vnde nec reus,nec fideiuſſor amodo poteſt in eo teneri:vt.ĵ.eo.l.fi.Et quod dicit aliud in vſuris,ideo aliud,quia ſorte ſoluta remanet petitio vſurarum. ſed huic poſitioni ob.quod dicitur augeri.nam quomodo augetur quod non erat,cum ſors ſoluta ſit? Reſpon. improprie ponitur habito reſpectu ad id quod fuit ante ſolutionem.Tertio pone c ꝙ fideiuſſor nondū poterat perueniſſe ad certū locū:vtputa debilior,ſed reus ſic:& fideiuſſor volebat ſoluere in loco cōtractus,& creditor recipere.neuter enim de hoc cogebatur:ſed creditor volebat intereſſe propter morā rei:certe nō poteſt:arg.ĵ.de fideiuſ.l.ſi teſtamēto.§.fi.& ſecundū hoc non augetur obligatio fideiuſſoris:quia adhuc non poteſt conueniri.Quarto pone d ꝙ fideiuſſor conuenitur Capuæ:certe nec ex rei,nec ex ſua perſona habetur ratio loci: vt.ſ.eo.l.ꝙ ſi Epheſi.ſecus in vſuris ex ſtipulatu debitis. Sed certe ſimiliter ſecus de debitis iudicis officio in contractu bonæ fidei.nam ad eas tenetur fideiuſſor Capuæ conuentus.cur ergo de debitis per ſtipulationē tantum dicat eſſe ſecus? Reſpon. quia in iudiciis ſtricti iuris nō veniunt ſine ſtipulatione.ſed ſi referas te ab bonæ fid.iudiciū,idem eſſet.& ſecundū iſtam poſitionē non eſt contra.ſ.eod.Scæuola.§. idem Iulianus. ſecundū alios eſſet: ſed ibi ſoluimus.ſed vltimæ poſitioni nō videtur conuenire arg.in fin.l.poſitū.ſed certe imò conuenit: quia quod facit ibi ſolutio, vt intereſſe non poſſit peti:hoc hic certo loco cōuentio.Vel clarius not.tria acceſſoria ſunt propter morā rei,ſcilicet intereſſe. Item vſura debita ex mora, vt in bo.fi.Item vſura debita per ſtipulationē: puta ſi intra menſem fortè nō ſolueris,tenearis tu reus extunc ad vſuras:in quas acceſſiones quæritur an teneatur fideiuſſor ſimpliciter acceptus ex mora rei? Et dic in primo non, ſed ex ſua mora ſic, quæ poterit eſſe tardior,ſi debilior eſt ad eundū:vt hac.l.j.&.ij.reſpon.&.ĵ.de fideiuſſ.l.ſi ex teſtamēto.§.fi.Vel dic,ſi ex diuerſis locis: vt.ĵ.de duo.re.l.eadē. ſt. Vetus.

a] Vera in ſe. ſed eſt falſa quātum noſtrum Bar. Bal.P.&. Iaſ.

b] Reprobatur ſecundū Iaſ. poſt doct.

c] Reprobatur, quia diminuat, ſecundum Bart. Bal.P. & Iaſ.

d] Reprobatur ſecundū Bar. Bald. P.& Iaſ.

Vſuræ in ſtricti iuris iudiciis ſine ſtipulatione non veniūt.

A in fi.In ſecundo eſt opi.Pla.contra Io.ꝙ teneatur.quod dic vt.ĵ. loca.l.quęro.In tertio tenetur fideiuſſor:vt hac.l.ij.reſpon.Differt ergo primus à tertio ſecundū omnes: vt hic, neq; enim,&c. Et eſt ratio:quia in tertio iure ſtipulationis à reo debetur ſub conditione,ſi nō ſoluerit intra mēſem,intra quē, vtpote debitū,efficaciter tenetur fideiuſſor ſimpliciter accept', quaſi omnia videātur ſolēniter acta, & quaſi in omni quod reus ſe obliget. Sed in prima nō venit intereſſe iure obligationis: ſed per officiū: quod probat. vnde in idē, vtpote nō debitū pure vel ſub cōditione,non obligatur fideiuſſor. Obligatio ergo vſurarū efficax rei protendit illas ad fideiuſſorem:ſed intereſſe, vtpote inutiliter debēdum,non extēditur ad fideiuſſorem.Item primum differt à ſecūdo, ſecundū Io. Sed quare cum vtrumque officio tam in intereſſe, quàm in vſura.Item vtrumq; propter moram, Item vtrumq; ſub conditione tacita.ſcilicet ſi mora fuerit cōmiſſa? Reſpon. quia officium quod inhæret bon.fid. prouenit ex natura obligationis, & ab ea naturam contrahit, vt ſicut ipſa obligatio principalis ad fideiuſſorē extenditur:ſic & in vſura.ſed officium quod inhæret arbitrariæ,non gratia actionis, cum ſtricti iuris ſit,& ex accidenti propter locū:vnde ad fideiuſſorem non extenditur. quod dic vt inſtit.de act.§.in bonæ fidei.

B

C

h *Forte*. ideo ſubaudi.

i *Per reum*. nec rei nec fideiuſſoris mora auget obligationem, vt hic: ſed iudicis arbitrio committitur: vt in fin. huius. l. impropriè ergo dicit obligationem. ſed hic plus dicit quòd mora rei hic non nocet fideiuſſori.Accurſius.

k *Augeri*. vt arg.ĵ.de fideiuſ.& man.l.fi.vbi nō augetur. Quid eſt ergo quod dicitur.ĵ.de ver.obl.l.mora.quæ eſt cōtra? Reſpō. nocet,vt in eo in quo eſt obligat',nō liberetur interitu rei:nō vt in amplius teneatur,vel extra rē,vt hic.& quod dixit hic,æſtimetur lis quāti actoris interfuit:ſubaudi,ex mora ipſius fideiuſſoris. Sed oppo.& videtur ꝙ etiā ex ſua perſona nō teneatur fideiuſſor ad intereſſe.nā ſi fideiubeat in ſorte tantū,fideiuſſor non tenetur ad vſuras,etiā ex ſua mora:ergo nec hic ad intereſſe.ſed reſpō.ibi ideo,quia iure nouę obligationis oportet ꝙ veniāt.quæ obligatio non interceſſit.hic autē officiū iudicis inhęret principali.Sed adhuc videtur in totū teneri: vt.ĵ.loca.l. quæro.in prin.quæ eſt contra.Sol.poteſt dici ſecundū P.ꝙ hic fideiuſſor ſimpliciter interceſſit. e Si quæras,cur ergo nō tenetur ad intereſſe vt ad vſurā. vt ſubiicit? Reſpō.quia à reo nō debetur intereſſe adhuc etiā per officiū iudicis:ſed vſura in ſtipulationē deducta erat:vt.ĵ.proxi. reſpō.ſiue ergo vſura,ſiue intereſſe debitū ſit eo tēpore quo fideiuſſor datur ſimpliciter,ſiue per officium iudicis,ſiue per ſtipulationē pure factā,vel ſub conditione:ſi non ſoluerit in ſuo die:in omni eo & toto eo tenetur fideiuſſor, cū oīa præſumātur ſolenniter acta:vt inſtit.de fideiuſ.§.fi. & ſic loquitur hic ſtatim, &c.ĵ. loca.l.quæro.Si vero eo tēpore nō debebatur intereſſe p officiū, fideiuſſor nō tenetur:vt hic. f Idem in ſtipulatione vſurarū quæ poſtea facta eſt: licet huic ſolutioni videatur cōtra.ĵ.eo.l.fi.Sed dicas ꝙ ibi fideiuſſit in ſortē tantū. g vel ibi ponitur quæſtio:ſed nō ſoluit illā. h ponitur autē alia,& ſoluitur, an ſi creditor ſortē accipiat,petatur intereſſe? Sed quidā dicūt ꝙ ibi in omnib' trib' caſibus.ſ. l.quæro.in omnē cauſam obligatus eſt:hic in ſorte tātùm interceſſit:qđ nil eſt:quia nulla eſſet iā differentia:cū & ſi in vſurario cōtractu ꝙ intercedat,nō in plus tenetur:vt ĵ.de fideiuſſ.l.ſi fideiuſſores.§.j.ſed hæc.l.vult facere differentiā.

D

E

F

l *Neque enim*. reſpon.tacitæ obiectioni.quaſi dicat quare ſecus in vſuris quàm in intereſſe:in quibus vſuris tenetur fideiuſſor ex mora rei? Reſpon.neque enim,&c.Accurſius.

m *Cauſa*. id eſt cum tractatur de intereſſe.

n *Stipulationes*. vna ſortis, & alia vſurarum.

o *Vna*. ſcilicet ſtipulatio,vel obligatio.

p *Executionem*. id eſt ſolutionem.

e] Reprobatur, ſecundū Pau.

f] Iſta lectura eſt cōtra caſum. l. ſi poſtea. ĵ. rē pup ſal. fore. ſecundū Bart. Pau. & Iaſ.

g] Diuinat, ſecūdū Iaſ.

h] Dic quòd non eſt veriſimile quòd iuriſconſultus formaſſet quæſtionem.& non ſoluiſſet eā. ſecundum Pau.& Ia.

a *Committitur.* ſ. vbi vſuræ poſſunt peti per ſtipulationem. Acc.
b *Differentiæ.* probat intereſſe non eſſe in obligatione.
c *Pars.* ex voluntate accepit. aliàs contra infra de vſur. l. tutor. §. Lucius. Accurſius.
d *Petatur.* à fideiuſſore vel reo.
e *Duntaxat.* ſecus ergo eſt ſi vſura debetur per ſtipulationem: nõ per officiũ: vt. C. depoſi. l. ſi depoſiti. &. C. de iudi. l. j. & idẽ in pœna per ſtipulationẽ debita: vt ʒ. de act. empt. Lucius. hic ergo pro parte ſoluta etiam intereſſe remiſſum videtur: vt hic, &. ʒ. eo. l. fi. in fi. Acc.
f *IS qui. Stipulatore.* ſ. poſt petitionẽ: nã antea poteſt: vt. ſ. eo. l. iij. §. & generaliter. quę eſt cõtra. Vel verius dic ꝙ ibi eligit vbi ſoluat. ſ. in altero nominatorũ locorũ, cum plura loca fuerint nominata: non autẽ in alio: vt hic, & ʒ. de ver. obli. qui Romæ. in prin. &. ʒ. de fideiuſſ. l. fideiuſſor obligari. §. j. Sed contra adhuc: vt. ʒ. de ver. oblig. continuus. §. cũ ita. ibi, quia vbiq; poteſt ſoluere, &c. Solu. poteſt. vbique ſoluere, vt ibi, ſcilicet volẽte ſtipulatore: vel poteſt, id eſt debet vbicunque conueniatur. Alij dicunt quòd ibi locus gratia rei poſitus erat tantũ: vnde vbique ſoluere poteſt, vbi actor habet domicilium: hic gratia actoris. Accur.

tionis ratio arbitrio iudicis cõmittitur. a Eiuſq; differẽtiæ b maniſeſtiſſimum argumentũ eſſe puto, quòd ſi poſt morã factam pars c pecuniæ ſoluta ſit, & reliquum petatur, d officiũ iudicis tale eſſe debeat, vt æſtimet quanti actoris interſit, eam duntaxat e ſummam quæ petetur, Capuæ ſolutam eſſe.

B Non poteſt creditori inuito alibi ſolui, quàm in loco deſtinato. Bartolus.

IX. VLPIANVS *libro quadrageſimoſeptimo ad Sabinum.*

IS qui certo loco dare promittit, nullo alio loco quàm in quo promiſit, ſoluere inuito ſtipulatore f poteſt.

Iſta lex eſt magis difficilis quàm ſit. l. centũ Capuæ. ſ. eo. & eſt glo. illius. & h. d. Fideiuſſor ſimpliciter acceptus non tenetur ad intereſſe propter locũ ex mora rei etiã prę-cedẽte: nec admittitur quòd ſimplex ſolutio pro rata ſortis & intereſſe facta eſſe videatur. Et diuiditur, quia primò format quęſtionem. Secũdo reſpon. ad illã inducendo ſimilia. Tertio circa prædicta mouet vnũ dubiũ. Quarto illud determinat, & declarat. Secũda ibi, adeo. Tertia ibi, niſi ſi quis. Quarta ibi, quod non puto. Bart.

X. PAVLVS *libro quarto Quæſtionum.*

SI poſt moram factam quo minus Capuæ ſolueretur, quum arbitraria vellet agere, g fideiuſſor acceptus h ſit eius actionis nomine: videamus * ne ea pecunia quæ ex ſententia iudicis accedere poteſt, nõ debeatur, i nec ſit in obligatione: k adeo l vt nunc m quoque ſorte ſoluta, n vel ſi Capuæ petatur arbitrium iudicis o ceſſet. Niſi p ſi quis dicat, q ſi iudex centum r & viginti condemnare debuerit: centum ſolutis ex vniuerſitate, tam ex ſorte quàm ex pœna s ſolutum videri: vt ſuperſit C petitio eius quod excedit ſortẽ, t & accedat pœna pro eadem u quantitate. Quod non puto admittendum, x tanto magis, quòd creditor accipiendo pecuniam, etiam remiſiſſe pœnã videatur. y

* Hæc phraſis peculiaris eſt iurecõſultis, qua modeſtè quid ſentiãt oſtendunt in re cõtrouerſa. quod nõ aſſecuti interpretes hic & l. 8 §. ſi cõditioni. de inoffi. teſta. ſ. & pleriſque aliis locis dubitant an ad quæſtionem reſpondeatur. Duar 22. diſput. ca. 11.

SI poſt moram. ] CASVS. Debebas mihi. x. ſoluere certo loco fuiſti in mora ſoluendi. poſt moram dediſti fideiuſſorem, an teneatur fideiuſſor ad intereſſe quod debetur mihi ex mora rei, quæritur. in litera non reſpon. poteſt dici, quòd fideiuſſor non tenetur: & hoc innuit litera ſequens, adeo, &c. Et ſic reſpondetur. dicit tamen, ſi petatur ſors, & poſt moram ſoluatur, ceſſat iudicis officium. Si ergo intereſſe non fuit in obligatione, igitur D nec fideiuſſ. fuit obligatus. poſſet tamen ſic obiicere: pone quòd tu debebas mihi. c. pro vſuris: ſi fideiuſſor ſoluat. c. iſta. c. videbuntur ſoluta pro ſorte & vſuris. ſed hoc falſum eſt: quia accipiendo pecuniam, videor remiſiſſe intereſſe. Viuianus.
g *Agere.* ſcilicet ſtipulator.
h *Acceptus.* dic, a ſcilicet in centum tantum. ſecus eſſet ſi ſimpliciter: b quia tunc in totum teneretur: vt dixi. ſ. eo. l. centum. Vel dic ſecundum Ioan. ſi ſimpliciter fideiuſſit, non tamen tenetur ad intereſſe: quia non venit ex natura actionis. vel quærit, & non ſoluit. c Et ſic not. quòd fideiuſſor in pœnis non tenetur: vt ʒ. ad munici. l. libertus. in fin. & l. Lucius. §. j. arg. ʒ. de fideiuſſ. l. ſi. & arg. ʒ. rem ra. habe. l. ſi fine. §. cum autem. Sed arg. contra. ʒ. de fideiuſ. ſi quis pro eo. § ij. & d infra de admini. tuto. l. tutor qui repertorium. §. penul. ADDITIO. Dic quòd ibi pœna venit ex natura actionis: hic præter naturam, ſecundum Iaſ.
i *Debeatur.* à fideiuſſore. Accurſius.
k *Obligatione.* fideiuſſoria. nam in obligatione principali bene eſt quantum ad executionem.
l *Adeo.* non ſit in obligatione, vt. id eſt ſicut ſi ceſſet arbitriũ: & nunc quoq; ſorte, &c. & quod ſubiicit niſi, excipit à ſoluta: vel pone vt ſit cõiunctio. & ſecundũ hoc innuit, vt nũc ſoluta, ſorte, ſi iam deberetur intereſſe, nil poſſet peti: quod falſum eſt. Item innuit ꝙ ſi poſt moram Epheſi ſoluit, ꝙ ſimpliciter veniat intereſſe: quod falſum eſt ſimiliter, ſecundũ quod not. ſ. ꝙ ſi Epheſi.
m *Nunc.* ſcilicet poſt moram.
n *Soluta.* à quouis eorum. nam & cum reus ibi conuentus non teneatur in plus: vt. ſ. quòd ſi Epheſi. ergo nec fideiuſſor, qui ſoluit id quod per ſtipulationẽ promiſit, quod dicitur reus arbi. condemnatus. Sed ob. adhuc in plus tenetur. Reſpon. non aliquo de quatuor modis.
o *Iudicis.* in vtroque certe caſu ceſſat. in primo propter. l. illam

a] Diuinat. Iaſ.
b] Reprobatur. Pau. & Fulgo.
c] Reprobatur per Iaſ.
d] Melius eſt in §. fin ſecũdum Iaſ.

A centum. in ſecundo propter legem illam, quòd ſi Epheſi. in prin.
p *Niſi.* excipit ab eo quod dixit, ſorte ſoluta.
q *Dicat.* & male.
r *Centum.* exemplum, ſecundũ Io. ſors. c. intereſſe. xx. ex. c. ſolutis octoginta &. iij. ſol. &. iiij. denarij ſoluta videtur de ſorte. Itẽ. xvj. ſol. &. viij. denarij pro pœna ſiue pro intereſſe. remanent ergo. xvj. ſol. &. viij. denarij. de ſorte ſoluenda: quibus accedit pœna pro rata, id eſt pro quinta ſui portione, ſcilicet. iij. ſol. &. iiij. dena. & ſic ſi bene cõputes, pro ſingul. v. ſolidis de ſorte, debetur vnus ſol. pro pœna. Sed. M. ſic: octoginta ſortis erant, & in xl. nomine pœnæ poterat cõdemnari. in c. ſolutis ex vniuerſitate. lxvj. ſol. &. viij. dena. de ſorte ſunt. ſed de pœna. xxxiij. ſol. &. iiij. dena. de ſorte enim ſuperſunt. xiij. ſol. &. iiij. dena. de pœna. xj. ſoli. &. viij. denarij. & hæc computatio ad eundẽ ſenſum recidit.
s *Ex pœna.* i. de ĩtereſſe.
t *Sortem.* i. centũ. Azo.
u *Pro eadem.* proportionabiliter, ſcilicet cũ ibi quinquies tam cõtineatur in ſorte, quàm in intereſſe, ſecundum poſitionem factam ꝙ ſors erat. c. intereſſe. xx. ergo. v. partes. c. ſolutorũ in ſortẽ videntur ceſſiſſe. ſexta autem pars. c. videtur ceſſiſſe intereſſe: quæ ſexta. c. continet. v. partes de intereſſe. remanet ergo ſexta pars ſortis, & ĩtereſſe ſoluẽda. Azo.
x *Admittendum.* ſ. vt ex ſorte & intereſſe ſolutũ videatur. & ita nõ reſpõdet quæſtioni propoſitæ, an fideiuſſor in omnẽ cauſam teneatur. Vel dic, non puto admitti ꝙ fideiuſſor teneatur. nam & in prin. & in fi. huius. l. probare intẽdit intereſſe nõ eſſe in obligatione ea ratione, quia ſorte ſoluta pœna peti non poteſt. & hoc idẽ probat. ſ. eo. l. centũ. primũ tamen verius eſt, vt quæſtioni nõ reſpõ. & ſic pro vtroq;, ſi ſimpliciter ſit acceptus, teneatur: vt & not. ſ. eo. l. centũ. in ſolutione cõtrarij. ʒ. locati. l. quæro. j. reſpõ.
y *Videatur.* Nota recipiendo ſortẽ, videtur remitti pœna: vt hic, & ar. ʒ. de pub. & vec. hoc edicto. & ar. ſ. ſi quis cau. l. ſi duo. §. j. & l. ij. in prin. & ſ. de arbi. l. Celſus. ar. contra. ʒ. vi bo. rap. l. pe. & arg. ʒ. de ædil. edic. l. quis ſit. in prin. & ar. ʒ. de fur. l. qui ea mente. & ar. cõtra. C. de ſol. l. j. Sed in arbitrariis e & iudicialibus pœnis locum habent prima ar. non in legalibus: vt. ſ. de condic. fur. l. ſi pro fure. In cõuentionalibus refert, ſit dictũ rato manente pacto, vel non: vt. ʒ. de except. do. l. apud Celſum. §. Labeo. &. ſ. de tranſac. l. qui fidẽ. Item quid ſi reus ſoluat alibi, an fideiuſſor in intereſſe poterit cõueniri? Reſpõdeo ſic, ſi in intereſſe fideiuſſit: nõ aliàs. ſed ipſe reus nõ, vt hic. ſed nec ipſe fideiuſſor: niſi in hoc ſpecialiter fideiuſſit. Itẽ contra. ſ. l. iij. §. item Iulianus. Sol. vt ibi.

e] Dic quòd in pœnis legalibus quæ imponuntur à lege: recipiẽs ſortem propter hoc non remittitur pœna legalis: ſecus in cõuentionalibus, ſecundum Iaſ.

## E DE PECVNIA CONSTITVTA.

*Supra de principalibus perſonis locutus: nunc de illis quæ accedunt.*

*Tradita eſt ratio ſuperiori titulo qua id quod debetur alio die vel loco petatur rectè quã quo dari debuit. Traditur alia hoc titulo, Si quis id egerit cũ debitore vt alio die vel loco cõſtitueret ſe ſoluturum. nam, vt Labeo dicebat, propter has potiſſimũ pecunias quæ nondũ peti poſſunt, puta morã inijciente die vel loco, conſtituta inducta ſunt. l. 3. §. vlt. l. 4. & . 5. hoc tit. Fiũt cõſenſu nudo non verbis, nec tamen pacta ſunt nuda, ſed contractus, quia recepta imitantur quæ fuere contractus, è quibus actio receptitia, ſicut ex his actio conſtitutoria. nam nec alia ratione precarium numeratur inter contractus. l. contractus. De reg. iur. quam quod ſit ſimile commodato, fiunt etiam conſtituta pro alio. Et breuiter conſtitutum eſt conuentio, qua quis reſpondet citra ſtipulationem ſoluturũ ſe quod ipſe vel alius debet. quo genere priorem obligationem non nouari conſtat. l. 3. §. in eum De admi. rer. ciuil. Cuiacius.*

HOc edicto. ] CASVS. Dicitur quòd hoc edictum æquitatem habet: quia naturalis æquitas ſuadet, vt ea quæ quis promittit ex proprio conſenſu, ea adimpleat: quia graue eſt

eſt &c. [AIT PRÆTOR.] Qui pro alio conſtituerit ſoluere, cogam. & hoc verum eſt, niſi in muliere: quæ ſi pro alio intercedendo conſtituit, non tenetur: ſed pro ſe ſic: quia maſculinum concipit & fœmininum. [DE PVPILLO.] Pupillus ſine tutoris auctoritate conſtituendo non obligatur. Si filius cõſtituit ſe ſoluturum, pater tenetur pro eo de peculio. [EVM QVI.] Volebã a te ſtipulari quod aliꝰ mihi debebat: tamen fuit inutilis ſtipulatio. volebam iſtam ſtipulationem habere vim nudi pacti, vt ita haberet locũ actio de cõſtituta. dicit ꝙ non poteſt: quia non habui animũ cõſtituendi. nec ex ſtipulatione: quia inutilis fuit ſtipulatio. [DEBITVM.] Quod debeo, vel alius debet, cõſtitui poteſt. vnde ad hoc ꝙ cõſtitui poſſit, ſufficit ꝙ naturaliter debeat: vel etiã iure prætorio pater vel dominus obligat de peculio quatenus fuit in peculio tempore cõſtitutionis. ſi conſtituatur in tantũ inquantũ filius tenebatur: licet in peculio tẽpore cõſtitutionis minus ſit, inſolidũ tenebitur: & etiã ſi nihil ſit in peculio. ſi autẽ maritꝰ ſe cõſtituit ſe ſoluturũ c. quæ accepit nomine dotis: nõ inquantũ facere poteſt tenetur, ſed inſolidũ cõdemnatur: tamẽ mulier condẽnatur inquãtũ facere poteſt. Viuianus.

†In hãc ſententiam pulchrè Cic. li. 1. & j. Offi. & pro Roſcio comœdo: Aequè enim perfidioſum & nefarium fidem frangere, quę cõtinet vitã: & pupillũ fraudare, qui in tutelam peruenit: & ſocium fallere qui ſe in negocio cõiunxit.

## DE PECVNIA CONſtituta.

### TITVLVS V.

I. VLPIANVS *libro vicenſimoſeptimo ad Edictum.*

HOc edicto [a] prętor fauet naturali æquitati, [b] qui cõſtituta ex conſenſu facta cuſtodit: quoniã † graue eſt [c] fidem fallere.

Maſculinum concipit fœmininum. Bartolus.

Ait prętor: *Qui pecuniã debitã cõſtituit.* [d] *Qui*, ſic accipiendũ eſt, quæ-ve. nam & mulieres [e] de cõſtituta tenẽtur, ſi non interceſſerint. [f]

Hæc dictio, qui, refertur ad maſculos & ad fœminas maiores & minores, liberos & in poteſtate. Bartolus.

De pupillo etſi nihil ſit expreſsũ edicto, attamẽ ſine tutoris auctoritate cõſtituendo nõ obligatur. [g] Sed ſi filiusfamilias cõſtituerit, an teneatur quæritur. Sed puto verum & ipſum conſtituentem teneri, [h] & patrem de peculio.

Hic exponitur verbũ conſtituit, licet eius expoſitionẽ reaſſumat infra eo .l. qui autem. §. cõſtituere. &. h. d. Cũ tractamus de obligatione inducenda: ſi non valet quod ago vt ago, nec valet vt valere poteſt. Bartolus.

Eũ qui inutiliter ſtipulatus [i] eſt, cũ ſtipulari voluerit non conſtitui ſibi, dicendũ eſt de cõſtituta experiri nõ poſſe: quoniã non animo [k] cõſtituẽtis ſed ꝓmittẽtis factũ ſit.

Hic incipit exponere illud verbũ, debitã: & durat hæc expoſitio vſq; ad .l. qui autẽ. §. cõſtituere. & ne procedat in æquiuoco hic verbũ pecunia, non exponit: ſed pro cõſtanti omnes veteres acceperũt pecuniã pro qualibet re. ſolũ ergo ad expoſitionẽ huius verbi, debitam, attendit. &. h. d. Sicut aliud pro alio poteſt ſolui: ita aliud pro alio poteſt conſtitui. Bartolus.

An poteſt aliud conſtitui, quàm

a *Hoc edicto.* quod eſt ĩ. proxi. §.

b *Aequitati.* vt & illud. ſ. de pac. l. j. in prĩ.

c *Graue eſt.* ſ. homini graui. ſic & ĩ. depoſi. l. j. §. merito. Accur.

d *Cõſtituit.* ſoluere cogam. Azo. & ſic iunge quod eſt. ĩ. eod. ſi duo. §. ait prætor.

e *Mulieres.* pro ſe ſcilicet, & non pro aliis, vt ſubiicit. Et not. hic ꝙ ſub maſculino genere continetur fœmininũ: ſed non econtra: vt. ĩ. de verb. ſignific. l. j. & de leg. ij. ſi ita ſcriptum. & l. qui duos. & l. Lucius §. quæſitum.

f *Interceſſerint.* ſcilicet pro alio.

g *Non obligatur.* etiã naturaliter, quando infantiæ proximus eſt: vt. ſ. de condic. inde. l. quod pupillus. Vel dic ciuiliter, quãdo eſt proximus pubertati: ſed naturaliter ſic: vt. ĩ. de nouatio. l. j.

h *Teneri.* quia ex omnibus cauſis obligatur, vt paterfamilias: vt ĩ. de act. oblig. ſi filiusfa. Ir.

i *Stipulatus.* quia forte eſt inter abſentes.

k *Non animo.* Arg. quòd ſi non valet quod ago vt ago, nec valet vt valere poteſt. ſic & ĩ. de condi. l. j. & ĩ. de verb. oblig. l. j. §. ſi quis ita. in fi. Sed arg. cõtra vt. ĩ. depoſi. Lucius Titius cum haberet. & ſ. de tranſac. l. & poſt. §. ſi fideiuſſor. & inſtit. de adop. §. fi. & ſ. de pac. ſi vnus. §. pe. Sed qualiter ſciam quòd ſtipulari ſibi voluerit, non conſtitui? Reſpon. ex verbis quæ præceſſerũt: vt. ĩ. ff. Vetus.

A de teſta. l. heres. §. ſed & ſi notam. & de lega. j. ſi ſeruus pluriũ. §. fi. ſed cum acceptilatio quandoque iure pacti valeat, vt diximus ſ. de pac. ſi vnus. §. penul. quare non ſtipulatio valet iure conſtituti? Reſpondeo: facilius exceptio quàm actio paratur.

l *Poſſe.* vt & ſupra ſi cert. peta. l. j. §. j. & infra de iure do. ſi ei nuptura. & infra loca. ſed addes. §. ſi dominꝰ. Sed an factũ pro dato, vel ecõtra, vel vnũ factum pro facto poſſit cõſtitui? Reſpon. ſecũdum Ioan. nõ valet, cũ multum interſit inter factũ & datum: vt ſupra ti. j. l. ij. §. Iulianus. & infra de ſol. qui res. §. mihi. x. Item not. ex hoc. §. pe. & infra eo. qui autem. §. j. ꝙ non ſit neceſſe id eſſe debitum quod cõſtituitur, ſi tamen propter debitum conſtitutio fiat.

quod debetur, quæſitum eſt. Sed cum iam placet, rem pro re ſolui poſſe, [l] nihil prohibet, & aliud pro debito conſtitui. Denique ſi quis centum debens, frumentum eiuſdem pretij conſtituat, puto valere [m] conſtitutum.

Factũ pro dato, vel econtra, conſtitui non poteſt.

B Debitũ intelligitur ex quacũque cauſa quæ parit obligationẽ ciuilem & naturalẽ, vel naturalẽ tantũ: vel de iure prætorio ſine exceptionis obſtaculo. Itẽ ſiue ſit debitũ purẽ, ſiue ſit in diem. h. d. vſq; ad. l. eum qui. Bartolus.

Debitũ autẽ ex quacũque cauſa poteſt cõſtitui, id eſt ex quocũque cõtractu: ſiue certi, ſiue incerti: [n] & ſi ex cauſa emptionis quis pretium debeat: vel ex cauſa dotis: vel ex cauſa tutelæ: [o] vel ex quocũque alio cõtractu. Debitũ autem vel natura ſufficit. [p] * Sed & is qui honoraria actione, [q] nõ iure ciuili obligatus eſt, cõſtituẽdo tenetur. Videtur enim debitum & quod iure honorario debetur. Et ideo & pater & dominus de peculio obſtricti ſi cõſtituerint, tenebuntur vſque ad eam quantitatem quę tunc fuit in peculio cum conſtituebatur. [r] Cæterum ſi plus ſuo nomine [f] conſtituit, non tenebitur in id quod plus eſt.

C

m *Valere.* aliter in fideiuſſore: vt infra de fideiuſ. l. ſi ita.

n *Incerti.* vt in quo eſt factũ: vt infra de verb. obligatio. vbi autem. § qui id.

o *Tutelæ.* hic eſt quaſi contractus.

p *Natura ſufficit.* ſecus in ciuili debito: vt. ſ. l. iij. §. j. Azo. Et nota ꝙ impropriè naturale dicitur debitum: vt infra de fideiuſſ. l. fideiuſſor obligari. §. j.

q *Actione.* vt quia me deferente iurauit quis ſibi deberi. aliud etiam exẽplum hic ſubiicit, & ideo &c. Accur.

r *Cõſtituebatur.* illud enim tẽpus inſpicitur: vt hic, &. ĩ. de iur. dotiũ. l. ſi pater. §. qui debitorem.

f *Suo nomine.* putans ſe teneri. Accur.

*Ad conſtituendum, vt & ad nouandum. l. j. de nouat. quia graue putauit prætor ſi dem fallere: & imputare ſibi debet, qui debitum vel hoc modo conſtituerit. Baro.

II. IVLIANVS *libro vndecimo Digeſtorum.*

D QVòd ſi filij nomine cõſtituerit ſe decem ſoluturum, quãuis in peculio quinque fuerint, de conſtituta in decem tenebitur. [t]

III. VLPIANVS *libro vicenſimoſeptimo ad Edictum.*

QVod ſi † maritus plus conſtituit ex dote, quàm facere poterat: quia debitum conſtituerit, in ſolidum quidẽ tenetur: ſed mulieri in quãtum facere poteſt, condemnatur. [u] Si quis autem conſtituerit quod iure ciuili debebat, iure prætorio non debebat, id eſt per exceptionẽ, [x]

E

t QVod ſi filij. Tenebitur. quia exceptionem remittere videtur: vt ſupra ſi quis cau. l. ſed & ſi. §. pen. & §. fina.

u QVod ſi maritus. Condemnatur. ſic etiã poſt ſententiã: vt ĩ. ſol. ma. l. ex diuerſo. §. fin. ſed aliter ſi ſoluãt iſti. ſ. pater & maritus: quia non repetũt: vt. ſ. de condi. inde. l. is cum quo. vel vt ibi, & l. nã & ſi. &. ĩ. de lib. lega. ſi quis reum. §. huic.

† Iſte tex. eſt not. ſecũdũ Bal. ad hoc quòd libellus in quo petitur dos reſtitui, debet cõcludere ad totam dotem: licet maritus condemnetur in quantum facere poteſt deducto ne egeat. Bolo.

x *Per exceptionem.* ſ. fauorabilem: quia ex ea datur etiã repetitio. & da exemplum in exceptione pacti. vel ciuile remanet debitũ: vt. ĩ. de ſol. Stichum. §. naturalis. Item in chirographo ante biẽnium: vt C. de non nume. pecu. l. in cõtractibus. vel quia iurauit debitor ſe non debere: vt. ſ. de iureiuran. l. ſi. & d. §. naturalis. vel ex ea cauſa conſtituit, quam ſubeſſe credebat, quæ non ſuberat: vt. ĩ. de exce. do. l. ij. §. j. ſecus ſi odioſa. eſſet tutus excep. quia tũc conſtituens tenetur: vt in Maced. vt ſupra de condic. inde. l. qui exceptionem. niſi filius iuſto errore ductus cõſtituat: vt infra ad Maced. l. fi. Sed quid ſi ſciens ſe quis nullo modo teneri, conſtituit? Reſpon. tenetur ſecundum Bul. & H. quia donare videtur: vt. ĩ. de reg. iur. l. cuius. & ĩ. de noua. ſi quis ſ delegauerit.

an conſtituendo teneatur, quæritur. Et eſt verũ (vt & Pomponius ſcribit) eum nõ teneri: quia debita iuribus [a] nõ eſt pecunia quæ conſtituta eſt. Si is qui & iure ciuili & prætorio debebat, [b] in diem ſit obligatus, an conſtituẽdo teneatur? Et Labeo ait teneri conſtitutum. quã ſententiã & Pedius probat. & adiicit Labeo vel propter has potiſſimũ pecunias quæ nondum peti poſſunt, cõſtituta inducta. quam ſententiã non inuitus [c] probarim. habet enim vtilitatem, vt ex die obligatus, cõſtituendo ſe eadem die ſoluturum, teneatur.

IIII. PAVLVS *libro vicenſimonono ad Edictum.*

SEd & ſi citeriore die [d] conſtituat ſe ſoluturum, ſimiliter tenetur.

Varietas loci conſtitutionem non impedit. Bar.

V. VLPIANVS *libro vicenſimoſeptimo ad Edictum.*

EVm qui Epheſi promiſit ſe ſoluturum, ſi cõſtituat alio loco ſe ſoluturum, teneri conſtat. [e]

Qui in loco legationis exiſtẽs ſe conſtituit ſoluturum ibidem, perdit ius reuocãdi domum, & tenetur ibi ſoluere: ſecus ſi ibi nõ exiſtens, & cõſtituit ſe ſoluturũ in loco legationis futurę. h.d. ſecundũ tertiam lect. quã puto veram. P.

Iulianus * legatum Romæ [f] cõſtituentẽ quod in prouincia acceperat, putat conueniri debere: quod & verum eſt. [g] Sed & ſi non cum Romę eſſet, ſed in prouincia adhuc, conſtituit ſe Romæ ſoluturum, denegatur [h] in eum actio de conſtituta.

Sufficit eſſe debitum, licet non debeat qui conſtituit. Bar.

Quod exigimus, vt ſit debitum quod cõſtituitur, in rem exactũ [i] eſt: non vtique vt is cui conſtituitur, creditor ſit. nam & quod ego debeo, tu cõſtituendo teneberis: & quod tibi debetur, ſi mihi conſtituatur, debetur. [k]

Per epiſtolam poteſt quis ſe obligare conſtituendo ſe pro debito alteri, non alium. Bar.

B Iulianus quoq; libro vndecimo ſcribit: Titius epiſtulam ad me talem emiſit: Scripſi me ſecundum mandatum Seij, [l] ſi quid tibi debitum adprobatum erit, me tibi cauturum, & ſoluturum ſine controuerſia. tenetur Titius de cõſtituta pecunia. Sed ſi quis conſtituerit aliũ ſoluturum, non ſe pro alio, non tenetur. [m] & ita Pomponius libro octauo ſcribit.

C Verba cõſtituti debẽt referri ad eum cui fit, non ad alium: niſi ille alius fingeretur idẽ ratione poteſtatis vel legitimæ adminiſtratiõis h.d. vſq; ad. l. ſed ſi filio. §. j. Bar.

Item ſi mihi conſtituas te ſoluturum, teneberis. quòd ſi mihi cõſtitueris, Sẽpronio te ſoluturum, non teneberis. [n] Iulianus libro vndecimo Digeſtorum ſcribit, procuratori conſtitui poſſe. quod Põponius ita interpretatur, vt ipſi procuratori conſtituas te ſoluturum, non domino. [o] Item tutori D pupilli conſtitui poteſt, & actori [p] municipum, & curatori furioſi. ſed & ipſi conſtituentes tenebuntur. Si actori municipum, vel tutori pupilli, vel curatori furioſi, vel adoleſcentis ita conſtituatur, *municipibus ſolui*, vel *pupillo*, vel *furioſo*, vel *adoleſcenti*: vtilitatis gratia puto dandam municipibus, vel pupillo, vel furioſo, vel adoleſcenti vtilem [q]

a *Iuribus*. id eſt iure naturali, vel ciuili, cum effectu.

b *Debebat*. dic, id eſt iure ciuili & naturali, ſcilicet pacto. nam per pactum iure prætorio naturaliter obligatur. Vel dic quòd ille cui ciuiliter tenebar, me deferente iurauit ſibi deberi. & ſic etiam actio in factum prætoria eſt quæſita. Vel dic, in eo iure prętorio prius tenebatur: & hoc quod debebat, legauit: vt. j. de leg. j. ſi creditori. §. id quod.

c *Non inuitus*. ſed volens. Accur.

*Sed et ſi citeriore.*] CASVS eſt planus vſque ad. §. item ſi mihi. [ITEM SI MIHI.] Stipulatus ſum à te decem dari Titio. ſi conſtituas te ſoluturũ Titio, non valet conſtitutio, quia petere nõ poteſt: licet poſſit ei ſolui. ſi autẽ cõſtituiſti te ſoluturũ mihi, aut Titio: mihi cõpetit actio de cõſti. pe. & tamẽ ei poteſt ſolui pe. Sed pone vt in primo caſu. Stipulatus fuiſti mihi aut Titio dari: conſtituiſti te mihi ſoluturũ. ſoluiſti Titio. non liberaberis: & habebis cõdictio. indebiti cõtra Titiũ. idẽ erit in duob' reis ſtipulãdi, quia ſi alteri cõſtituatur tantum, & alteri poſtea ſoluatur: ſoluẽs non liberatur: ſoluenti cõpetit cõdictio indebiti. Cętera omnia plana ſunt vſque ad. l. itẽ illa verba. Viuia.

d *Sed & ſi citeriore die.* multo magis ſi in vlteriorem: licet in dote ſit aliter: vt. j. de pact. do. l. de die. Item poteſt intelligi hæc lex, quãdo idẽ principalis debitor cõſtituit ante diẽ: ſicut s. poſuit in poſitione caſus. Quid de alio? forte idem: & per hoc differt à fideiuſſore qui nõ poteſt etiã tẽpore in plus obligari: vt inſti. de fideiuſ. §. fideiuſſores. verſi. item ſi ille. Sed an ante diem rei conueniri poterit iſte? Quidam dicũt ꝙ non vt. j. eod. id quod. Tu dic quòd ſic. nam aperta eſt differentia inter cõditionem de qua ibi dicit, & diem: quia ante conditionem nullo modo debita eſt pecunia, ſed ante diem ſic: vt. j. de ver. oblig. l. eum qui calendis. niſi ignorabat conſtitutor aliam diem prolixiorem: tunc forte poteſt habere locum quod dicunt.

* Apparet eum in ipſa iã legatione accepiſſe: in qua cum deinceps Romæ cõſtituerit, æquũ eſt eum cõueniri. quòd ſi ante legationẽ contraxiſſet, deinde Romę cõſtituiſſet, non cõueniretur vbi cõſtituit l. 2. § legatis & l. 5. de iudic.

e *EVm qui. Conſtat.* & erit arbitraria: vt. j. eo. ſi duo. §. j. videbatur enim contra, quaſi eſſet indebitum quãtum ad alia loca: vt diximus. s. de condi. indeb. l. qui loco certo.

f *Romæ*. exiſtentem.

g *Quod & verum eſt.* imò videtur falſum, nam ſi in loco vbi pri' incepit eſſe debitum, non vbi nunc conſtituit, debet conueniri: vt. s. de iudi. l. ſi quis in legatione. quæ eſt cõtra. Sol. quatuor modis dicitur. Primo, quia ibi conſtituit ſe ſoluturum quod debuit ante legationem: vnde ſpectatur origo: vt ſicut prima actio in legatione intendi nõ poteſt, ita nec iſta. at hic cõſtituit quod in legatione ipſa debere cœpit, vnde tenetur: vt. s. de iudi. l. ij. §. legatis. verſi. omnes. Vel ſecundo hic & ibi ſit debitum ante legationem. ſed ibi antequam eſſet legatus, conſtituit quòd ſolueret A quando eſſet legatus. hic autem iam erat legatus quando conſtituit. Sed hæc ſolutio tollitur. j. de legatio. cũ quæritur. vbi dicitur non referre, in legatione vel ante promittat quis ſe ſoluturũ tẽpore legationis. ſed certe & aliter ibi caſus ponitur: vt ibi not. Vel tertio fiat vis ſola appoſitione loci: quia ibi non fuit appoſitus locus vbi ſit ſoluẽdũ. hic ſic. Vel quarto dic quòd ibi nõ conuenitur vbi conſtituit, id eſt vbi cõſtitutio facta eſt: vt hic inſpiciatur: ſed vbi ſolutio eſt facienda: & ita hic prima & vltima placet.

h *Denegatur*. imò videtur dari, cũ ibi contraxiſſe videatur: vt. j. de actio. & obliga. l. cõtraxiſſe. & de bo. auctori. iudi. poſ. l. iij. quæ ſunt contra. Sol. licet de fictione iuris ibi contrahere videatur, tamẽ & ibi habet forũ vbi fuerunt verba cõtractus: & ideo ibi cõueniatur: vt. j. eod. ſi duo. §. j. Vel dic ꝙ hic ante legationem cõſtituit. vnde ſicut de aliis cõtractibus etiã Romæ ante legationẽ factis in legatione cõueniri nõ poteſt: ita nec de hac: vt. s. de arbi. nõ diſtinguemns. §. item ſi quis.

i *Exactum*. nõ in perſonam, id eſt nõ inquiritur quæ perſona debeat, ſed ſimpliciter an ſit debitum.

k *Debetur*. ſcilicet mihi. & hoc ſi tua volũtate fiat, non aliàs: vt. s. de nego. geſt. ſoluẽdo. & infra de noua. ſi Stichum. §. fina.

l *Seii*. ſ. debitoris.

m *Tenetur*. debẽt ergo verba cõcipi in perſonam cõſtituẽtis: & eius cui conſtituitur. ſi autẽ dicã, conſtituo ſoluturum me & Titium: eo nõ cõſentiente nõ tenetur, ſed ego ſolus teneor. ſ. pro rata. ſed ſi dicã, ſatisfiet tibi à me, aut à Titio, eo nõ conſentiente: tũc teneor ego inſolidũ: ſed ipſe in nihilum: vt in authẽ. vt cum de ap. cog. §. fina. coll. viij. Econtra ſi conſtituo me ſoluturũ alij: non agit ille alius niſi ſit pupillus tuus vel adultus, vel ciui-E tas cuius adminiſtrator es: vel collegiũ cuius es prælatus: ſed tu agere potes ſi tua intereſt illi ſolui: ſicut in ſtipulatione: vt. j. in ſequentibus. §§. & . j. de ver. obli. l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. & l. x. §. fina. Item not. hic vnum alium non obligare: vt inſtit. de inut. ſtip. §. ſi quis alium. niſi iure poteſtatis vel ſucceſſionis: quia heres ſit, vel ei attineat. tunc enim ſecus eſt: vt. j. de ver. obli. l. ſtipulatio iſta. in fi. j. reſpon. & . §. j. & . ij.

Vnus an alium obligare poſſit.

n *Non teneberis*. vt. j. de contrahen. empt. l fundus. & C. ſi quis al. vel ſibi. l. multum. in fi.

o *Non domino*. & ſic actio ipſi procuratori quæritur, quam cedet domino, ſed poſſeſſionẽ ſtatim quærit domino: vt. j. de pig. actio. ſolutum. §. fina. & C. per quas perſo. nob. adqui. l. j. & adde quod not. j. de ſtipu. ſer. l. j. in prin.

p *Actori*. vt ſupra quod cuiuſque vniuerſi. l. fina. in fi. & l. item. §. fina.

q *Vtilem*. idem in pignore: vt C. per quas perſo. no. adqui. l. fin.

a *Seruo*.repete,conſtat.Accurſius.
b *Obligationē*.ſ.conſtat.Azo.Et no.quòd Piſana litera dicit,qualemqualem obligationē. ſed in cōmuni deficit qualemqualem.
c IDem eſt.*Conſtitutum*.ex cauſis quibus quæritur. Irn. vel ſcilicet ex re & ex opera.

A rñ.ꝙ inutilis adiectio vitiat̄,& nō vitiat:vt &.j.de vſu.l.placuit.
q *Quæ*.ſcilicet vſuræ.
r SEd & ſi quis viginti.*Tenebitur*.in decem ſcilicet.Accur.
s *Vt autem.Certam*.puta.x.Azo.
t Q*Siue non*.puta quòd ille debet, dummodo certum quid debeat.

d SEd & ſi filio. *Conſtituatur*. ſuo vel patris nomine.Io.
e *Nomine*.nūquid ergo nomine ſtipulātis poterit ꝓpter tacitū mādatū de ſoluēdo ex ſtipulatione deſcēdens?Rñ. nō.Cur ergo dicit,ſuo? Rñ.quia ꝓpter mandatum expreſſum poſtea facere poſſet.Accur.
f *Poßit*.vt.j.de ver.ob. l.eū qui ita.§.qui ſibi.
g S*I vero.Soli mihi*.hoc expreſſo.aliàs poſſet ſolui adiectoprioris obligatiōis.vt.j.de ſolu.ſi ita ſtipulat⁹.ī principi.quæ eſt cōtra.Acc.
h T*Itius. Ei*. id eſt ſibi.
i I*Dem eſt.Solutū eſt*.vt poſſit repeti per cōdic.indebiti.Accur.
k *Loco eius*. nō tamen per omnia. nā vbi ſoluit,liberat̄ ab vtroq;: ſecus in cōſtituta pecunia. ſed quo ad hoc, quia ſicut poſtea non poſſet illi ſolui, ita nec modo: ſed nūc ab alia eſt liberat⁹ per except. tūc ipſo iure eſſet liberat⁹ quādo ſoluiſſet.& ad hoc.ſ.de procur. licet.§. porro. &. j. de duo.re.l.ex duobus.
l H*Actenus*.i.ita demum.vt.ſ.eo.l. eum.§.quod exigim⁹.
m *Hereditatem*. arg.ad ea quæ fiunt dignitate pēdēte,vt valeāt: quia & præſcriptio currit hereditate iacēte:vt.j. de di. & tēpo. præſcri. l.ſi ſeruus.Azo.
n *Capto*.non ita ꝑ deportato:vt.j.de fideiu. l.ſi debitori.j.reſp. Sed an ſtatim hi potuerunt cōueniri? Reſpō.ſic:vt dixi de eo qui citeriori die cōſtituit ſe ſoluturum:vt ſupra.eo.l. ſed & ſi citeriore.
o *Tenetur*.ſ.de cōſtituta.ſed ī aliis nōne teneatur quaſi donauerit ſi ſciēs fecerit? Rñ.ita, vt C.ad.l.Fal.l.ſi.Azo.ſed hoc falſum eſt iure iſto cū nudo pacto nō fiat donatio, ſed cōſtitutū ſic:vt inſtit.de act.§.de cōſtituta.ſed hodie ſic: vt C. de dona. ſi quis argentum.§.pe.Accur.
p *Debita eſt*.vt &.ſ.de pac.ſi tibi in prin.&.ſ. ſi cer.pet.l.rogaſti.§. ſi tibi.&.ar.ſ. de cōdict. inde.ſi nō ſorte.§.j.&.§.ſi centum. & ſic no.ex hoc.§.&.j.proxi.

actionē. Seruo [a] quoque conſtitui poſſe conſtat:& ſi ſeruo cōſtituatur, domino ſolui vel ipſi ſeruo,qualemqualem ſeruū domino adquirere obligationem. [b]

VI. PAVLVS *libro ſecundo Sententiarum.*

IDem eſt & ſi ei qui bona fide mihi ſeruit,conſtitutū [c] fuerit.

B VII. VLPIANVS *libro viceſimoſeptimo ad Edictum.*

SEd & ſi filiofamilias cōſtituatur, [d] valet conſtitutum.

Adiecto non poteſt cōſtitui,ſed principali creditori: & poſtquam creditori fuerit conſtitutum, impeditur facultas ſoluendi adiecto vel alteri correo credendi. h. d. vſque ad.l.hactenus.Bart.

Si mihi aut Titio ſtipuler, Titio conſtitui ſuo nomine [e] non poſſe Iulianus ait:quia non habet petitionem,tametſi ſolui ei poſſit. [f]

C VIII. PAVLVS *libro viceſimonono ad Edictum.*

SI verò mihi aut Titio cōſtitueris te ſoluturum,mihi competit actio.quòd ſi poſtea quàm ſoli mihi [g] te ſoluturum conſtituiſti, ſolueris Titio, nihilo minus mihi teneberis.

IX. PAPINIANVS *libro octauo Quæſtionum.*

TItius tamen indebiti condictione tenebitur: vt quod ei perperam ſolutum eſt,ei [h] qui ſoluit,reddatur.

D X. PAVLVS *libro viceſimonono ad Edictum.*

IDem eſt & ſi ex duobus reis ſtipulandi poſt alteri cōſtitutum, alteri poſtea ſolutū [i] eſt:quia loco eius [k] cui iam ſolutum eſt, haberi debet is cui conſtituitur.

Sufficit ad conſtitutum quòd ſit debitum,licet non appareat perſona quæ debeat.h.d.iſta lex.Bar.

XI. VLPIANVS *libro viceſimoſeptimo ad Edictum.*

E HActenus [l] igitur conſtitutū valebit,ſi quod conſtituitur debitum ſit, etiam ſi nullus appareat qui interim debeat: vtputa ſi ante aditam hereditatem [m] debitoris,vel capto [n] eo ab hoſtibus, cōſtituat quis ſe ſoluturum. Nam & Pomponius ſcribit valere conſtitutum, quoniam debita pecunia conſtituta eſt.

Qui plus debito cōſtituit ſe ſoluturum, tenetur vſque ad quantitatem debiti,non vltra.Bar.

Si quis centum aureos debens, ducentos conſtituat, in centum tantummodo tenetur: [o] quia ea pecunia debita eſt. [p] Ergo & is qui ſortem & vſuras quæ [q] non debebantur,conſtituit, tenebitur in ſortem dumtaxat.

XII. PAVLVS *libro decimotertio ad Edictum.*

SEd & ſi decem debeantur, & decem & Stichum conſtituat, poteſt dici decem tantummodo nomine teneri.

XIII. IDEM *libro viceſimonono ad Edictum.*

SEd ſi quis viginti debens, decem conſtituit ſe ſoluturum, tenebitur. [r]

XIIII. VLPIANVS *libro viceſimoſeptimo ad Edictum.*

QVi autem conſtituit ſe ſoluturum,tenetur, ſiue adiecit certam [s] quantitatem,ſiue non. [t]

Sufficit quòd illud quod in cōſtitutum deducitur, ſit de acceſſoriis ad debitū, licet per ſe principaliter non ſit debitum.Bar.

Si quis cōſtituerit ſe pignus [u] daturum,cum [x] vtilitas pignorū irrepſerit, [y] debet etiam hoc conſtitutum admitti. Sed & ſi quis certam perſonam [z] fideiuſſuram pro ſe conſtituerit,nihilo minus [a] tenetur: vt Pomponius ſcribit. Quid tamen ſi ea perſona nolit fideiubere?Puto teneri [b] eum qui cōſtituit:niſi aliud actū eſt. Quid ſi ante deceſſit? ſi mora interueniente,æquum eſt teneri eum qui conſtituit, vel in id quod intereſt,vel vt aliam perſonam nō minus idoneam fideiubentem præſtet. Si nulla mora [c] interueniente,magis puto non teneri.

Hic iuriſconſultus exponit verbum,conſtituere,poſitum in edicto.&.h.d.Conſtitui etiam poteſt inter abſentes interueniente organo: & nuntius præſtat nudum miniſterium.h.d.cum.l.ſeq.Et diuiditur.Primo ponit vnum dictū. Secundo reſpondet tacitæ obiectioni.Secunda ibi,& licet.Bar.

Conſtituere autem & præſentes & abſentes poſſumus:ſicut paciſci & per nuntium, & per noſmetipſos, & quibuſcunque [d] verbis.

u *Pignus*.pro alio qui debitor erat, ſiue pro ſemetipſo.
x *Cum*. hic ver.poteſt eſſe ex parte ſubiecti, & ex parte prædicati.
y *Irrepſerit*. dicūt quidam quòd in naturali debito ſolū eſt hæc vtilitas: cū illud per retentionem tantum ſeruetur:vt Cod. de vſur. l.per retentionem. Tu dic, etiā in ciuili & naturali debito, quia tutius eſt &c. vt inſtit. de ob.quæ ex deli.§.furti. in ciuili autem tantum nō habet locum: quia nec petitio nec retētio ibi datur: & ita nō expedit habere pignus. Sed quomodo valet hoc cōſtitutū.vt hic,& j.e.promiſſor. in fi. cū nō ſit debitū:vt.ſ.e.l.j. debitum?Solu.illud in principalib⁹:hoc in acceſſoriis. Vel dic quòd non oportet quòd ſit debitum: ſed ſufficit ꝙ fiat pro debito: vt ibi dixi.
z *Sed & ſi quis certam perſonam*. idem & ſi incertam:vt.j.eo.l. promiſſor.§.fin.&. j. de re iudi.ſi quis ab. in prin. ſed de certā dixit propter id quod ſtatim dictur⁹ eſt. Azo.Sed nūquid alienū factū promittere videtur? Reſp. non:imò ſuum,cum ſe curare promiſit: vt inſtitu.de inuti.ſtipu. §.ſi quis alium.
a *Nihilo minus*. ſubaudi quàm pecuniā conſtituiſſet: licet pecunia non ſit conſtituta. Accurſius.
b *Teneri*. ſed ad quid tenetur? dic vt. j. proxime.
c *Si nulla mora*. ſimilis diſtinctio eſt ſupra de condic. ob cauſam l.iij.§.idem erit. verſic. ſed & ſi Stichus. Item no. hic de præſtatione ſimilis perſonæ, & æqualiter idoneæ:vt ſupra de arbi.l. Labeo.§. fin.&.l.ſequen.&infra loca.l. ſi quis domum. in prin.
d *Quibuſcunque*. idoneis tamen: vt infra de mu.& ho.vt gradatim. §.& ſi lege.ſic ſupra de arbit. l. ſed ſi compromiſſum. idem ſi ab alio fiat conſtitutio. Accurſius.

Vide an hic §.ſit correctus per.l.ſi quis argentum.C. de donat.

a ET licet. *Conſtituitur.* vt nuntius.
b *Miniſterium.* vicem enim gerit epiſtolæ,ſiue picæ: vt hic,& infra de acqui.poſ.quod meo.§.procurator.& ar. infra de vſur.l. ſi quis ſolutionem.§.fi.& infra quod vi aut clam.l.iij.in princ.
c SI *duo.Vel.* pro etiam. & habent beneficium epiſtolæ, ſi pro alio conſtituant: vt Cod.eod.l.fin.ſi pro ſe, habent beneficium nouæ cōſtitutionis: vt in authen. de duobus reis.§.j.col.vij.Accur.
d *Sed & certo.* vbique, idoneo tamen loco.Azo.vt.ſ. de iudi.l. eum qui.
e *Conſtituit.* ſe ſoluturum & facturum. Acc.
f *Soluiſſe.* vbi quid erat dandum.Azo.
g *Neque feciſſe.* vbi factum erat in obligatione.Azo.
h *Conſtitutum eſt.* ſubaudi, reum ſatisfacere cogā, vel ſimilia, quicquid de re contingat. Azo.Verba autem quę ſequuntur, ergo ſi non &c.ſunt Vlpiani.
i *Actorem.* & reus vel non facit, vel non ſoluit.Accurſius.
k *Tenet actio.* ſ. de iure mero,ſecundum verba edicti proxime dicta. Vel dic,id eſt tenere videtur: ſed de æquitate non tenet, quando in rerum natura deſiit eſſe res cōſtituta: vt ſubiicit,&.j̃.depo.l.ſi plures.§.fi.&.j̃.de iure do. l.ſi is.in princ.Accur.
l *Stetit.* quia interiit ante diem conſtituti.
m *Subueniri.* ſ.de æquitate.
n *Hæc autē verba.* quæ ſunt.ſ.proxi.§.
o *Reum.* ſupple,vt ſoluiſſe.
p *Conſtituti.* i.ad tēpus quo erat ſoluēdum: vt extunc ſit in periculo conſtituētis: prius nō: quia dies vel ponitur, vel tacitè intelligit': vt j̃.eo.l.promiſſor.§.j.

† Bal. dicit iſtū text ſingu. ad hoc quod nūtius ad quirit do mino obligationem directe abſque alia ceſſione fiēda per eū domino ſuo. ratio: quia cōcepit verba in perſonā domini: & dicitur pica & organū. Bolog.

XV. PAVLVS *libro vicenſimonono ad Edictum.*

ET † licet libera perſona ſit, per quam tibi conſtitui, [a] nō erit impedimētum quòd per liberam perſonam adquirimus: quia miniſterium [b] tantummodo hoc caſu præſtare videtur.

Conſtituendo poſſunt conſtitui duo rei.Bartolus.

XVI. VLPIANVS *libro vicenſimoſeptimo ad Edictum.*

SI duo quaſi duo rei conſtituerimus, vel [c] cum altero agi poterit in ſolidum.

In conſtituto poteſt adiici locus & tēpus,& erit actio arbitraria.B.

Sed & certo [d] loco & tempore conſtituere quis poteſt.nec ſolum eò loci poſſe eum petere, vbi ei cōſtitutum eſt: ſed exemplo arbitrariæ actionis vbique poteſt.

In hoc.§.iuriſconſultus refert aliqua verba edicti quæ ſequebantur poſt verba relata ſupra eo. l. 1. & ſunt verba talia couiungenda cum illis,ſcilicet ait prætor,qui pecuniam debitam conſtituit, ſi appareat eum qui conſtituit nec ſoluere,&c.vt hic in text.Bart.

Ait prætor: *Si appareat eum qui cōſtituit,* [e] *neque ſoluiſſe,* [f] *neque feciſſe,* [g] *neque per actorem ſtetit quo minus fieret quod conſtitutum. eſt* [h]

Periculum interitus pertinet ad debitorē poſt moram: quā poteſt purgare vſque ad litem conteſtatam.h.d.cum.l.ſequen. Barto.

Ergo ſi non ſtetit per actorem, [i] tenet actio, [k] etiam ſi per rerum naturam ſtetit. [l] Sed magis dicēdum eſt ſubueniri [m] reo debere. Hęc autem verba [n] prætoris, *Neque feciſſe reum* [o] *quod cōſtituit:* vtrū ad tempus conſtituti [p] pertinent, an verò vſque ad litis conteſtationem trahimus, dubitari poteſt. & puto ad tempus conſtituti.

Continuatur cum præcedēti: & eſt ſummata.ſ.cum.§.ergo ſi.Bar.

XVII. PAVLVS *libro vicenſimonono ad Edictum.*

SEd † & ſi alia die [q] offerat, [r] nec actor accipere voluit, nec vlla cauſa iuſta fuit non accipiendi, [ſ] æquum eſt ſuccurri reo [t] aut exceptione, [u] aut iuſta [x] interpretatione, vt factum actoris [y] vſque ad tempus iudicij [z] ipſi noceat: [a] vt illa verba, *neque feciſſe,* hoc ſignificent, vt neque in diem in quem cōſtituit [b] fecerit, neq; poſtea. [c]

Actor dicitur eſſe in mora recipiēdi, ſi tempore debito ad locum ſolutionis non venerit.Barto.

XVIII. VLPIANVS *libro vicenſimoſeptimo ad Edictum.*

ITē verba illa prætoris, *neque per actorem ſtetiſſe,* eandē recipiunt dubitationē.& Pomponius dubitat, ſi fortè [d] ad diē conſtituti per actorem nō ſteterit, ante ſtetit, vel poſtea. & puto hæc ad diē [e] conſtituti referenda. Proinde ſi valetudine impeditus aut vi aut tempeſtate petitor non venit, [f] ipſi [g] nocere [h] Pomponius ſcribit. [i]

Sufficit debitum fuiſſe tempore conſtituti, licet poſtea debitū eſſe deſierit.Bartolus.

Quod adiicitur, [k] *Eamque pecuniam, cum cōſtituebatur, debitā fuiſſe:* interpretationem pleniorē exigit. Nam primū illud efficit, vt ſi quid tunc debitum fuit cum cōſtitueretur, nunc non ſit, nihilo minus teneat conſtitutum: quia retrorſum [l] ſe actio refert. Proinde tem-

ſi poſt tres.& ſupra nec vlla iuſta cauſa,&c.in ea.l.

ITem *illa verba.*] CASVS planus eſt vſque ad. §. quod adiicitur. Dixit prętor in edicto quòd illud ſolum in edicto conſtituitur quod debitum eſt cum conſtituebatur: hic dicit ꝙ non ſolùm illud eſt debitū, quod poſt conſtitutū durat debitum: ſed & ſi tunc fuerit debitū cum conſtituebatur: nunc non eſt debitum: quia ſcilicet valet cōſtitutio.pone ꝙ fui tibi obligatus aliqua actione redhibitoria: vel quāto minoris: quæ expirat vltra ſex meſes.vnde conſtitui me ſoluturū quod ex tali actione debebā. nunquid valebit huiuſmodi conſtitutū? Dicit ꝙ ſic: quia ſufficit ꝙ debeatur ab initio, licet illis ſex mēſibus elapſis deſinat deberi, iſpecta prima actione. Idem ſi in prædicta actione cōſtituto me ſoluturum poſt tēpus cuiuſdam actionis, quæ conſtitutio facta fuit durāte actione licet ſolutio trāſlata fuerit in tēpus quo deberi deſiit: quia nihilo min' tenet cōſtitutio.

[BENE.] Conſtitui me tibi ſoluturum.x. certa die: vnde damnū ſenſiſti, quia ſua die. x. non ſolui. nunquid illa decem petere poſſis quaſi pœnā per act. de cōſtituta? Dicitur quòd nō: quia rei perſecutio huius act. natura datur, non pœnæ perſecutio.

[VETVS.] Debebas mihi decem ex ſtipulatu act.illa decem cōſtituiſti te ſoluturum.egi contra te act. de cōſtituta.ſoluiſti. dicit ꝙ vtraque tollitur obligatio,principalis ex ſtipulatu,& acceſſoria ex cōſtituta.cæterum ſi ſum contra te litem conteſta.in act. de cōſtituta: non propter hoc liberaberis ab actione principali.Viuianus.

† Saly. hic & in. l. pacto quo pænā C. de pactis & Alex. in.l. qui Romę §.coheredes ff.de ver bo.ob tepu tant iſtū tex. ſingu. vide per eos in locis alleg. & interpreta.nouis hic. Bol.

p *Conſtituti.* ſ.quo erat ſoluendum.& hoc ſecūdum ſignificationem verborum,ſed aliud eſt ex interpretatione: vt.j̃.l.proxi.
q SEd *& ſi alia die.* id eſt poſt tempus conſtituti.
r *Offerat.* ſcilicet vt moroſus.
ſ *Accipiendi.* nam non fuerat ei damnoſa mora.Accurſius.
t *Reo.* re perempta poſt oblationem.
u *Exceptione.* ſ. doli exceptione ſi obtulit poſtea, & actor noluit, & res periit poſt diem conſtituti, & poſt oblationem . nam ante nullatenus tenebatur de cōſtituta: cum ſit actoris periculo: & ſic licet purgare moram.Sed contra.C.de contrahen.& commit.ſtipu.l.magnā.Sol.ibi erat pœnalis ſtipulatio,& ibi mora non purgatur: hic quo ad interitum purgatur, vt hic: non pœnalis: vt.j̃.de verbo.oblig.l.ſi ſeruum Stichum ſtipulatus.§.ſequitur. Accur.
x *Iuſta.* ſcilicet ipſo iure.Azo.vbi primo quantitas: vt.j̃. de ſolu. l.qui.x.ij.reſpon.Accurſius.
y *Actoris.* qui recuſat accipere: & ita non accipere, eſt factum.
z *Ad tempus iudicij.* etiam poſt intra paucos dies: vt plene diximus ſupra ſi quis cau.l.& ſi poſt tres.
a *Noceat.* facit ad le.j̃. de pericu. & commo. rei ven.l.illud.cum ſuis concor.
b *Conſtituit.* ſ.ſoluendum.& ſtetit per actorē,& res interiit. Acc.
c *Poſtea.* in die iudicij,dū tamen actoris non interſit: vt dicta.l.&
d *Si fortè.* ſ. referuntur verba illa, per actorem non ſteterit, &c. ad diem conſtituti, &c.Azo.
e *Ad diem.* item poſt,niſi interſit die conſtituta datū eſſe: vt.ſ.l. proxi.ſed quod hic dicit,eſt quantū ad verborū ſignificationē. ſi ergo poſt illā diem nō recipit rem oblatam, nihilo minus agitur de conſtituta,cū non offeratur cum intereſſe.Sed nōne etiā ante ſibi nocere debet: vt.j̃.de ſol.l.quod in diē.quæ eſt cōtra? Reſpō. forte hic tempus fuit appoſitum gratia ſtipulationis, vel eius cui conſtituitur: vt & illud.j̃.de leg.ij.ſi ita relictum.§.Pegaſus. &.j̃. de vſur.l.in fideicōmiſſi.§.nonnunquam.verſicu.cum Pollidius.
f *Non venit.* in eum locum in quo inuitus cōueniri reus poteſt, ſcilicet in diem conſtituti.quid ergo ſi eiuſdem fori ſunt? Reſpō. reus vadat ad domum actoris,vt purget moram.ſic enim fieri videmus.& facit. C.de contrahen.& commit.ſtipu.l.magnam.
g *Ipſi.* actori.& dic nocere in hoc vt reus nō cōſtituat' in mora.
h *Nocere.* vt infra de vſur.l.pecuniæ.§.fin.
i *Scribit.* vt reus non conſtituatur in mora.
k *Quod adiicitur.* in verbis prætoris poſitis ſupra eod.l. ſi duo.§. ait prętor: ſed iſta non ſunt ibi.Vel dic quòd dicit de his quę ſunt ſupra eo.l.j.§.j.
l *Retrorſum.* vt actio legis Aquil.vt inſtitu.ad leg.Aquil.§.his autem verbis.Accurſius.

*Conſtituendo.*

UNED

a *Conſtituendo*.intra tempus temporalis actionis.Azo.
b *Conſtitutum*.poſt diem appoſitum in ſoluendo lapſus ſit dies actionis. A
c *Exierit*.not.duo:primū,ꝙ qui tēpore liberatur,non eſt ſimilis ſoluenti:vt.ĵ.eo.l.penul.& dixi.s̄.eo.idē eſt.& ſic eſt argu.cōtra.ĵ.de adminiſtra.tuto.l. ſi pupillus. [a] Secundo not.ꝙ non vitiatur aliquid,licet in eum ſtatū veniat à quo nō poſſit incipere. Sed ar. cōtra. ĵ. de his quæ pro non ſcrip.ha.l.iij.Sol.hic in actu in eſſe ꝑducto antequam caſus ſuperueniat: ibi ſecus. Tertio not.ꝙ ſufficit ſemel intereſſe:vt.ĵ.de fur.l.inter omnes.in prin.&.s̄. de ſeruo cor.doli.§.fin. &.l.ſeq.Quarto not.tēpus contractus inſpici: vt.ĵ.e.l.id quod.§.fi.& l.ſeq.& arg. ĵ. de lega. ij.l.cū filius.§. heres. & de auro & argen. leg.l. fi.j.reſpon.Accur.

a] Dic quòd præſcribens eſt ſimilis ſoluēti quo ad quid: non in oibus.ita loquitur hic. ſimilis eſt enim ſoluēti quo ad damnū creditor, vt in contrario, niſi ex facto debitoris ſibi ꝑuideat: vt hic ſecūdū Bart. * obligatus.

d *Cōſtituerit*.ſ.ante tēpus redhibitoriæ lapſū cōſtituit ſe ſoluturum poſt tēpus. Azo. & ad hoc reſponſum facit.ĵ. de dona. cauſa mor. l. quod debitori.Itē not. ꝙ actio loco alterius ſurrogata nō vtitur eadē natura.Sed arg. contra.s̄.ſi quis cau.l.ſi eū. §.qui iniuriarum. Acc.
e *Non litis cōteſtatione*. ſic &.s̄. de his q̃ deiec. vel effu.l.perceptione. ſed quædam ſunt quæ electione tolluntur: vt ĵ.de tribu.l.quod in herede.§.eligere.
f *Vtráque*.ſ. principalē,& conſtitutoriā.Ac.
ID *quod*.] CASVS. Debebas mihi.x.ſub cōditione.pure illa vel in diē promiſiſti, non curo:quia ſiue ſic ſiue ſic, ſuſpenditur petitio illorum decē ex conditione priſtina. Sed pone cōuerſum caſum, ꝙ debebas pure,& cōſtituiſti ſub conditione. dicit ꝙ conditione exiſtente agam de conſtituta . ea deficiente actione priſtina agam. cætera plana ſunt omnia vſque ad.l.promiſſum.Viuianus.

porali actione obligatum conſtituendo, [a] Celſus & Iulianus ſcribunt teneri debere:licet poſt conſtitutum [b] dies temporalis actionis exierit. [c] Quare & ſi poſt tempus obligationis ſe ſoluturum conſtituerit,adhuc idem Iulianus putat: quoniam eo tempore conſtituit, [d] quo erat obligatio, * licet in id tempus quo non tenebatur. B

Hæc actio eſt rei perſecutoria, & non pœnalis.Bartolus.

E re autem eſt hic ſubiungere, vtrum pœnā contineat hęc actio, an rei perſecutionem.& magis eſt (vt etiam Marcellus putat) vt rei ſit perſecutio.

Petitione ex hac actione nō tollitur actio prima , ſed exactione ſic.Bartolus.

Vetus fuit dubitatio,an qui hac actione egit , ſortis obligationem cōſumat.& tutius eſt dicere ſolutione potius ex hac actione facta liberationē cōtingere,nō litis conteſtatione: [e] quoniā ſolutio ad vtramque [f] obligationē proficit. C

Debitū ſub cōditione,poteſt cōſtitui pure:ſed ſuſpēditur in cōditionis euentū:& debitū pure, poteſt conſtitui ſub conditione.Bar.

XIX. PAVLVS *libro vicenſimonono ad Edictum.*

ID quod ſub conditione debetur,ſiue purè ſiue certo die conſtituatur,eadē cōditione ſuſpēditur,vt exiſtēte conditione teneatur: [g] deficiēte vtraq; actio depereat. [h] Sed is qui purè debet, ſi ſub cōditione cōſtituat,inquit Pōponius in hunc vtilē [i] actionem eſſe. D

Sufficit debitum fuiſſe tempore conſtituti.Bartolus.

Si pater vel dominus conſtituerit ſe ſoluturum quod fuit in peculio , non minueretur [k] peculiū eo [l] quòd [m] ex ea cauſa obſtrict⁹ eſſe cœperit. [n] & licet interierit peculium,non tamen liberatur:

XX. IDEM *libro quarto ad Plautium.*

NEc enim quòd creſcit peculium aut decreſcit, [o] pertinet ad conſtitutoriam [p] actionem.

In conſtitutum poteſt deduci æſtimatio ſeu pretium rei peremptæ poſt moram.Bartolus.

XXI. IDEM *libro vicenſimonono ad Edictum.*

PRomiſſor Stichi poſt moram ab eo factā mortuo [q] Sticho, ſi conſtituerit ſe pretium eius ſoluturum,tenetur. [r]

In conſtituto intelligitur tacite ſpatium decem dierum.

Si ſine † die conſtituas , poteſt quidem dici te non teneri, [ſ] licet verba edicti [t] latè pateant : alioquin [u] & confeſtim agi tecum poterit, ſi ſtatim vt conſtituiſti non ſoluas: [x] ſed modicum [y] tempus ſtatuēdum eſt, non minus decem dierum,vt exactio celebretur.

Qui conſtituit ſe ſoluturum,nō liberatur dando fideiuſſorem vel pignora:ſecus ſi conſtituit ſe ſatiſfacturum,vel ſatiſdaturum.Bart.

Conſtituto ſatis non facit , qui ſoluturum ſe conſtituit , ſi offerat ſatiſfactionem. [z] * Si quis autem conſtituat ſe ſatis daturum,[&] fideiuſſorem vel pignora det , non tenetur: [a] quia nihil intereſt quēadmodum ſatiſfaciat.

Conſtitutum ab herede debet transferri ad eum ad quem hereditas ex poſtfacto peruenit.Bart.

XXII. IDEM *libro ſexto Breuium.* †

g *Teneatur*.ſecus in fideiuſſore,qui non tenetur:vt infra de fideiuſ.l.ſi à reo.Accurſius.
h *Deperéat*.ergo perit quod non fuit.ſic.s̄.vſufru. quemadm. ca. l.iij.§.j.Azo. Sed quomodo conditionale debitum conſtituitur, cum non ſit debitū:vt.ĵ.de verb.ſigni.l.cedere.quod oportet: vt s̄.eo.l.j.§.debitum?Rñ.ſufficit quòd fiat propter debitum. Azo. E
i *Vtilem actionem*.id eſt efficacem de conſtituta, conditione exiſtente:qua deficiēte prima actio permanet: ſed non poteſt agi ea ante exitum conditionis:vt ſupra ſi cer.peta.l.pecuniam.imò poteſt:quia non eſt nouata:vt ibi in princ. Accurſius.
k *Nō minuetur*.ſ.ad incōmodū ei⁹ cui ſe obligauit domin⁹. Azo.
l *Eo*.id eſt ideo.
m *Quod*.id eſt quia.
n *Cœperit*.ſcilicet de conſtituta.
o NEc enim. *Decreſcit*. ſi ergo conueniatur de peculio ab aliis creditoribus, nūquid hoc debitū detrahit? Reſpō.non: ſed cauetur ei cum nondum ſoluerit ei cui conſtituit:vt.ĵ.de pœ. l.ſed ſi damnum.§.finali.

p *Ad conſtitutoriam*.agendam vel minuendam.
PRomiſſor.] CASVS. Hæc.l.&.l.promiſſor.ĵ.eo.loquūtur de eadem materia promiſiſti mihi Stichū.fuiſti in mora ſoluēdi:& deceſſit Stichus cōſtituiſti æſtimationē illius te reſoluturū.tenet cōſtitutio:& ad æſtimationē teneberis.[SI SINE.]Conſtituiſti me tibi ſoluturū. x. & non eſt dies adiecta.ſecundū verba edicti nō teneor:de æquitate tamē tenet cōſtitutio: & intra decē dies ſoluere debeo. [CONSTITVTO.]Conſtitui me tibi ſoluturū. nūc volo dare fideiuſſorē.vtrum ſatiſfacere videor? dicit ꝙ non . Sed ſi cōſtituo me daturū fideiuſſorē vel pignora, & do fideiuſſorē vel pignora,videor ſatiſfacere. Viuia.
q *Mortuo Sticho*. etiam ſua natura , ſecūdū Io. vt.ĵ.de leg.ĵ.cum res.§. fin.&de verb.obl.inter ſtipulātē.§.pe. &.s̄.eo. l.qui autem.§.ij.Azo.
r *Tenetur*. non probat ob hoc pretiū deberi: quia non debitum pro debito conſtituitur: vt s̄.e.l.j.§.an poteſt.corpus enim eſt in obligatione:vt.ĵ.de verbo.obli.eū qui ita.§. fi. &. l. ſi ſeruū Stichū. §. effectus.Vel dic ꝙ mortuo homine poſt morā pretiū ipſius ſoluendū eſt. vnde ipſi⁹ quaſi ſit debitum tenet cōſtitutio inſpecto exitu. & pro hoc. ĵ. l. promiſſor. & hoc ſatis recidit in idē cū prima.ſed quidā dicunt contra per legem iſtam.Accur.

† Bal. dicit iſtum text. vnicum in iure ad hoc ꝑpoſitum, qđ debitor nomine conſtituti habet.x. dies ad ſoluendū: & ei cōceduntur à lege. idem voluit Ang. hic: ad quē eſt ſieda remiſſio. Bo.

* ſatiſdationem.

ſ *Non teneri*. & forte ideo,quia prætor facit mentionem diei in ſequentibus verbis edicti:vt.s̄.e.l.ſi duo. §. ij. vnde videbatur ꝙ non pure,ſed in diem tantū poſſet fieri cōſtitutio: ſed non eſt ita.
t *Verba edicti*.ſ. prima, quæ ſunt.s̄. eo.l.j.§.j.
u *Alioquin*.i.ſi dixerit eum teneri qui conſtituit ſine die.Azo.

† Breuis edicti.

x *Non ſoluas*.quod eſt abſurdum.
y *Modicū*.ſ.ex æquitate:quo impleto intelligitur nō feciſſe.& eſt decē dierū:vt dicit hic lex.ſed aliter ponitur modicū. s̄. de iudi.l. ſi debitori.&.s̄.ex quib⁹ cau.ma.l.ab hoſtib⁹.§.ſed quod.&aliter ĵ.de iti.actūq; pri.l.j.§.j.& ſunt hęc ſpecialia.nam aliàs dicitur ꝙ nō debet venire cū ſacco paratus:vt.ĵ.de ſol.quod dicimus. quæ eſt ad fi.tit.ſed quare hoc tēpus nō dat⁹ aliis qui pure obligāt⁹ vel pro ſe,vel pro aliis:ſed ſtatim tenētur:vt.ĵ.de verb.obli.l. eū qui kalēdis.§.quotiens.quæ eſt contra?Reſpon.quia vnū eſt ſpeciale cōtra iſtos.ſ.quòd ex nudo pacto tenentur:vt inſt.de act.§.de cōſtituta pecunia.ergo & aliud ꝑ eis:vt.s̄.de iureiur.eū qui in prin.
z *Satiſdatione*.i.fideiuſſores vel pignora:vt.ĵ.de pig.act.ꝙ. ſi nō. & infra quibus mo.pig.vel hyp.ſol.item liberatur.§.qui paratus. & infra de ſtatuli.l. ſtatuliber rationem. in fi. Sed cōtra. infra de præto.ſtip.l.prætoriæ ſtipulationes . Sed ibi loquitur quando à lege iniungitur neceſſitas cauendi,vbi ſufficiunt fideiuſſores.
a *Non tenetur*.ſcilicet in plus.vel non tenetur,id eſt liberatur : vt & ſupra eo.l.qui autem.§.fina.& infra de col.bo.l.j.§. iubet autem.verſi.an & pignoribus.

UNED

*Si poſt cōſtitutā.*] CASVS. Aliquis inſtituit me heredē: & rogauit me per fideicom. ꝙ illā heredi. reſtituerem Titio. debitor hereditarius conſtituit ſe ſoluturū mihi debita quędā. poſtea reſtituit here. nūquid agam de conſtituta? dicit ꝙ nō, ſed ille cui reſtituta eſt hereditas. idē erit in hereditate euicta ab aliquo poſſeſſore cui cōſtitutū fuerit. verūtamē ſi agere non poſſum, Titius poteſt, vel ille qui hereditatē emit. Lex ſeq. plana eſt. Viuianus.

SI poſt conſtitutam tibi[a] pecuniam, hereditatem ex ſenatusconſulto Trebelliano reſtitueris, quoniam ſortis petitionē tranſtuliſti ad alium, deneganda eſt tibi pecuniæ cōſtitutæ actio. Idem eſt in hereditatis poſſeſſore poſt euictam hereditatē. Sed magis eſt[b] vt fideicommiſſario, vel ei qui vicit, decernenda eſſet actio.

Res debita ſi poſt morā pereat, poteſt in cōſtitutum deduci. Bart.

XXIII. IVLIANVS *libro vndecimo Digeſtorum.*

PRomiſſor hominis, homine mortuo, cum per eum ſtaret[c] quo minus traderetur, & ſi hominem daturum ſe conſtituerit, de conſtituta pecunia tenebitur,[d] vt pretium eius ſoluat.

In his quæ per epiſtolā poſſunt geri, per eā inducitur obligatio. B.

XXIIII. MARCELLVS *libro ſingulari Reſponſorum.*

TItius[e] Seio epiſtulam emiſit in hæc verba: Remanſerunt apud me quinquaginta[f] ex credito tuo ex contractu pupillorum meorum:[g] quos tibi reddere debebo idib⁹[h] Maiis probos. quòd ſi ad diem ſuprascriptum non dedero, tūc dare debebo vſuras tot. Quæro an Lucius Titius in locū pupillorum hac cautione reus ſucceſſerit. Marcellus reſpondit, ſi interceſſiſſet ſtipulatio,[i] ſucceſſiſſe. Item quæro, an ſi non ſucceſſiſſet, de conſtituta teneatur. Marcellus reſpondit, in ſortem[k] teneri. eſt enim humanior & vtilior iſta interpretatio.

Qui conſtituit ſe ſoluturum vnā ex rebus alternatiuè debitis, alteram ſoluendo non liberatur. Bart.

XXV. PAPINIANVS *libro octauo Quæſtionum.*

ILlud aut illud debuit,[l] & conſtituit alterū. an vel[m] alterum quod non conſtituit, ſoluere poſſit, quæſitum eſt. dixi non eſſe audiendum ſi velit hodie fidem conſtitutæ rei frangere.[n]

Si iuratū fuerit conſtitutū fuiſſe: ex iuramēto delato vel relato agi poteſt de conſtituta. Bartolus.

Si iureiurando[o] delato deberi tibi iuraueris,[p] cum habeas eo nomine actionem, rectè de conſtituta agis. Sed & ſi non vltro detulero[q] iuſiurandum, ſed referēdi neceſſitate compulſus[r] id fecero, quia nemo dubitat modeſtius facere qui referat, quàm vt ipſe iuret, nulla diſtinctio[ſ] adhibetur: tametſi ob tuam facilitatē ad meam verecundiam ſubſecuta ſit referendi neceſſitas.

Conſtitutum poteſt fieri per epiſtolam. Bartolus.

XXVI. SCÆVOLA *libro primo Reſponſorum.*

QVidam† ad creditorem literas eiuſmodi fecit: Decem quę Lucius Titius ex arca tua mutua acceperat ſalua ratione vſurarum, habes penes me domine. Reſpondit ſecūdum ea quæ proponerentur, actione de conſtituta pecunia eum teneri.[t]

Poteſt quis cōſtituere pro debitore inuito eo. Itē proteſtatio inhibitoria eius actus ad quem quis eſt obligat⁹, nullius eſt momēti. B.

XXVII. VLPIANVS *libro quartodecimo ad Edictum.*

VTrum præſente debitore an abſente conſtituat quis, parui refert.[u] Hoc amplius etiam inuito[x] conſtituere eum poſſe Pōponius libro trigenſimoquarto ſcribit. Vnde falſam[y] putat[z] opinionem Labeonis, exiſtimantis, ſi poſtquā qui conſtituit pro alio, dominus[a] ei denūtiet ne ſoluat, in factū exceptionē dandā.[b] nec immerito Pōponius.[c] nam cū ſemel ſit obligatus qui cōſtituit, factū[d] debitoris nō debet eum excuſare.

a *Tibi.* ſcilicet heredi.

b *Sed magis eſt.* ſ. vt dicamus dari fideicōmiſſario. ſ. in primo caſu, vel euincēti in ſecūdo. Sed cōtra. ℨ. ad Trebel. l. ſi heres pecuniā. vbi dicit ꝙ actiones quas heres interim quęſiuit, non tráſeunt niſi ceſſę. Sol. & hic decernitur. ſ. per ceſſionē: nō aliter. alij dicunt ꝙ à lege decernitur hic. quod nihil eſt. Itē euincēti decernitur prima: nō autem de cōſtituta: & ſecundū hoc non eſt cōtra. ſ. de pact. l. ſi tibi decē milia. §. cum poſt. vel ſolue vt ibi dixim⁹.

c *Promiſſor. Staret.* id eſt poſtquā fuit in mora. ſic exponitur ſ. ſi cer. pe. l. quod te.

d *Tenebitur.* ex hoc patet ꝙ res eſt in obligatione: quod verū eſt: vt dixi. ſ. eo. l. promiſſor. Sed quidā cōtra: & eſt pro eis. ſ. de cōdic. fur. l. in re. §. j. in fin. §. & ſ. ſi cer. peta. l. cū fundus. §. j. ibi, quod ad peculiares, &c. Item pro eis: quia homo mortu⁹ ad nullum eſt vſum: vt. C. de libe. cau. l. principaliter. j.

*Titius.* CASVS. Titius erat tutor cuiuſdam pupilli. talē epiſtolam miſit Seio creditori pupillorum. ſ. ꝙ l. penes me remanſerūt de debito quod pupilli mei contraxerunt. illa. l. tibi reddam tali die. quod ſi non fecero, tātum nomine vſurarum ſoluē tibi. quæritur an Titius remanſerit obligatus in loco illorum pupillorum? dicit quòd ſic, ſi ſtipulatio interceſſit & de ſorte, & de vſuris. ſed ſi non interueniſſet ſtipulatio: nunquid tenebitur de conſtituta? dicit quòd de ſorte ſic: de vſuris non. Viuianus.

e *Titius.* tutor durāte tutela accipit tutorio nomine. ccc. aureos mutuos nomine pupillorum.

f *Quinquaginta.* aurei.

g *Meorum.* ſ. quondam. nam nunc finita eſt tutela. Accur.

h *Idibus.* id eſt xv. die menſis.

i *Stipulatio.* animo nouādi: quia fuiſſet facta inter præſentes. ex his enim quæ facit tutor, non tenetur poſtea finita tutela, niſi de nouo ſe obliget. vt hîc, & ℨ. quādo ex fa. tu. vel cura. l. poſt mortē. j. reſpō. & §. j. ſimilis eſt diſtictio huic. C. ſi cer. pet. l. ſi ex pretio.

k *In ſortem.* non ergo in vſuram. Sed contra infra eo. quidā. vbi dicit etiam in vſuram teneri. Solu. vt ibi. Accurſius.

l *Illud aut illud debuit.* Not. in alternatiua vtrūque eſſe in obligatione: & quia dicit debuit: & quia niſi eſſet vtrūq; debitū, non poſſet conſtitui vnū: cū non niſi ſit debitū: cōſtituatur: vt. ſ. eo. l. j. §. debitū. Itē pro hoc expreſſum. ℨ. qui & à qui. ma. li. nō ſi. l. cū hereditas. §. fi. & ℨ. de verb. obli. l. ſi duo rei. & de leg. ij. ſi quis ſeruū. §. ſi ita legetur. Sed quidā contra ꝙ vnum promittatur, & vnū debeatur. ℨ. de le. ij. ſi illud aut illud. & ℨ. quando dies legacedit. l. cum illud. & ℨ. ad Trebel. debitor. §. ſed cum teſtator. Solu. duæ res ſunt in obligatione: vt hic: ſed vna eſt in ſolutione, quia ſolutione vnius tollitur obligatio.

m *Vel.* pro ſaltem.

n *Frāgere.* ſed videtur contra: quia qui cōſtituit ſtipulatori, poteſt adhuc adiecto ſoluere: vt. ℨ. de ſolu. l. ſi ita ſtipulatus. multo magis hic, cū vtrūque ſit in obligatione. Reſpō. forſan fuit actū expreſſim vt illud ſolū quod conſtituebatur, ſolueret: vt & ibi fieri poteſt: vt ſupra. e. l. ſi vero mihi.

o *Si iureiurando delato.* vltro ab aliquo. Azo.

p *Iuraueris.* ſ. rem aliquam actione de conſtituta.

q *Detulero.* ego cōuentus de pecunia conſtituta. Accurſius.

r *Compulſus.* detulit enim vt iuraret ſe non conſtituiſſe: retulit vt iurem mihi conſtitutū fuiſſe: ſicque compellor: vt. ſ. de iureiu. l. iuſiurādum. iiij. §. ait prætor. & C. de iureiur. l. generaliter. §. ſinautē. & arg. ſupra de iureiur. l. manifeſtæ.

ſ *Diſtinctio.* inter hunc caſum & ſuperiorem quando fuit delatum.

t *Quidam. Eum teneri.* imò videtur contra: vt. ℨ. de inſti. l. fi. Sol. hic animum obligādi ſe habuit: ibi ad fidem menſæ præſtandam tantùm ſcripſit. Item in eo quod dicit ſimpliciter teneri, videtur quòd in vſuris teneatur. & ſic eſt contra ſupra eo. l. Titius. in fi. Sol. dicas hic teneri, ſcilicet in ſortem tantùm. vel hic erat prius vſurarium debitum: & ſic potuit conſtitui quod erat. ibi non: & ideo de nouo non potuit obligationem pro eis parere nudo pacto, ſic vt fiat cōſtitutio: ſed oporteret eſſe vinculum ſtipulationis: vt. C. de vſur. l. iij. Vel dic ꝙ hic dicit ſalua ratione vſurarum. ſ. quia in illis nolo teneri: & tunc eſt planum: quia non tenetur.

† Lud. Ro. in ſuis ſing. fo. 15. ſing. 418. de iſto text. meminit poſt Bal. in l. ſi quando C. eo tit. & de eo valde exclamat & facit magnum feſtū. vide per eos, & aduertas ad ea que dicūtur hic in nouiſſimis interpre. Bolog.

u *Vtrum. Parui refert.* niſi quantum ad actionem neg. geſt. vel mandati proponendam contra eum. Azo.

x *Inuito.* ſcilicet debitore: quia pro inuito etiam ſolui poteſt: vt infra de ſolu. l. ſolutionem. & infra de noua. l. ſi Stichum. in fi. l.

y *Vnde falſum.* aliàs eſt lex: aliàs non.

z *Putat.* ſcilicet Pomponius de ſemetipſo loquens.

a *Dominus.* pro quo conſtituit.

b *Dandam.* ſcilicet ei qui conſtituit, contra eum cui conſtituit.

c *Pomponius.* ſcilicet putat falſam.

d *Factum.* i. denuntiatio talis. ſic & ℨ. man. l. Quintus. in princ. & ſupra de nego. geſt. l. ſi ex duobus. & facit infra de fideiuſ. l. ſi fideiuſſor.

deiuſſor.& dic vt ibi.Accurſius.

a V*Bi*.id eſt poſtquam.

b *Manet*.vt.j̃.de in rẽ ver.l. ſi filius.ſi tamẽ quoquo modo poſſit percipi quòd à priori voluerint recedere, receſſum eſt: ſecundum Io.vt infra de præto.ſtipu.l.pe.Accurſius.

Interuentu nouæ perſonæ conſtituentis non præſumitur nouatio.Bartolus.

XXVIII. GAIVS *libro quarto ad Edictum prouinciale.*

VBi [a] quis pro alio conſtituit ſe ſoluturũ:adhuc is pro quo conſtituit,obligatus manet. [b]

Actiones ex delicto poſſunt in conſtitutum deduci. Bartolus.

XXIX. PAVLVS *libro vicenſimoquarto ad Edictum.*

QVi iniuriarum [c] vel furti vel vi bonorum raptorum tenetur actione, cõſtituendo tenetur.

Per ſolutionem factam adiecto in cõſtituto,qui non erat adiectus in principali,tollitur actio principalis ope exceptionis,non ipſo iure.Bartolus.

XXX. IDEM *libro ſecundo Sententiarum.*

C SI quis duobus [d] pecuniam [e] conſtituerit, tibi aut Titio, [f] etſi ſtricto iure propria [*] actione [g] pecuniæ conſtitutæ [h] manet obligatus etiam ſi Titio ſoluerit,tamẽ per exceptionem [i] adiuuatur.

Qui conſtituit ſe ſoluturũ quod alius debet,tãquam ipſe deberet, non tenebitur.Bartolus.

XXXI. SCÆVOLA *libro quinto Digeſtorum.*

LVcius Titius Seiorum [k] debitor deceſſit. hi perſuaſerũt Publio Mæuio quòd hereditas ad eũ pertineret: & fecerunt vt epiſtulam † in eos exponat, debitorem ſeſe eſſe,quaſi heredẽ patrui ſui [l] confitẽtem:qui & addidit epiſtulæ ſuæ, quòd in rationes ſuas eadem pecunia peruenit. Quæſitum eſt,cum ad Publium Mæuiũ ex hereditate Lucij Titij nihil peruenerit, an ex ſcriptura propoſita de conſtituta pecunia conueniri poſſit, & an doli exceptione vti poſſit? Reſpõdit, nec ciuilem [m] eo nomine actionem competere: ſed nec de conſtituta [n] ſecũdum ea quæ proponerẽtur. Idẽ quęſiit, vſurarum nomine quod ex cauſa ſupraſcripta datum ſit, an repeti poſſit. Reſpondit, ſecundũ ea quæ proponerentur, poſſe.

c Q*Vi iniuriarũ*.Sed quid petit per act.de cõſtit.pe.cũ conſtituit ſe ſoluturum qđ actione iniuriarum debetur? Reſpon.quantũ iurauerit.ſed ante iuramentum quid dicetur debitum vt valeat conſtitutũ:nam aliquid oportet deberi? Reſpõ. illud in quo tenetur iniuriã paſſo: licet ſit nobis incertum quantum ſit pro debito. ſic. &.s̃. eo.l.id quod.§.fi.

d S*I quis duobus*.ſcilicet alternatiuè.

e *Pecuniam*. quam tibi ſoli ꝓmiſerat:ſed poſtea tibi,vel Titio,vel adiecto, ſoluturũ ſe conſtituit.Accurſius.

f *Titio*.adiecto.

g *Propria actione*.ſ.certi condic. priſtina: quæ competit nomine pecuniæ conſtitutę poſtea. & hæc lectura dirimit contrarium ſupra eo.l.ſi vero.&.j̃.de ſol. l.ſi ita ſtipulatus.

l.vlt.§.vlti. j̃.de verbo. oblig.

* prioriactioni Cuiac.lib. 13.obſ.c.20.

h *Cõſtitutæ*.ſ.nomine.

i *Per exceptionem*. quia tua voluntate eſt ei ſolutum:vt. j̃. de verbo. oblig. l. eum qui ita.§. qui ſibi. Alij autem diuinãt hic in expoſitione huius legis.

k L*Vcius.Seiorũ*.creditorum duorũ qui ſic vocabantur.

l *Patrui ſui*.Lucij Titij.

m *Ciuilem*.ſ.hereditariam.

† .i.cautionẽ ſiue chirographum: cuius appellationis hæc ratio eſt, quia moris fuit veterib⁹ ſalutationes huiuſmodi cautionibus præponere, & ad exemplum literarũ quæ abſentibus mittuntur, concipere.Duar. 1.diſputa. ca. 45.

n *De conſtituta*.quę eſt prætoria. ea enim ipſo iure non tenetur: quia cõſtituit vt ſuum proprium debitum ſolueret,non vt alienum: & ideo ipſo iure non tenetur: arg.s̃. de pact.l. ſi cum te. ſecus ſi quaſi defuncti: vt not.s̃. de condic.indeb.ſi pœnę.§.j.&.s̃.eo.l.hactenus.§.j.

COMMODATI, VEL CONTRA.

*Quia beatius eſt dare quàm accipere: ideo tractaturus de contractibus in quibus ad intereſſe agitur,præmittit de commodato, quod ſit tãtummodo accipientis gratia. Accurſius.*

*Dictum eſt de cõdictionibus quæ aliud nomẽ non habẽt ſtrictis aut arbitrariis,quæque vel ex contractibus dãtur vt condictio certi,condictio triticaria, cõdictio ex mutuo,cõdictio ex ſtipulatione,vel ex bono & æquo quaſi ex mutuo,vt condictio indebiti,ob rem dati,Sine cauſa, vel ex lege, vt de qua actũ titulo ſecundo,vel odio reorũ,vt condictio furtiua. Ab hoc titulo incipit tractare de cõdictionibus aliis maxime bonæ fidei quæ ex cõtractibus naſcũtur, & quæ propriũ nomen habent,ſiue dari oportere intẽdatur ſiue præſtari, reſtitui,reddi,vel alio modo.nec enim omnibus actionibus vna eſt formula ſemper, Dare aut facere oportere.§.1.Inſti.de act.ac primũ de commodato duplex actio hoc titulo proponitur,Directa & Contraria. Cõmodatũ eſt quaſi mutuum ad vſum,vt retro mutuũ quaſi cõmodatũ ad abuſum. nam promiſcua ſiue cõmunia hæc nomina ſunt,Cõmodatũ & Mutuũ.l.Item legato.§.1. De leg.3.l.quæſitũ.§.ſi quis eodẽ De inſtr.leg.& vt Græcis χρῆσαι vtrumq; contractũ demõſtrat,ita & Latinis cõmodare.l.1.C.Th.Quod iuſſu, quod tamẽ*

A *Tribonianus maluit mutare in propriũ,mutuũ dare, vel quo vulgus vtitur præſtare.l.vlti.C.quod cũ eo,&c. Vel,cõmodatũ eſt conuentio qua res gratis vtẽda datur ad tẽpus ſinẽ modũmve certũ,ea lege vt eadẽ ipſa reddatur. Verbũ gratis,ſeparat à locatione. Verbũ ad tẽpus à precario. Verba, ea lege, à mutuo,quæ etiã ſi nõ addideris,perfecta definitio eſt.nã & aliis ſeparatur à mutuo ſatis. Directa cõmodati actio eſt quæ datur ei qui cõmodauit rei ſuæ recipiendæ cauſa,qua ex cauſa non eſt cõdictio certi niſi quid dolo malo admiſſum ſit, vt dixi huius partis tit.1.Cõtraria eſt quæ datur ei qui cõmodatũ accepit variis ex cauſis,quæ hoc tit.proponũtur, vt indẽnitati eius conſulatur.qua ex re etiã condictio cõpetit. Directæ ſiue rectæ inde nomen, quod principalis ſit.domino enim competit aut poſſeſſori. Cõtrariæ, quod quaſi ex oppoſito reſpiciat directã ſiue agatur vltro ſiue cõtra.& in iure cõtrariæ actiones his articulis ſignificãtur,cõtra,ex diuerſo,ex cõtrario.l.2.l. vltim. De nego. geſt.l.ſi pignori. Fam.erc.vt actio negatoria quæ & contraria dicitur, hoc articulo.Cõtra in.§.æque.De act.Vltro autẽ moueri dicũtur ſi ſine directa moueãtur vt d.l.ſi pignori. l.ſeruus meus Mand. l. ſed an vltro.De nego.geſt. nec tamen ideo minus contrariæ appellantur.Cuiacius.*

B COMMODATI, VEL contra.

TITVLVS VI.

I. VLPIANVS *libro vicenſimooctauo ad Edictum.*

AIt prætor: *Quod quis commodaſſe dicetur, de eo iudicium dabo.* [o]

Commodari poteſt res mobilis, & immobilis & incorporalis.Bar.

Huius edicti interpretatio non eſt difficilis. vnum [p] ſolummodo notandũ: quòd qui edictum concepit, commodati fecit mentionem,

C cum Pacuuius [q] * vtendi fecit mentionem. Inter commodatum autem & vtendum datum Labeo quidem ait [r] tantũ intereſſe, quantum inter genus & ſpeciem. Cõmodari enim rem † mobilem, [ſ] non etiam ſoli: vtendam dari etiã ſoli. Sed vt apparet, propriè commodata res dicitur & * quæ ſoli eſt.idq; & Caſſius exiſtimat. Viuianus amplius etiam habitationem [t] cõmodari poſſe ait.

D Si commodatum ab initio nullo iure conſiſtit, ex poſtfacto non reconualeſcit: ſecus ſi ſaltem iure naturali conſiſtat. hoc dicit vſque ad.§.reddita. Bartolus.

Impuberes † commodati actione non tenentur: [u] quoniam nec conſiſtit * cõmodatum in pupilli perſona ſine tutoris auctoritate: [x] vſque adeo, vt etiã ſi pubes factus dolum aut culpam admiſerit, hac actione [y] non teneatur, quia ab

* An.C. Ateius Pacuuius cuius mẽtio in.l.2. s̃. de orig. iur.

o A*It prætor*. *Dabo*.ei qui cõmodauit,aduerſus eũ qui accepit. Et not.ꝙ ex hoc videẗ ꝙ hæc actio ſit prætoria:ſed nõ eſt:imò ciuilis:vt.j̃.e.l.in cõmodato.§.ſicut nec mirum ſi prętor hic de ea loquatur:quia nil intactũ reliquit.ſic &.s̃.ſi pars here.pe.l.j. in prĩ. Vel dic ꝙ.j̃.in.l.in cõmodato. nõ dicit ad differẽtiam prætorię ꝙ hęc ſit ciuilis:ſed ad differẽtiã naturalis obliga. ſed primum verius eſt.Azo.

† Facit gl.1. in verbo. & conſiſtit comodatũ. in. c.1.extra eo. titu.

† l.cum antiquitas.C. de vſufruc.

p *Vnum*.i.præcipuum nam nõ ſolũ iſtud, ſed alia multa ſunt notanda.

† No.ſecundũ Bal.in antiqua lec. qđ quando contractus ab initio non tenet ratione inhabilitatis perſonæ,nũquam cõfirmatur. concor. tex. in l.vſufructus. j̃. de ſtipul. ſeruo.

* Flo.cõſtitit.

q *Pacuuius*.ſcilicet prætor in ſuo edicto, vel iuriſconſultus hoc modo:quod quis vtendum dediſſe,&c.

r *Ait*.& male.

E ſ *Mobilem*.ſed nec omnem mobilem:vt.j̃.eo.l.iij.§.fin.&.l.iiij.

t *Habitationẽ*.i.domũ gratia habitãdi,ſecũdũ Pla.non autẽ ſeruitutẽ habitãdi:quia incorporalia nõ cõmodãtur:& ſecũdũ hoc erit donatio,vſus & cõmodatio rei:vt.j̃.de dona.l.in ędib⁹.hæc enim nomina verbalia ponunẗ pro ꝓprio nomine rei quãdoq;:vt hic habitatio.i.res quę inhabitaẗ:& alibi vt emptio,id eſt inſtrumentũ emptionis:vt.C.quę res pign.ob.poſ.l.cũ cõſtet.& donatio,id eſt res donata:vt diximus.s̃.de condic.cau.data. l. cũ quis. Tu dicas ꝙ de ſeruitute habitãdi dicit: & ꝙ incorporalia cõmodantur: aliàs nil adiiceret prædictis Iulia. habet etiam hic locum actio præſcrip.ver.vt.j̃.de præſcrip.ver.l.ſi gratuitam.in princ.

u *Non tenẽtur*.niſi dolũ cõmittãt:vt dices.j̃.l.iij.in prin.& ſic nõ ſunt cõtrariæ leges quæ dicunt pupillũ teneri ex delictis: vt.C.ſi aduerſus delic.l.j.&.ij.&.s̃.de mino.l.ſi ex cauſa.§. nũc videndũ.

x *Auctoritate*.ſcilicet quia infans erat:vt infra.l.iij.not.

y *Actione*.ſcilicet commodati.

initio non conſtitit.

II PAVLVS *libro vicenſimonono ad Edictum.*

Nec in furioſum commodati actio danda eſt: ſed ad exhibendum a aduerſus eos dabitur, vt res exhibita vindicetur.

III. VLPIANVS *libro vicenſimooctauo ad Edictum.*

B Sed mihi videtur, ſi locupletior b pupillus factus ſit, dandam vtilem commodati actionẽ ſecundum diui Pij reſcriptum.

In actionibus bo.fi.non videtur res reddita quę deterior redditur. ideo actio prima durat. Bart.

Si reddita quidem ſit res cõmodata, ſed deterior reddita: non videbitur c reddita, quę deterior facta redditur: niſi quod ĩtereſt pręſtetur. Propriè enim dicitur res nõ reddita, quæ deterior redditur.

Cum venitur ad æſtimationem rei per iuramẽtum in litem, quod eſt affectionis, vt in actionibus bonæ fidei: inſpicitur tempus ſententiæ. quando vero per iuramẽtum in litem, quod eſt veritatis, vel ſtricti iuris inſpicitur tempus lit. conteſt. h.d. iſte. §. ſecundum intellectum doctorũ, qui fuit originaliter Guliel. de Cu. & ipſum ſequitur Bart. gloſ. verò nõ intellexerũt iſtũ. §. & ꝓpter ipſum fuit obtenebratus intellectus glo. quia neſciuerũt ſoluere cõtraria difficilia. P.

In hac d actione, ſicut in cęteris bonæ fidei iudiciis, ſimiliter in litem iurabitur: & rei iudicãdæ tẽpus, e quanti res ſit, obſeruatur: quamuis f in ſtricti, litis conteſtatæ g tempus ſpectetur.

In obligatione rẽ reſtitui, in contractibus bonę fidei heres tenetur vltra hereditariã portionem, quatenus rei reſtituendæ habet facultatem. Bartolus.

Heres eius qui cõmodatũ accepit, pro ea parte qua heres eſt, conuenitur: h niſi fortè habuit facultatem totius rei reſtituendæ, nec faciat. tunc enim condemnatur in ſolidum: i quaſi hoc boni iudicis arbitrio conueniat. *

Ex contractu commodati celebrato cum filio vel ſeruo, ipſe tenetur inſolidum, & pater vel dominus de peculio: & de dolo ipſorum habebitur ratio. Bartolus.

Si filiofamilias ſeruóve cõmodatũ ſit, dũtaxat de peculio agendum k erit. cũ filio autẽ familias l ipſo & directò quis poterit. Sed C & ſi ancillæ vel filiæfamilias commodauerit, duntaxat de peculio erit agendũ. Sed non tãtũm ex cauſa doli earum perſonarũ pater vel dominus condemnetur, m ſed & ipſius quoque domini vel patris fraus dũtaxat n venit: vt Iulianus libro vndecimo circa pignerati ciam actionem diſtinguit.

Commendatum non cõſiſtit in his quæ vſu conſumuntur: niſi ſic tradantur vt vſu conſumantur. B.

Nõ † poteſt cõmodari id quod vſu cõſumitur: o niſi fortè ad pompam vel oſtẽtationẽ quis accipiat. D

IIII. GAIVS *libro primo de Verborum obligationibus.*

Sæpe etiam ad hoc cõmodantur pecuniæ, vt dicis p * gratia

a *Nec in furioſum. Ad exhibẽdum.* non contractus, ſed poſſeſſionis gratia. Accurſius.

b *Sed mihi. Locupletior.* vt infra de inſtitu. l. eatenus. Item ſi dolũ quis cõmiſerit. hæc enim duo paria ſunt: vt infra depo. l. j. §. an in pupillum. Sed quando videtur locupletior? Reſpon. quidam hoc ipſo ꝙ nõ eſt effectus pauperior: vt ȷ. de ſolu. l. in pupillo. Io. contra vt nec videatur locupletior factus niſi in veritate ſit locupletior. & illa loquitur quando emit rem ſibi neceſſariã. ſed tamẽ dixit Io. dari in pupillum actionẽ cõmodati hoc ipſa quòd res penes ipſum inuenitur: vt. ȷ. de pec. depoſui. in prin. & ȷ. ea. l. §. heres. Sed quid ſi à principio nec naturaliter fuit obligatus, vt quia infans: vt. ſ. de cõdi. inde. quod pupillus. & ȷ. de acti. & obli. l. pupillus. vel à tutore accepit: vt. ȷ. de aucto. tu. l. v? Reſpon. nec vtilem ex contractu dari. & ſic poteſt loqui finis primæ legis: ſed cõmunes actiones ad exhibẽdum & in rem locũ habent: vt &. ſ. l. proxi. Accurſius.

c *Nõ videbitur reddita.* quãtum ad hanc actionem: nec quantũ ad depoſiti: vt. ȷ. depo. l. j. §. ſi res. ſed ſecus quo ad actionẽ ad exhibendũ: vt. C. ad exhi. exhibitionis. niſi in alia prorſus forma exhiberetur. nã tũc eſſet idẽ quod hic: vt &. ſ. ad exhi. l. Iulianus. §. ſi quis rem, verſi. ſed & ſi quis. nũquid ergo hoc caſu, ex quo nõ videtur reddita ipſa tota res, petetur adhuc? Arg. quòd ſic. ȷ. de ſol. l. etiã. & quia verbum reddi, latã habet ſignificationem: vt infra de vſur. l. videamus. ij. §. in Fauiana. Sed Io. contra: vt infra de ſolu. l. ſi ſtipulatus ſum. §. j. agetur ergo pro deterioratione ſicut re non reddita: & hoc ideo quia deterioratio iure actionis venit: ſecus ſi iudicis officio: vt. C. depo. l. iiij. & ſupra de eo quod cer. lo. l. ante. tep. niſi fortè inconti nenti ſuppleret: vt infra de re iud. l. Paulus. reſpõ. j. & ſupra de rei vindic. l. ex diuerſo §. vbi. Vel melius ſi pro re ipſa quæ eſt ſoluta, aliquid deſiit, res ipſa petitur: vt quia alij obligatam tradas: vt infra de ſol. l. etiam. &. l. ſi rem. ſecus ſi res deterior eſt in contractu ſtricti iuris: vt ſupra de rei. & eleganter. §. non ſolum. & hæc diſtinctio in cõtractu ſtricti iuris locum habet: ſecus in ac. bon. fi. vt hic. nam tota petetur. Si vero in re ſoluta nil deſit, ſed pars debita tantum eſt ſoluta: pro parte tollitur obligatio: vt ibi, & infra de leg. ij. Mæuius. §. fundo. & de ſolu. ſi ſtipulatus. iij. §. j. ſecundum Azo.

d *In hac.* tria dicit. In primo fuit in dolo: & ideo iuratur in litem. In ſecundo in culpa. Tertio in dolo ſine culpa.

e *Quanti.* in bo. fi. contractibus ſi res principaliter petatur, tempus rei iudicatæ inſpicitur: vt hic. Si ad æſtimationẽ agatur, tempus quo nata fuit obligatio: vt infra man. l. hominem. in princ. at in contractu ſtricti iuris diſtinguitur quantitas à ſpecie. nam ſi quantitas, tunc lit. conteſt. tempus inſpicitur: vt hic: niſi poſt moram etiam ante commiſſam melior facta ſit: vt ſupra ſi cer. pet. l. vinum. & de trit. l. ſi. ſi vero ſpecies, ſi extat, qualis eſt: ſi non, qualis eſſe deſiit: & hoc mora ceſſante: ſed culpa interueniente. cæterum ſi in mora fuit, in id tenetur in quo facta fuit deterior: vt. ſ. de tri. l. pen. &. ȷ. man. l. hominem: ſecundum Ioan. & ſecundum A hoc loquitur hic quando in ſpecie, & demum lit. conteſt. fuit in mora. Sed Azo faci. vim in eo quod dicit hic quãti. nam per hoc patet ꝙ etiam quantum ad rei æſtimationem ſpectatur tempus ſententiæ vel lit. conteſt. non quo nata fuit obligatio: & illa lex, hominẽ in ſpeciali caſu loquitur. & forte in bo. fi. iudi. ſpectatur tẽpus ſententiæ, vt vſq; ad illud ex tempore morę fiat eſtimatio, nõ vt ꝓgrediatur vltra: & ita in cõtractibus ſtricti iuris ſcilicet de tempore lit. conteſt. i. vt à tempore moræ vſq; ad litẽ conteſt. fiat eſtimatio. & ſic nõn ob. l. hominem. & hoc ſi alium conuenio act. ſtricti iuris vel bo. fi. propter culpã. nã ita innuiẽ hic: quia primo dixit iurari ĩ litẽ. quod propter dolum tãtũm cõtingit: & poſtea dicit æſtimandũ quãti res ſit tẽpore ſententiæ: quod eſt vbi propter culpam agitur. Si vero quis ꝓpter dolũ conueniatur actione ſtricti iuris: forte à tẽpore moræ vſq; ad ſentẽtiã fiet æſtimatio: vt. ſ. de rei vin. l. Iulianus li. vj. Digeſtorũ ſcribit, ſi hominẽ. §. j. & ita poſſet ĩtelligi quod dicitur. ſ. de triti. l. pe. cõdemnationis tẽpus ſpectãdum: licet & aliis modis ibi expoſuerimus: vt corrigatur pñcipium per finẽ. Item quod dicit hic rei iudi. propriè pone: vt tunc incipiat, ſecundũ Io. & H. & hoc niſi culpa vel dolo res ſit facta deterior poſt lit. conteſta. quia tunc id inſpicitur tempus.

f *Quamuis.* id eſt cum in ſtricti, &c. ſecũdum Io. & ſic argumẽtatur à minori. Itẽ ſecũdum Azo. propriè, vt tunc finiatur. Vel tertio dic, iudicandæ id eſt tempus moræ quo potuit & debuit iudicari, ſecundum omnes.

g *Litis conteſtatæ.* ſi quantitas petatur ſecundum Ir. Itẽ eſt contra huic dicto de ſtricti iuris. ſ. ſi quis cau. l. qui autem. §. j. Sol. vt ibi. Item eſt contra. ſ. de triti. l. pe. Sol. vt ibi & modo diximus. Acc.

h *Conuenitur.* vt & ſupra de condic. furti. l. in condictione. Acc.

i *Inſolidum.* vt hic &. C. de hered. act. l. pro hereditariis. & ſupra de rei vin. l. ſi poſſeſſor. & infra de vi & vi ar. ſi plures. &. ȷ. de pręto. ſtipu. l. ij. §. incertam. & ſupra de eden. ſi quis ex argentariis. §. E j. & infra pro ſoc. l. actione. §. antepenul.

k *Agendum.* contra patrem vel dominum. Accurſius.

l *Filio autẽ fa.* ſed hodie cũ patre, cũ habeat ipſe exercitiũ: vt. C. de bo. ma. l. j. & de bo. quæ lib. l. ſi. poſſet tamen dici hoc eſſe verũ in his rebus quarũ patri acquiritur vſusfruct. ſed ſi extra illas res ineat filius contractũ, vt hic eſt, quia res ei cõmodata eſt, vel depoſita apud eum: poſſet ipſe filius conuenire & conueniri, auctoritate tamẽ patris: vt. d. l. cum non ſolũ. §. j. C. de bo. quæ li.

m *Condemnetur.* de pecu. vt & ſupra de dolo. ſi oleum. §. hæc de dolo. & infra depo. l. j. §. filiusfamilias.

n *Duntaxat.* id eſt non culpa, ſed dolus tantum domini punitur: vt infra de pecu. l. in bonæ fidei. & l. depoſiti.

o *Conſumitur.* vnde panis impropriè dicitur commodari. Accur.

p *Sæpe. Dicis.* quaſi dicat intercedunt pecuniæ gratia ditis, id eſt diuitis appariturì. eſt enim ſyncopatum. loco numerationis. ſ. faciendæ creditori. ac ſi dicat, debitor plurium accepit pecuniam

* Hinc apparet caſum eſſe ſingularem introductum fauore bonæ fidei, quæ maxima in commodato deſideratur: nã cum hæc actio ſit perſonalis, in poſſeſſorem ſummo iure non datur. l. j. §. ſi heres. ad Trebell.

† Facit gl. 1. verſi. ſed quod vſu. in ca. 1. extra eo. tit.

* Id eſt ſimulatè, non ex animo, vt quis dicere poſſit. ſe feciſſe. Duar. lib. 1. diſput. ca. 47. & Anto. Aug. lib. 1. emen. ca. 1. Sic dictum, quaſi dicationis cauſa putat Turnebus lib. 11. ca. 20. à dico dicas, quãuis Varro à dico dicis. Videnum àver bo *δίκης* dictum ſit. Arnobius hac phraſi non ſemel vtitur, & alii item. Cuia lib. 10. obſ. c. 37.

numerationis loco intercedant.

In hac actione ex natura officij iudicis quo deſeruit actioni bonæ fidei, habetur ratio intereſſe, loci, & temporis. Bartolus.

V. VLPIANVS *libro vicenſimooctauo ad Edictum.*

SI vt certo loco vel tempore reddatur commodatum conuenit, officio iudicis ineſt vt rationem loci vel temporis habeat. [a]

Litis æſtimatio ſimilis eſt emptioni. Bartolus.

Si quis hac actione egerit, & oblatam litis ęſtimationem ſuſceperit, rem offerentis facit. [b]

In cōtractibus qui celebrantur gratia dantis tantum, venit dolus & lata culpa. In his qui gratia accipientis tantum, venit leuis & leuiſſima. In his qui gratia vtriuſq;, venit lata & leuis. de caſu vero fortuito quis non tenetur, niſi cōuentio, æſtimatio, vel culpa præceſſerit: vel aliud inducat. hoc dicit vſque ad. §. denique. Bart.

Nunc videndum eſt quid veniat in cōmodati actione: vtrū dolus, an & culpa, [c] an verò & omne periculum. Et quidem [d] in contractibus interdū dolum ſolum, interdum & culpam præſtamus. Dolū in † depoſito. nā quia nulla vtilitas eius verſatur apud quem deponitur, meritò dolus prēſtatur ſolus: niſi forte & merces [e] acceſſit. tunc enim (vt eſt & conſtitutum) etiā culpa exhibetur: aut ſi hoc ab initio conuenit, vt & culpam & periculum prēſtet is penes quē deponitur. [f] Sed vbi vtriuſq; vtilitas vertitur, vt in empto, vt in locato, vt in dote, vt in pignore, vt in ſocietate: & dolus & culpa prēſtatur. Commodatū autem plerumq; [g] ſolam vtilitatē continet eius cui cōmodatur. & ideo verior eſt Quinti Mucij ſententia, exiſtimantis & culpam [h] præſtandā, & diligentiā: [i] & ſi forte res æſtimata data ſit, omne periculū [k] præſtandum ab eo qui æſtimationem ſe præſtaturum recepit. [l] Quòd verò [m] ſenectute cōtigit vel morbo, vel vi latronū ereptum eſt, aut quid ſimile accidit: dicendum eſt nihil eorū eſſe imputādum ei qui cōmodatum accepit, niſi aliqua culpa interueniat. Proinde & ſi incendio vel ruina aliquid contigit, vel aliquod damnum fatale, non tenebitur: niſi forte cum poſſet res commodatas ſaluas facere, [n] ſuas prætulit. Cuſtodiam planè commodatæ rei etiam diligentem [o] * debet præſtare. Sed an etiam hominis commodati cuſtodia præſtetur, apud veteres

B dubitatum eſt. Nam interdum & hominis cuſtodia præſtāda eſt, ſi vinctus [p] commodatus eſt: [q] vel eius ætatis, vt cuſtodia indigeret. Certè ſi hoc actum eſt, vt cuſtodiam is qui rogauit [r] præſtet, dicendum erit præſtare. Sed † interdum & mortis damnum ad eum qui commodatum rogauit, pertinet. Nam ſi tibi equum commodauero vt ad villam adduceres, tu ad bellum duxeris, cōmodati teneberis. Idem

C erit & in homine. [ſ] Planè ſi ſic cōmodaui vt ad bellum duceres, meum erit periculum. [t] Nam & ſi ſeruum tibi tectorem commodauero, & de machina ceciderit, periculū meum eſſe Namuſa ait. Sed ego ita hoc verum puto, ſi tibi commodaui vt & in machina operaretur. Cæterùm ſi vt de plano opus faceret, tu eum impoſuiſti in machina: [u] aut ſi machinæ [x] culpa factum minus diligēter, [y] non ab ipſo [z] ligatæ, vel funium perticarúmque vetuſtate,

D dico periculum quod culpa contigit rogantis cōmodatum, ipſum præſtare debere. Nam & Mela ſcripſit, ſi ſeruus lapidario commodatus, ſub machina perierit, teneri fabrum commodati, qui negligentius machinam colligauit. Quinimo & quia aliàs re commodata vtitur, non ſolùm commodati, verùm furti [a] quoque tenetur: vt Iulianus libro vndecimo Digeſtorum ſcripſit.

E Si commodās non patitur commodatariū vti re ad eum vſum ad quem cōmodauit, tenetur commodati cōtraria. Si commodatarius aliter vtitur, tenetur cōmodati directa, etiam & furti. Barto.

Deniq; ait, ſi tibi codicem cōmodauero, & in eo chirographū * debitorē tuū cauere feceris, egóque hoc inter leuero: ſi quidē ad

pecuniam vt diues appareat, & ſui creditores non ſint acerbi: quaſi cito poſſit eis ſolui. ADDITIO. In Flo. dicis rectè legitur.

a *SI vt certo. Habeat.* actione ex eo contractu: vt ſupra de eo quod certo loco. l. in bonæ fidei. Accurſius.

b *Facit.* ſi res præſens ſit. aliàs cum nactus erit poſſeſſionem ex voluntate actoris: vt s̃. de rei vind. hęc ſi res. Eſt enim emptori ſimilis. j̃. rerum amo. l. ſi propter res. &. s̃. de publi. ſed & ſi res. §. j. &. j̃. pro empt. l. iij. & ideo debet iſte cauere victo ſi ad ſe peruenerit: vt. j̃. eod. l. ſi is qui. j. reſpon. & etiā actionem cedere, quamuis dolum commiſerit: vt infra de re iudi. l. in depoſiti. Accurſius.

c *Culpa.* aliqua lata, leuis & leuiſſima.

d *Et quidem.* altius exorditur quàm propoſuerit.

e *Merces.* non quaſi merces. tunc enim locatio eſſet: vt. j̃. depoſi. l. j. §. ſi quis ſeruum.

f *Deponitur.* quia contractus ex conuentione legem accipiunt: vt j̃. depoſi. l. j. §. ſi conueniat. Sunt & alij caſus in quibus vltra dolum depoſitarius tenetur: vt dices. j̃. depoſi. l. j. §. ſæpe. vel ſi fuit in mora, vel culpa præceſſit caſum. Accurſius.

g *Plerumque.* hoc dicit, quia quandoque gratia vtriuſq;: quandoq; etiam gratia dantis tantum: vt. j̃. ea. l. §. interdum. &. l. eum. §. j. &. l. in rebus. §. j.

h *Culpam.* ſi fecit quod non debuit. Io.

i *Diligentiam.* vt & facere teneatur, ſi omiſerit.

k *Periculum.* id eſt omnem culpam. vel id eſt periculum per culpam omnem proueniēs. ſic &. s̃. de neg. geſt. litis. §. ſi pecuniæ. ſic etiā ponitur. j̃. de æſti. act. l. j. in fin. & hoc licet non gratia cōmodatarij tātū ſit cōceſſa. Sed quid ſi gratia cōmodatarij ſit tantū cōceſſa, & poſtea æſtimetur? Reſpō. pactū æſtimationis inducit caſum: aliàs nihil adderet: quod eſſe non debet. arg. j̃. de leg. j. ſi quando. ſecundū Azo. & de hac materia plene dixi. s̃. ſi quis cau. ſed & ſi. §. quæſitum.

l *Recepit.* ſed de caſu nō tenetur: vt. j̃. proxi.

m *Quòd vero.* hic poteſt ſignari. §. vt loquatur in alio caſu, ſcilicet cum res nō eſt æſtimata: ſed melius eſt ſuperiora determinari. nam & tunc de caſu non tenetur: vt ibi dixi. & dicitur infra loca. l. opus. in fin.

n *Saluas facere.* ſimili enim modo debet cuſtodire: vt hic, & infra depoſi. l. quod Nerua. ſic & tutor pupillus pecuniam: vt infra de admi. tut. l. tutor ſecundum dignitatem. §. non eſt. ſed ſeruus plus dominum quàm ſe: vt. j̃. ad Sil. l. j. §. eod. autem. verſi. ſerui quoque. Sed quid ſi res commodata erat vilis pretij: ſua vero pretioſa res erat? Reſpon. non tenetur: quia diligēs quilibet hoc feciſſet: non autem tenetur facere niſi quod diligētiſſimus faceret: vt infra eod. in rebus. j. reſpon. Quid ſi æquales? Item quid ſi res duorum commodatas habuerit? Reſpon. idē, argu. infra ad Sil. l. iij. §. ij.

o *Diligentem.* tenetur enim regulariter omnis commodatarius de lata, leui & leuiſſima: vt plene dices infra ea. l. §. interdum.

p *Vinctus.* id eſt ligatus.

q *Commodatus eſt.* vnde cuſtodiendus erat: vt ſupra de rei vind. l. ſi à bonæ fidei. Et nota quòd inſpicitur conſuetudo dantis: vt. j̃. de pigne. act. ſi ſeruos. Item not. [a] quòd minus de homine quàm de alia re tenetur: niſi indicia præcedant: vt hic. Item not. quòd iuuenes facilius fugiunt quàm ſenes.

r *Rogauit.* id eſt is qui commodatū accepit.

ſ *In homine.* no. ex hoc §. generale tale, quòd vbicumq; quis non tenetur de caſu, ibidē ſi culpa pręcedat caſum, dę caſu tenetur: vt. j̃. eo. l. in redus. §. j. & infra loca. videamus. §. ſi hoc. &. C. de nauti. fœ. l. cum proponas. &. s̃. ſi quis cau. l. ij. §. ſi non propter. ver. vis flu. & j̃. ſolu. mat. in his. Sed quandoq; fallit: vt. j̃. ad leg. Rho. de ia. l. fin. §. ſi ea. &. §. fin.

t *Periculum.* quia ad hoc dedi: vt arg. ſupra de vſufruct. l. arboribus. §. nauis.

u *Machina.* & machinę vitio nil factum eſt, &c. Et not. quòd res inanimata non dicitur culpam committere.

x *Aut ſi machinæ.* redit ad primū quādo commodauit vt in machina operaretur. Accur.

y *Minus diligenter.* rationem aſſignat. Azo.

z *Ab ipſo.* ſcilicet ſeruo. tunc enim non teneretur: vt arg. j̃. ea. l. §. ſi me rogaueris. verſic. plane ſi ſeruus.

a *Furti tenetur.* vt arg. ſupra de condict. fur. l. qui furtum. & infra de fur. l. qui iumenta. &. l. ſi is qui. &. l. qui re. &. l. ſi pignore. §. j. &. j̃. proxi. §. & hoc ſi intellexiſſet ſe inuito domino facere: eúmque ſi intellexiſſet, non permiſſurum: vt inſtit. de ob. ex delic. §. placuit.

† Cōcor. c. 2. cum glo. 2. in pri. extra depo.

* id eſt diligentiſſiman. l. 1. 8. j̃. eod.

† Cōcor. cū hoc. §. gl. 1. in ver. commodatū autem. in ca. 1. extra eo. ti. a] Bal. dicit iſtam gloſ. meliorē de iure ad hoc quādo in dubio debitor vel alius quilibet nō præſumatur fugitiu9. & vide quæ dicūtur hic in ſecundis interpret. Bolog.

* Chirographariū. forte legendū, chirographo.

a *Certioraſti*. maximè. Accurſius.
b *Præſtari debeat*. quod iuris eſt in principali, & in acceſſorio: vt j. de inſtit. act. l. cuicumq;. §. item fideiuſſori. &. j. eo. l. §. ſi me. & j. depo. l. j. §. ſi ciſta. &. j. de preca. l. quamuis. &. ſ. nau. cau. ſtab. ſed & ipſi. §. fin. Sed arg. contra. j. depo. l. j. §. quæ depoſitis.
c *Cõuenit*. ſ. per pactũ. ſed in dote hoc pactũ non valet: vt. j. de pac. do. l. Pöponius ait. Et diſtingue: quia quãdoque dolũ tantũ pręſtabit: vt ſi gratia dãtis tãtũ ſit cõmodata: quandoq; de lata & de leui: vt ſi vtriuſque gratia: quãdoq; etiã de leuiſſima: vt regulariter: vt hîc, &. j. eo. l. eũ. §. ſi rẽ. &. j. e. l. in reb⁹. in prin.
d *Scenicis*. in ſcena ludentibus. Azo.
e *Vltro cõmodauit*. duobus modis poteſt hoc intelligi: & ꝙ prætor ſedebat, & ei dedit vt daret ſcenicis: tũc ipſe de dolo tãtùm mihi tenetur. vel ꝙ ego alicui vel prætori vltro accõmodem: vt & tunc de dolo ſolo teneatur.
f *Rem tibi dedi*. id eſt commodaui. Accur.
g *Dares*. i. obligares.
h *Non repigneras*. id eſt non luis. Accurſius.
i *Puto*. vt &. C. e. l. pe.
k *Vel ex locato*. ſi certa merces, tũc ex locato. ſi incerta: tũc in factũ. id eſt præſcrip. verb. vt inſtit. de loca. & conduc. §. nam vt verſi. & quæ ſupra diximus.
l *Pro te*. ſ. præſente. aliàs neg. geſt. datur: vt j. man. l. ex mãdato. §. fideiuſſori. ſed ſi tẽpus nõ eſt appoſitũ quãdo luere debeat, quando agã? R̃n. cũ diu ſteterit: vt. j. manda. l. Lucius.
m *Si à me*. mutat perſonas. Accurſius.
n *Dumtaxat*. contra. j. de pigne. act. l. petenti. vbi dicit dari actionẽ. Sed dicit ꝙ & ibi cedẽdo liberatur: vt. j. e. tit. de pigne. act. elegãter. §. ſi vẽdiderit. &. l. pen. Azo. & ad hoc. j. de pecu. quod debetur. &. j. loca. cum in plures. §. veſtimenta. Accur.
o *Paratus*. vt infra qui. mo. pig. vel hypo. ſol. l. itẽ liberatur. §. qui paratus. Et ſic. no. ꝙ ſufficit ſi per eũ non remaneat: vt hîc, &. j. de an. le. l. Mæuia. in princ.
p *Sumptus*. ad hoc. j. depo. ſi in Aſia. j. reſpõ. &. ſ. ad exhibẽ. ſed & ſi. §. quo autẽ loco.
q *Cum lance*. id eſt ſeruum & lancem.
r *Lancem*. vt ſupra eo. §. vſque adeo. Accurſius.
ſ *Si de me*. id eſt à me.
t *Sternerem*. id eſt optime locum tuum præpararem, & ſcopis mundarem, & domum bene ornarem: ibique tres lectos ſternerem, in quibus olim comedebant antiqui: & vocabatur locus ſic paratus triclinium. Vel dicitur locus tribus clauibus firmatus, vel cameræ tres dicuntur triclinium.
u *Præberem*. id eſt commodarem.
x *Hoc*. ſcilicet argentum.
y *Reliquero*. penes commodatarium: vt innuit infra in eo quòd dicit, actio cõmodati. commodaueram ergo etiam argentum ad illud ſeruitium.
z *Agendum*. in vtroque caſu, ſiue poſuit cuſtodem, ſiue non.
a *Relictæ ſunt*. reprobata prædicta diſtinctione Labeonis, ſecundũ Azo. nec ob. ſ. proxi. l. §. ſi me rogaueris. quia ibi cõmodator ab initio cõmiſit ſeruo cuſtodiã: alioquin fugę periculũ ad eum cõmodãtem non ſpectaret de lance: & tamẽ de alio periculo tenetur commodatari⁹: vt ibi, &. j. eo. l. rem mihi. §. j. quãquam Io. dixerit ꝙ vbi cuſtodẽ poſuit, renuntiaſſe cuſtodiæ cõmodatarij prius videtur: & ideo ad ſe ſpẽctet periculum. quod non placet: quia commodatarius prius fuit obligatus pro cuſtodia: & ideo licet alius cuſtodem apponat, non poteſt dici ſic liberari. ſecus verò vbi quis in rei traditione quæ fit per cuſtodem, appoſuerit: quia tunc renũtiaſſe bene videtur, vt dixi. & ſic loquitur. j. de ſolu. ſi ſoluturus. in fin. & infra de acquir. poſſ. quarundam. &. C. de pac. conuen. tam in do. l. fin. §. & ſi quidẽ. quæ ſunt argu. contra. ſecundum Azo. & ſupra proxi. §.
b *Si duobus vehiculum*. paruum plauſtrum: vt j. inuuit. &. C. de honora. vehi. lib. xj. l. j.
c *Et ait*. ſcilicet Celſus non reſpondens quæſtioni adhuc, ſed reſpõdet ibi, ſed eſſe verius ait, &c. vbi dicit quòd inſolidum tenetur.
d *Dominium*. hoc eſt planè verũ ꝙ duo non poſſunt eſſe domini in ſolidũ, nec totius, nec partis rei: vt hîc, & infra de caſtren. pec. l. hereditate. §. pater. ſed de poſſeſſione quæritur. Quidam, vt Goſſiani quòd ſic. & pro eis eſt infra vti poſſ. ſi duo. in princip. Alij vt R. & Pla. quòd ciuilem duo poſſunt habere inſolidum: ſed naturalem non. Et pro eis eſt infra de acquir. poſſ. l. iij. §. ex contrario. Tu dicas quòd nec ciuilem nec naturalem duo inſolidum habeant: vt hic, & infra de preca. l. duo. Præterea cum dominium non poſſit eſſe penes duos inſolidum: vt hic dicit: ergo poſſeſſio ciuilis, quæ eſt cauſa adquirẽdi dominium, duorum inſolidũ eſſe non poteſt: quod ex definitione vſucapionis pa-

A

hoc tibi cõmodauero, vt caueretur tibi in eo, teneri me tibi cõtrario iudicio. ſi minus, neq; me certioraſti [a] ibi chirographũ eſſe ſcriptũ: etiã teneris mihi, inquit, commodati. imò, ait, etiam furti: quoniam aliter re cõmodata vſus es: quemadmodũ qui equo, inquit, vel veſtimento aliter quàm commodatũ eſt vtitur, furti tenetur.

B

Diligentia debet adhiberi in re cõmodata, & in eius ſequela. Bar.

Vſque adeo autẽ diligentia in re cõmodata pręſtanda eſt, vt etiã in ea quę ſequitur rem cõmodatam, pręſtari [b] debeat: vt puta equã tibi cõmodaui, quã pullus comitabatur. etiã pulli te cuſtodiam pręſtare debere veteres reſponderunt.

Si cõmodatũ fiat gratia dantis, vel eius cõtemplatione, cõmodatarius de ſolo dolo tenetur. Bart.

C

Interdum † planè dolum ſolũ in re cõmodata qui rogauit præſtabit: vt puta ſi quis ita cõuenit: [c] vel ſi ſua dũtaxat cauſa cõmodauit, ſpõſæ forte ſuæ, vel vxori quò honeſtius culta ad ſe deduceretur. vel ſi quis ludos edẽs prætor * ſcenicis [d] commodauit: vel ipſi prætori quis vltro cõmodauit. [e]

Si res data vt pignoretur, non recolligitur, competẽtibus actionibus eſt agendum, vel actio debet cedi ſumptibus & periculo ipſius cedentis. Bartolus.

D

Nunc videndum in quibus ſpeciebus cõmodati actio locum habeat. Et eſt apud veteres de huiuſmodi ſpeciebus dubitatum: Rem tibi dedi, [f] vt creditori tuo pignori dares. [g] dediſti. nõ repigneras, [h] vt mihi reddas. Labeo ait cõmodati actionẽ locum habere. Quod ego puto [i] verum eſſe, niſi merces interuenerit. tunc enim vel in factum, vel ex locato [k] conducto agẽdum erit. Planè ſi ego pro te [l] rem pignori dedero tua volũtate, mãdati erit actio. Idem Labeo rectè dicit, ſi à me [m] culpa abſit repignerandi, creditor autem nolit reddere pignus, cõpetere tibi ad hoc dumtaxat [n] cõmodati, vt ibi actiones aduerſus eum præſtem. Abeſſe autẽ culpa à me videtur, ſiue iam ſolui pecuniã, ſiue ſoluere ſum paratus. [o] Sumptus [p] planè litis cæteraq; æquũ eſt eum agnoſcere, qui commodatum accepit.

Culpa hominis cõmodati cum re, commodatarium non excuſat: ſecus in dolo. Bartolus.

Si me rogaueris vt ſeruum tibi cum lãce [q] cõmodarem, & ſeruus lancẽ [r] perdiderit, Cartilius † ait periculũ ad te reſpicere. nam & lancem videri cõmodatam: quare culpam in eam quoq; præſtandam. Planè ſi ſeruus cũ ea fugerit, eum qui cõmodatum accepit, nõ teneri: niſi fugæ pręſtitit culpam.

Appoſitio cuſtodis facta ex poſt facto, non remittit cuſtodiam ei cui res fuerat commodata. Bart.

Si de me [ſ] petiſſes vt tricliniũ tibi ſternerem, [t] & argentum ad miniſterium præberem, [u] & fecero: deinde petiſſes vt idem ſequẽti die facerem: & cum cõmodè argentũ domum * referre non poſſem, ibi hoc [x] reliquero, [y] & perierit, qua actione agi poterit, & cuius erit periculum? Labeo de periculo ſcripſit multũ intereſſe, cuſtodem poſui, an non. ſi poſui, ad me periculum ſpectare. ſi minus, ad eum penes quem relictum eſt. Ego puto commodati quidem agendum: [z] verum cuſtodiam eum præſtare debere, penes quem res relictæ [a] ſunt: niſi aliud nominatim conuenit.

In obligatione primitiua quæ ad rei reſtitutionem contrahitur, quilibet tenetur pro parte: quia inſolidum ad eos peruenire non poteſt. In obligatione vero ſecundaria quæ cõtrahitur ratione doli vel culpæ, quilibet tenetur inſolidum: quia pro parte non poteſt delinqui. & ſi agit cõtra vnum ex facto alterius, ei actio cedi debet: quia ſi cõtra iſtum ageretur, actio pro rata tolleretur. Bartolus.

E

Si duobus vehiculum [b] commodatum ſit vel locatum ſimul, Celſus filius ſcripſit libro ſexto Digeſtorum quæri poſſe, vtrum vnuſquiſq; eorum in ſolidum, an pro parte teneatur. Et ait [c] duorum quidem in ſolidũ dominiũ [d]

† Bald⁹ hic dicit iſtum text. n. ſt. ad hoc quòd ſponſus mutuans ornamẽta ſpõſæ, videtur ĩ dubio ei commodare, nõ donare. vnde ſoluto matrimonio poteſt ea repetere cum quo tamen non eſt ſtandũ, vt hic dicitur in ſecũdis interpreta. Bolog.

* Prætor. i. imperator populi Roma. qui ludos faciebat pro victoria de hoſtibus habita. Bu. hic.

Triclinium quid ſit.

† Hæc duo verba perperam in cæteris libris deerãt, propterea quòd Fl. erant per parentheſim circũſcripta, quæ nota eſt delendi Sed & Cartilij in riſcõ ſit mẽtio in l. Cornelius. inf. de hered. inſt. Ant. Aug. li. 3. cap. 6.

* Flo. domi.

Poſſeſſio an à duobus in ſolidum haberi poſſit.

nis patet: vt. ʃ. de vſuca. l. iij. & inſti. per quas perſo. no. acqui. §. ex his. nam quotiens aliquid prohibetur, & id prohibitum eſt per quod peruenitur ad id: vt. ʃ. de ſponſa. l. oratio. diuerſo tamē iure duo inſolidū poſſunt poſſidere, vt vnus ciuiliter, & alter naturaliter: & ſic intelligitur lex illa. ʃ. vti. poſ. ſi duo. ſic enim diſtinguūtur iura poſſeſſionis: vt ʃ. de vi & vi ar. l. j. §. qđ vulgo dicitur. & de preca. l. & habet. §. eū. Sed qui ſunt qui ciuilē habent poſſeſſionē? Reſpon. proprietarius, & ille qui dedit in feudū, & qui in emphyteuſin dedit. nā proprietarius quęrit ſibi poſſeſſionē per ſeruum fructuariū. quod non faceret, ſi nō poſſideret: vt. ʃ. de acquir. poſ. l. j. §. ſed & per eum. fructuarius verò, vel vaſallus, vel emphyteuta, tantum naturalē habent: vt. ʃ. de acquiren. poſſeſ. naturaliter. & l. poſſeſſio. j. reſpon. Sibi enim poſſident ratione iuris quod habēt in re. & idem in eo colono qui conduxit ad nō modicum tempus: quia naturaliter poſſidet: vt ſupra ſi ager vectī. vel emph. pe. l. j. & infra de ſuperfi. l. j. §. quod ait. ſecus ſi ad modicum tempus: quia ille nullo modo poſſidet: vt habetur. C. de præſcrip. xxx. an. l. malè. & infra de vſucap. l. non ſolum. §. quod vulgo. licet quidam contra per. l. ſupra communi diui. l. communi diuidundo. §. neque colonus. ſed illud expone vt ibi. quid autem ſi hi qui naturaliter poſſident: alij locent ad non modicum tempus, vel dent in feudum, vel in emphyteuſin, vel in vſumfruct? Reſpon. nullam retinent, cum aliam non habeant. Item ſecundum Io. ciuiliter poſſidet, qui non eſt in re, nec in conſpectu: ſed quando eſt in conſpectu, naturaliter etiam poſſidet. nam cum per conſpectum naturalis quæratur, multo magis retinetur: vt infra de acquir. poſ. l. quod meo. §. ſi venditorem. Et ſecundum hoc non videtur quòd eodem tempore poſſideat quis ciuiliter & naturaliter. quod Al. dixit, & bene ſecundum Azo. niſi naturalem appelles approbationē ciuilem: vt ar. infra de verbo. ſigni. l. lege. ſed apud vnum vna, & apud alium alia ſit. Vel dic quòd in partibus in quibus inſiſto & video, habeo naturalem: in aliis ciuilem. ſed P. & Azo dicebant non ideo amitti naturalem, quòd res non ſit in conſpectu: ſed certe ſecundum hoc non eſſet ciuilis ſine naturali. Item contra eos videtur, quia plures haberent naturalem, ſecundum hoc: quia ingreſſus fundum habet naturalem, ſecundum eos. P. & M. & R. & Azo. & dominus nihilo minus. ſic ergo plures: quodtamen ipſe Pl. aliàs negauit, dicens naturaliter duos inſolidum poſſidere non poſſe, ſed ciuiliter. Sed dici poteſt quòd abſens habet naturalem: ciuiliter ingrediens habet naturalem naturaliter. Alij dicunt quòd tunc eſſe deſinat. quod non placet. ei autē quod dixi apud vnū non poſſe eſſe ciuilē & naturalem, contradicit. C. de acquir. poſ. licet. vbi dicit exeuntem de poſſeſſione & longe recedentem, ita quòd non ſit in conſpectu, quòd retinet poſſeſſionem. Vnde dicunt quidam ciuilem, & ſic prius habebat ciuilem. de naturali conſtat quòd habebat: ſic ergo ciuiliter & naturaliter poſſidebat. Sed dicas quòd retinet naturalem, quam ſolam prius habebat: illam tamen dico ciuilem, quia iuris ciuilis auctoritate retinetur. ſic dicitur actio ciuilis prętoria auctoritate extenſionis: vt. ʃ. de noxa. l. electio. §. ſi is quem. Accurſius.

Poſſeſſionē ciuilem quis habere dicatur.

Actio ciuilis prętoria dici poteſt.

a *Partis corporis*. ſed inſolidum ſimul cum alio vel pro indiuiſo. Vel dic clarius, partis viſibilis & diſcretæ: ſed intellectualiter ſic. nec enim tua eſt mea, vel mea tua.

b *Vſum autem*. qui nec eſt dominium, nec poſſeſſio, ſed quoddā tertium aliud ab vtroque. & ideo diſtinguitur inter ſpatioſam rem, & non ſpatioſam.

c *Inſolidum eſſe*. quia vnuſquiſque commode balneo etiam cum alio vel aliis vtitur, nec in aliquo per alium impeditur: idem in porticu. ſecus in vehiculo.

d *Effectu*. q. d. ipſa neceſſitate. ſic. ʃ. de vſufruc. accre. l. j. in fi.

e *Vehiculi*. ſed nec balnei: ſed ibi per aliū vſus meus non ſic minuitur: quod eſt in vehiculo ſecus. Io. Item quod dicit hic vſum haberi pro parte, eſt contra. ʃ. de vſu & habi. l. vſus pars. ſed quod hic dicitur, refertur ad factum, & pro parte vti dicor, cum certa parte vehiculi vtor. Sed qđ ibi dicitur, ad ius, id eſt ad ſeruitutem vſus.

f *Teneam*. id eſt tenere poſſum, cū tu in eodem conſiſtens me impedias. & idem in balneo paruo, quod in vehiculo.

g *Habebuntur*. quia vterque obligatus eſt inſolidum ad rem reſtituendam: quod ſi non facit, debet pro parte ad intereſſe damnari: vt infra depo. l. ſi duo. Azo. Sed videtur quòd non inſolidum teneatur: vt infra eo. l. rem. §. in exercitu. quæ eſt cōtra. Solu. ibi actum eſt quòd quilibet pro parte teneatur. nam ita dixit cōmuni periculo: vt ibi dicit. Hodie verò vt duo commodatarij ſint duo rei debendi, oportet quòd expreſſim dicatur: vt in auth. de duo. re. in princ. colla. vij. nec dicat aliquis quòd authen. loquatur quando eſt diuiduum in oblatione. hic autem reſtitui res pro parte non poteſt: vt infra depo. ſi duo. & infra de verb. oblig. ſtipulationes non diuiduntur. quia certe illud locū habet quando res pro parte reſtitui non poſſit: quando id eſt actum quòd quilibet teneatur inſolidum. vel quando vnus ad rem totam tenebatur: alioquin quilibet tenebitur pro parte: vt in heredibus dicitur, & pluribus depoſitariis: vt. ʃ. depoſi. l. j. §. ſi apud duos. & l. in depoſiti. ſic ergo & hic fuit actum. Accurſius.

h *Conuentus*. actione commodati.

i *Furti*. ſi ei res commodata ſurripiatur. hodie verò ponitur in electione cōmodantis, vt poſſit ipſe ſi velit eligere furem: vt inſtit. de obli. quæ ex delic. §. quæ de fullone.

vel poſſeſſionem eſſe non poteſt: nec quenquam partis corporis [a] dominum eſſe, ſed totius corporis pro indiuiſo pro parte dominium habere: vſum autem [b] balinei quidem, vel porticus, vel campi, vniuſcuiuſque in ſolidum eſſe. [c] neque enim minus me vti, quòd & alius vteretur. Verùm in vehiculo commodato vel locato, pro parte quidem effectu [d] me vſum habere: quia non omnia loca vehiculi [e] teneam. [f] Sed eſſe verius ait, & dolum & culpam & diligentiam & cuſtodiam in totū me præſtare debere. quare duo quodammodo rei habebuntur: [g] & ſi alter conuentus [h] præſtiterit, liberabit alterum: & ambobus competet furti [i] actio:

VI. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

ET alterutro agente, [k] alterius actio contra furem tollatur. [l]

VII. VLPIANVS *libro vicenſimooctauo ad Sabinum.*

VNde quæritur, ſi alter furti egerit, an ipſe ſolus debeat commodati conueniri. [m] Et ait Celſus, ſi alter cōueniatur qui furti non egit, & paratus ſit periculo ſuo conuenire *alterum qui furti agendo lucrum ſenſit ex re commodata, debere eū audiri, & abſolui. [n] Sed ſi legis Aquiliæ aduerſus ſocium [o] eius habuit cōmodator actionem, videndum erit ne cedere debeat [p] ſi fortè damnum dedit alter, quod hic qui conuenitur, commodati actione ſarcire compellitur. [q] Nam & ſi aduerſus ipſum [r] habuit Aquiliæ actionem commodator, æquiſſimum eſt vt cōmodati agendo remittat actionem: niſi forte quis dixerit, agēdo cum è lege [ſ] Aquilia hoc minus conſecutum, quàm ex cauſa commodati cōſecutus eſt, quod videtur habere rationem. [t]

*conueniri.

k *ET alterutro agente*. ſed non peragente.

l *Tolletur*. hoc ideo, quia vtrique inſolidum ex vna eademq; cauſa defertur furti actio, & ideo vni per alium præiudicatur: vt infra de duo. re. l. ex duobus.

m *VNde quæritur. Conuenire*. ſ. commodati actione ſibi à commodante ceſſa. aliter enim non poteſt, & tunc non ad lucrum. i. pœnam furti quam habuit ſocius aget: vt. C. de fur. l. fi. §. ſed cum. & ʃ. loca. & condu. l. is qui. licet in creditore ſit aliud: vt ʃ. tit. j. ſi pignore. ſed ad rem, vel rei cōmodatæ æſtimationē, quā ſocius cōſecutus eſt. Sed quidam habent in litera, cōueniri: & ad hoc eſt arg. ʃ. de fideiuſ. l. ſi dubitetur. j. reſpon. poteſt tamen dici in fideiuſſoribus aliter ſiuām in duobus reis, ſecundum Azo.

n *Abſolui*. ſcilicet ob obſeruatione iudicij interim.

o *Socium eius*. conuenti: vt quia ſocius eius damnum dedit.

p *Debeat*. ſcilicet conuento.

q *Compellitur*. imò videtur quòd cogi non debeat, cum præuideri non poſſit: vt infra eo. l. ad eos? Reſpon. imò quandoque cogitur ſcilicet ſi potuerit præcauere: vt infra loca. ſed & de damno. Vel dic aliud in damno dato ab extraneo: & aliud in damno dato à ſocio, quia illud quaſi à me reputatur datum, cum pro vno reputaremur propter ſocietatem obligationis: vt infra de duo. re. l. ſi. ſed ar. contra infra de vſur. l. mora. in fi.

r *Ipſum*. ſ. quem vult conuenire. q. d. ideo quæſiui an cedatur actio reſarcienti damnum ab alio datum: quia ſi iſte eſt qui dedit damnum quem cōuenio commodati, licet non debeam cedere, debeo tamen remittere actionem. l. Aquil. niſi in eo quod plus eſt in ea actione quàm commodati, ſecundum Azo.

ſ *E lege Aquil*. id eſt poſtquam egerit commodati. vel refertur ad ſuperius dictum.

t *Quod videtur habere rationem*. ſ. quòd poſſit agi ad reſiduum per

actionem legis Aquiliæ:vt hic.& ar.ꝫ.vi bo.rap.l.j.Sed arg. contra.ꝫ.de actio.& obliga.l.qui ſeruum.§.fi. vbi dicitur quòd poſtquam egi commodati,nõ poſſum agere.l.Aquil.in eo quod plus eſſet in ea ex repetitione.xxx.dierum.Sol.ſecundum R. hic de æquitate.vel ſecundum M.ibi dicit non durare alteram, cum non eſt in ſecunda pluſquã in prima. aliàs durat vt hic. vel ſecundum Io. hic ad aliud ſimplũ agitur quod venit ĩ actionem iſtam,quia inficiatio interceſſit. non autem ad incremẽtũ.xxx. dierum: vt ibi. Vel hic non eſt conſecutus per actionem commodati, niſi medietatẽ æſtimationis,cum duo fuerũt commodatarij. aliã ergo poterit cõſequi per actionẽ cõmodati, vel per actionem.l. Aquil. ſecũdum Azo. Vel dic ꝙ hoc, niſi &c. non ad proximum,ſed ad ſuperius refertur: & hoc in pluribus & à pluribus permittitur. in contraria non ab eo.ar.ſ.ad.l. Aqui.itẽ Mela.§.ſi plures. Sed quæſtioni facte,an conuento ſocio teneatur cedere contra alium, non reſpon. ſed ego reſpõdeo, ꝙ tenet cedere ſicut pupill⁹ cedit tutori conuẽto con tra tutorẽ:vt.C. de admi.tut.l.ij.in prin.&.§. fi.&.ꝫ.de tut. & ra. diſtra.l. j.§. nunc tractemus. Et eſt ratio, quia ex facto dantis damnũ conuenitur, & præſtat dãni æſtimationẽ.com modati autẽ actio non eſt cedẽda: quia cõuentus ea ſuo nomine tenetur,niſi ad damnũ vt dictum eſt. ſic ergo in duob⁹ reis dico:ne cõuẽto actio cedatur,niſi ex facto rei conueniat. ſed aliud eſt in fideiuſſ. vt.C. de fideiuſ. authẽ. præſente.&.C.loca.l.ſi diuiſa. ſed in reis idem dico ſi tales erãt vt poſſet conuentus poſtulare quòd diuideretur actio ad exemplum plurium mandatorum: vt ꝫ. de fideiuſſ. ſi fideiuſſores.§.idem reſpon.&.l.fideiuſſores.ſecundum Azo.

† Concor.in ca.1.glo.1. circa fi extra eo.ti.

In vulg. ed. Si mea.

VIII. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

Rei commodatæ [a] † & poſſeſſionem & proprietatem retinemus. [b]

IX. VLPIANVS *libro ſecundo ad Edictum.*

Nemo enim cõmodãdo rem facit eius cui commodat.

Ex vſu ad quem res accommodatur, quis non obligatur niſi ſit mixta culpa. Bartolus.

X. IDEM *libro viceſſimonono ad Sabinum.*

Evm qui rem cõmodatã accepit, ſi in eam rem vſus eſt in quã accepit,nihil præſtare, ſi eam in nulla parte culpa ſua deteriorẽ fecit,verum eſt.nam ſi culpa eius fecit deteriorem,tenebitur. [c]

Contractus innominati iudicãtur ſecundum naturam cõtractus nominati cui adiiciuntur. Barto.

Si rem inſpectori dedi:an ſimilis ſit ei [d] cui cõmodata res eſt quæritur. Et ſi quidẽ mea cauſa dedi, dũ volo pretiũ exquirere, dolũ [e] mihi tãtũ præſtabit.ſi ſui, & cuſtodiã:&ideo [f] furti habebit actionẽ.

Si res perierit culpa nũtij referentis,perit periculo domini,ſi eũ miſit:aliàs periculo cõmodatarij, ſi nuntium malum elegit. idem ſi nuntij dolo perierit. Bartolus.

Sed & ſi dum refertur [g] periit, ſi quidem ego mandaueram per quẽ remitteret,periculũ meum [h] erit.ſi verò ipſe cui voluit commiſit, æquè mihi culpam præſtabit, ſi ſui cauſa accepit,

XI. PAVLVS *libro quinto ad Sabinum.*

Qvi non tam idoneum̃ hominem elegerit, [i] vt rectè id perferri poſſit.

XII. VLPIANVS *libro viceſſimonono ad Sabinum.*

Si mei cauſa,dolum tantum. Commodatã rem miſſus qui repeteret,cum recepiſſet,aufugit. Si dominus ei dari iuſſerat,domino perit.ſi commonendi [k] cauſa miſerat vt referretur res commodata,ei qui commodatus eſt. *

Dominus qui recipit æſtimationem litis à commodatario, tenetur cauere de reſtituendo ei rem ſi ad manus eius peruenerit.hoc dicit.Pau.de Caſt.

XIII. POMPONIVS *libro vndecimo ad Sabinum.*

Is qui cõmodatũ accepit,ſi non apparentis rei nomine commodati cõdemnetur, cauendũ ei eſt, vt repertam dominus ei pręſtet. [l]

Ad eũ ad quem res nõ pertinet, commodum non ſpectabit. Bart.

Si quem queſtum fecit is qui experiendum quid acceperit, veluti ſi iumenta [m] fuerint, eáq; locata ſint,idipſum [n] præſtabit [o] qui experiundum dedit.neq; enim ante eam rem quæſtui cuiq; eſſe oportet prius quàm periculo eius ſit. [p]

Error in iure cõſecutiuo nõ impedit actionem oriri ex cõtractu, ſicut nec error in iure vel in facto antecedente impedit conditionem oriri extra id quod agitur. Bartolus.

Si libero homini qui mihi bona fide ſeruiebat,quaſi ſeruo rem cõmodauero, videamus an habeam commodati actionẽ.nam & Celſus filius aiebat, ſi iuſſiſſem eum aliquid facere, vel mãdati [q] cum eo, vel præſcriptis verbis experiri me poſſe.Idem ergo & in cõmodato erit dicendum. Nec obſtat quòd non hac mente cum eo qui liber bona fide nobis ſeruiret,contraheremus,quaſi eum obligatũ [r] habituri. Plerumque enim id accidit, vt extra id quod agitur, tacita obligatio naſcatur: [ſ] veluti [t] cum per errorem indebitum ſoluendi cauſa datur.

a *Rei commodatæ*.ſcilicet alij à nobis.

b *Retinemus*.vt inſtitu.de interdi.§.poſſidere.verſi. per eos quoque.ſicut & rei depoſitæ:vt infra depoſi.l.licet.§.rei.

c *Evm qui.Tenebitur*.quia non videtur reddita:vt.ſ.eo.l. iij.§. ſi reddita ſit res.& facit infra eo.l.vlti.Accurſius.

d *Sit ei*.in act.præſcrip.ver.qua ipſe tenetur:vt infra de pręſcrip. ver.ſi rem.&.l.ſi gratuitam.§.ij.

e *Dolum tantum*.Sed nũquid inſpector debet probare ſe ſine dolo amiſiſſe?Videtur ꝙ ſic:vt.C.de pign.act.ſi creditor. &.ꝫ. loca. ſi quis fundum.&.ꝫ.de cuſto.reo.l.ſi.&.ſ.de edẽ.l.ſi quis ex ar.in fi.&.l.ſeq.Econtra videtur ꝙ nõ, ſed ille qui obiicit:vt.ꝫ.de le.ij. cum ita.§.ſpecies.&.C.de pigne.act.ſi nulla. & infra de proba.l. quotiens.§.qui dolo.Azo.quod eſt verius.Accurſius.

f *Et ideo*.quia eius intereſt,cum de cuſtodia teneatur.

g *Sed & ſi dum refertur*.res quæ inſpicienda data eſt.

h *Periculum meum*. ſine diſtinctione. & eſt pro hoc ſupra nau. cau.ſta.l.iij.§.idem in princ.&.l.ſi.in princi.

i *Qvi non.Elegerit*.quod ex poſt facto apparet. & hoc eſt verum,cum id actum eſt inter me & eum, vt ipſe & non alius perferret.quod ex qualitate perſonarũ & dignitate perpenditur.& in hoc caſu omnino tenetur,vt hic,quia mala electio eſt in culpa: vt.ꝫ. man. ſi procuratorẽ.§. ſi tutores.in fi.&.ſ. ſi mẽ. fal. mo.dixe.l.ij. &.ſ. nau. cau.ſta.l.ſi.§.ſeruorũ.ſi autẽ volui vt mihi mitteret,nec de eo cogitaui ꝙ ipſe afferret:diſtingue,an eũ qui idoneus videtur elegit ſecundũ Io.Alij verò, ſecũdum hanc diſtinctionẽ tantùm faciũt. Azo. & eſt pro Ioan.ꝫ.e.argẽtum. ſed prima verior eſt.

k *Si mei cauſa. Commonendi*. Quid ſi mentitus eſt,dicẽs ſibi rem tradendam, cum cauſa cõmonendi miſſus eſt?Reſpon.nõ nocet [a] commodanti: vt ꝫ.de ſol.cum quis. §. ſi debitorem. quia eſt ei imputandum, qui credulus fuit.Azo. vt arg. ſupra de eo per quem fac.e.l.j.§.j.

* Cõmodatus eſt, id eſt qui commodato accepit. eadẽ ſignificatione qua mutuat⁹,id eſt qui mutuo accepit. Alij legunt,cui cõmodata eſt.

a] Limita, niſi domin⁹ fuiſſet conſuetus mittere iſtum pro rebus ſuis: quia tũc dãdo ei, liberatur: ſecundũ Bal. hic. Bolo.

l *Is qui. Ei pręſtet*. aut æſtimationẽ: vt infra eo.l. in cõmodato.§.fi. & facit ſupra eo.ſi vt certo.§.j.

m *Si iumenta*. ſcilicet data cauſa experiundi. Accurſius.

n *Idipſum*.quod lucratus eſt.

o *Præſtabit*.actio.præſcrip.ver.vt. ꝫ.de præſcript. ver. l. apud Labeonem.

p *Eius ſit*. Sed videtur quòd ſit eius periculo. nam hoc ipſo ꝙ vtitur re commodata ad aliũ vſum,& ſcit ſe hoc facere contra domini voluntatẽ, furtũ facit: vt ſ.e.ſi vt certo.§. quinimò.& ſic ad eum omne periculum pertinet, ergo & quæſtus ad eũ pertinere debet? Reſpon. illud verũ eſt cũ ex cõuentione bona fide,vel ex natura cõtractus ad eũ pertinet periculum:vt infra pro ſoc.l.ſi vnus.§.ſi vnus.hic nõ ſic:aliàs ex ſuo dolo lucraretur,quod eſſe nõ debet:vt.C.de rei vin.l.j.in fi.Item not. ꝙ vbi onus, ibi lucrum:vt &. C.de fur.l.ſi.§.pe.&.ꝫ. de act. emp.Iulianus.§.ex vendito.&.l.ſi quid ſeruo.

q *Vel mãdati*.imò videtur ꝙ non,quia non ſpõte ſuſcepit mãdatũ:vt.ſ.de neg.geſt.l.at qui natura.§.ſi libero.quæ eſt cõtra. Sol. ibi loquitur in eo caſu quãdo putabat ſe ſeruũ, quare naſcit̃ act. nego.geſt.nõ mandati:quia ex neceſſitate geſſit, ex nõ volũtate. hic vero loquitur cũ ſciebat ſe liberũ: in quib⁹ caſib⁹ quodãmodo volũtate gerit.Ir.vel datur vtilis,vt hic:non directa, vt ibi. nã & hic neſciebat ſe liberũ:quod patet per illa verba,plerũq; enim &c.quia & hic & ibi dicit ꝙ bona fide ſeruiebat.Azo.Vel ibi iuſſit vt libero:hic vt ſeruo.Itẽ facit.ſ.ad leg.Aquil.liber homo.§.j.

r *Obligatum*.ſcilicet ciuiliter.

ſ *Naſcatur*.vt hic & infra man.ſi procuratorem.§.ſi liber homo, in gloſ.Iul.ait.& ſupra ſi certum pe.l.cum fundus.§.ſeruum.

t *Veluti*.id eſt ſicut.Accurſius.

Si ſeruus

Ex eodem facto duæ actiones contrariæ poſſunt oriri diuerſis reſpectibus. Bartolus.

XIIII. VLPIANVS *libro quadrageſimooctauo ad Sabinum.*

SI ſeruus meus rem meam tibi ſcienti nolle me tibi commodari commodauerit, & cōmodati & furti [a] naſcitur actio: & præterea condictio ex cauſa furtiua.

B

Qui conuenitur ex contractu, non poteſt referre quæſtionē dominij. Bartolus.

XV. PAVLVS *libro vicenſimo-nono ad Edictum.*

COmmodare poſſumus etiam alienā rē quā poſſidem⁹: tametſi ſciētes alienam poſſideamus:

XVI. MARCELLVS *libro quinto † Digeſtorum.*

ITa * vt & ſi fur vel prædo commodauerit, habeat commodati [b] actionem.

Pactum vt non veniat dolus futurus, non valet. Bartolus.

C

XVII. PAVLVS *libro vicenſimo-nono ad Edictum.*

IN commodato hæc pactio, ne dolus præſtetur, rata non eſt. [c]

Actiones cōtrariæ poſſunt principaliter intētari ſicut directæ. B.

Cōtraria cōmodati actio etiā ſine principali [d] moueri poteſt, ſicut & cæteræ quæ dicuntur [e] cōtrariæ.

Obligatione ſecūdaria quilibet ex heredibus tenetur inſolidum, licèt ſit heres ex parte. Bartolus.

D

Si ex facto heredis agatur commodati, in ſolidum [f] condemnatur, licèt ex parte heres eſt.

Si commodans non patitur cōmodatarium vti re ad eum vſum ad quem eſt commodata, contraria cōmodati tenetur. h. d. Primò præmittit quædā præambula ad declarationem quæſtionis: ſecundò eam determinat. ſecunda ibi geritur. & inde debet ſumi caſus in terminis. Bartolus.

Sicut autem † voluntatis & officij magis [g] quàm neceſſitatis eſt commodare, ita modum cōmodati finémque [h] præſcribere, eius eſt qui beneficiū tribuit. Cum autem id fecit, id eſt poſtquam commodauit, [i] tunc finem præſcribere, & retroagere, atque intempeſtiuè vſum * cōmodatæ rei auferre; nō officiū [k] tātū impedit, ſed & ſuſcepta [l] eſt obligatio inter dandū accipiēdúmq;. [m] geritur enim negotiū [n] inuicē, & ideo inuicem propoſitæ ſunt actiones: vt appareat quod principio beneficij ac nudæ volūtatis fuerat, cōmitti in

B

mutuas preſtationes, actionéſque ciuiles: [o] vt accidit in eo qui abſētis negotia gerere inchoauit: neq; enim impune peritura [p] deſeret. ſuſcepiſſet enim fortaſſis alius, ſi is non cœpiſſet. Voluntatis eſt enim ſuſcipere mādatū, neceſſitatis cōſummare. Igitur ſi pugillares [q] mihi cōmodaſti, vt debitor mihi caueret, non rectè facies importunè repetendo. nā ſi negaſſes: vel emiſſem, vel teſtes adhibuiſsē. Idémque eſt ſi ad fulciendā inſulā tigna commodaſti, deinde protraxiſti, † aut etiā ſciens vitioſa cōmodaueris. Adiuuari quippe nos, non decipi beneficio oportet. * Ex quibus cauſis etiam contrarium iudicium vtile [r] eſſe dicendum eſt.

Ex pluribus rebus ſeparatis poteſt peti vnà, nō autem certa pars vnius corporis. Bartolus.

Duabus rebus cōmodatis, rectè de altera cōmodati agi poſſe Viuianus ſcripſit. quod ita videri verū, ſi ſeparatæ ſint, [s] Pōponius ſcripſit. nā eū qui carruchā puta vel lecticam [t] commodauit, nō rectè acturum de ſingulis partibus.

Actio commodati contraria cōpetit vt dominus reddat rē in ſui poteſtate reuerſam, vel æſtimationem acceptam. Baldus.

Rē cōmodatā perdidi, & pro ea pretiū dedi: deinde res ī poteſtate tua venit. Labeo ait cōtrario iudicio aut rē mihi præſtare te debere aut quod à me accepiſti reddere. [u]

E

Commodatarius tenetur de leuiſſima culpa, ſi ipſius gratia fuerit commodatum: nō de caſu, niſi culpa præcedat. ſed ſi vtriuſque gratia fuerit commodatum, tenetur ſolùm de dolo & leui. Bar.

XVIII. GAIVS *libro nono ad Edictum Prouinciale.*

a *SI ſeruus. Et furti.* ſi tamē agatur cōmodati, non agetur furti: vt C. de fur. l. j. & . j. de fur. l. ſi is cui res cōmodata. aut ea ratione, quia intereſſe cōſecut⁹ eſt: aut ea: qa agēdo cōmodati habuit ratū quod ſeruus fecit: vt. j. de fideiuſ. ſi ſeruus alienus. in fi.

b *ITa vt & ſi fur. Commodati.* vt & . ſ. de iudi. l. non à iudice. ſic & depoſiti: vt. j. depoſiti. l. j. §. ſi prædo. & pigneraticiam; vt. j. de pign. act. ſi pignore. §. ſi prędo. imò etiam rei vin. poſſum agere contra commodatarios: vt dicunt Ir. & alij, quia nō deberent ei quæſtionē mouere: cum habeant ab eo cauſam: vt. C. de pig. ac. nec creditores. & de non nu. pe. l. j. & de præſcrip. xxx. ann. ſi quis emptionis. §. ſed hęc ſuper illis. Sed I. & Azo contra. Dicunt enim, quia agitur cōtra commodatariū, vt cōtra quemlibet poſſidētem, ideo oportet plenè de dominio probare: vt. ſ. ad exhi. de eo. §. fin. nec obſtat. l. j. de non nu. pec. quæ dicit, ſi pignus datū probatur⁹ es & c. nec illa, nec creditores. quæ dicit, ſi originē rei probare poteſt & c. nam non ideo dicit quòd ſola traditio det debitori rei vin. ſed quia probata traditione pignoris, præſumitur quòd hodie poſſideat creditor, cum à debitore habuit poſſeſſionē: vt. C. de pig. act. l. ij. & ita poteſt intentari rei vin. quam parit ſola poſſeſſio: vt. C. de alie. iu. mutan. cau. facta. l. j. Item nec ob. lex illa, ſi quis emptionis. C. de præſcrip. xxx. an. quę dicit nō licere prędoni obiicere præſcribēti quem expulit, dominij quæſtionē, quia durior eſt cauſa delicti quàm contractus.

c *IN commodato. Rata non eſt.* nec alibi: vt ſ. de pac. ſi vn⁹. §. illud.

d *Principali.* id eſt, ſine directa.

e *Dicuntur cōtrariæ.* vt j. eo. l. in rebus. §. fi. & C. de contra. iudic. tute. l. fi. in fi. & . j. de cōtra. & vti. acti. tut. l. j. §. fi. & . ſ. de neg. geſt. ſed an vltro. in princi.

f *Inſolidum.* vt & . ſ. e. l. iij. §. heres. & . j. depoſi. ſi duo. & facit. j. de pollicita. l. ex pollicitatione. & . j. de ali. leg. l. iij. in princ. & infra de verb. oblig. in executione. §. ſecunda.

g *Magis.* electiuè ponitur, non comparatiuè. Accurſius.

h *Finem.* id eſt vſque ad quod tempus teneatur cōmodatarius. ſic. C. de act. & oblig. ſicut. Accurſius.

i *Commodauit.* ad diem, vel ſine die, vbi intelligitur finito vſu.

k *Non officium.* id eſt facit contra officium, quod homo homini debet: vt infra de ſer. expor. ſeruus ea. depoſitum tamen reuocatur quandocunque vult: vt infra depoſi. l. j. §. antepe. quæ eſt cō- ff. Vetus. tra: quia nihil intereſt depoſitarij. item precarium quandocunq; vult: vt infra de preca. l. j. & . l. cum precario. & . l. & habet. j. reſpon. & in hoc differt à commodato, ſecundum hoc. Sed quę eſt ratio? [a] Reſpon. quia commodatum ſemper datur cum præfinitione certi vſus: vt patet per omnes leges ferè tractantes de cōmodato. ſic enim dicitur, commodo equum vt ad villam duceres, pecuniam vt diues appareat: vt ſupra eod. l. iiij. & . l. ſi vt certo. §. ſed interdum. & infra eo. l. fin. ſic & ſcalas vt feneſtris ſupponas: vt inſtitu. de obli. quæ ex delic. §. interdum. verſic. ope.

l *Suſcepta.* id eſt nata.

m *Dandū accipiendúmque.* aliàs, dantem & accipientem.

n *Negotium.* id eſt cōtractus vtriuſque gratia celebratus, ſaltem quātū ad repetitionē.

o *Ciuiles.* not. actionē commodati ciuilē, ſecundum quoſdam: vt & diximus. ſ. eod. l. j. in princip.

p *Peritura.* ſcilicet negotia. ſed certè videtur quòd ſufficiat ſi cui vel in paucis & c. vt. C. de neg. geſt. l. tutori. quæ eſt contra. Solut. illud verum eſt in aliis negotiis inchoandis. cœpta enim omnimodo conſūmare debet. vel hîc alius erat geſturus: vt arg. ſupra de neg. geſt. ſi pupilli. §. fi. quòd autem, fortaſſis, hîc dicit, philoſophicè temperauit. vel non eſt contra, quia hîc loquitur vbi mandatum fuit: quod patet ex illo verbo, voluntatis enim & c. hoc nō valet, quia in vtroque caſu loquitur hîc. ſupra enim poſuit de eo qui inchoauit gerere. & intelligendū eſt, ſine mandato: poſtea quando cū mādato, cū dicit, voluntatis & c. q. d. debet gerere: alioquin tenetur, inchoet vel nō: vt. j. mā. l. ſi remunerādi. §. j. Azo. Vel diſtingue, vtrū acceſſit quaſi vnū geſturus, vt ibi: an quaſi omnia, vt tunc teneatur: vt hîc.

q *Si pugillares.* i. tabulas cereas: & facit ad inferius proxi. reſp. j. e. l. proxi. §. item qui ſciēs.

r *Vtile.* id eſt efficax ad intereſſe. & facit ad hoc. j. man. ſi mandauero. §. fi. Accurſius.

ſ *Separatæ ſint.* ſic & in pluribus rebus emptis: vt infra de actio. emp. l. & ſi vno. ſic & procurator vnam de pluribus: vt ſupra de procur. l. fi. §. fi. & arg. infra depo. l. j. §. ſi ciſta. Sed ſi cōmodè non diuiduntur, ſecus: vt hîc ſubiicit. & ſupra fami. erciſc. planè. Sed contra. ſ. de condi. fur. l. ſi ſeruus. §. boue. Solu. ibi erant ſingulæ partes ſeparatæ.

t *Lecticam.* ad adiacendum. Accurſius.

u *Reddere.* vt. j. e. rē mihi. j. ad. l. Rho. de iac. l. ij. §. pe. Sed quod

† Sic legēdū l. 1. §. ſi prædo. j. depoſi. vbi citatur hæc Marcelli ſententia.

* In vulga. Ita vt vel.

† Concor cū hoc §. c. vnicū extra eo. titul. & vide bo. glo. ſcilicet quando liceat pœnitere in. c. in cauſis. ſuper verbo, integram. extra de elect.

a] Bal. hîc dicit iſtam gl. ſingu. ad cognocēdum quæ differētia ſit inter cōmodatū depoſitū, & precariū. de quo vide in l. cōtractus. j. de reg. iur. per Bal. in. l. 2. C. eo. titu. Bolog.

* No. quòd res commodata nō dicitur niſi habeat certum vſum tacitū, vel expreſſū. vide Cy. & Bal. in l. 2. C. eo.

† ſubtraxiſti

* Cōc. text. in. c. vnico. eo. tit. extra de cōmoda. Bolog.



UNED

iſtorũ redderetur: res: vel æſtimatio: Reſpon. dicũt quidam eſſe in arbitrio illius qui accipit æſtimationẽ: cũ ex beneficio ſuo nõ debeat damnificari: vt. ĩ. de iur. do. l. plerunq;. in fin. Sed videtur quòd rem tantũ. nã qui æſtimationẽ accepit, vendidiſſe videtur: vt. ĩ. pro emp. l. iij. hab et ergo neceſſe vt rẽ præſtet: vt. ĩ. de re iudi. in depoſiti. &. ſ. de rei vin. ſi culpa. ecõtra quòd pecuniã: vt. ſ. de cõdic. ſine cau. l. ij. hîc enim nõ res, ſed culpa fuit ęſtimata. Prima eſt verior, vt in ſua electione ſit qui accepit. Accurſius.

† Facit gl. 2. circa princi. in ca. fin extra e. tit. Bolog.

* Flo. mortis.

a *IN rebus. Suis rebus.* vt & inſtit. qui. mo. re contrahi. obli. item is. &. ĩ. de act. & obli. l. j. §. is quoq; apud quẽ.

b *Præſtet.* vt. C. e. l. j. & de pigne. act. quæ fortuitis.

c *Præſtare debet.* Hoc ideo, quia culpa præcedit caſum: vt & ſupra de nego. geſt. ſiue hereditaria. & infra loca. & conduc. l. item quæritur. §. ſi quis. & ſupra eo. ſi vt certo. §. ſed interdum.

d *Hæc ita.* quòd ſicut diligentiſſimus teneatur, & ſic de leuiſſima culpa: vt. ſ. in princi. l. dixi.

e *Ac ſi vtriuſque.* hãc eandem diſtinctionem adhibent quidã in mãdato: vt ſic quãdoque de leuiſſima, quandoq; de leui teneatur. ſed nes contra. Dicimus enim quòd ſemper de leuiſſima teneatur: vt C. man. l. à procuratore. Azo.

f *Aeſtimatio.* ſ. vt leuis, non leuiſſima, veniat.

g *Solet.* quod verũ eſt: vt. ſ. e. tit. ſi vt certo. §. nunc videndũ. &. ĩ. de reg. iur. l. cõtractus. & ĩ. ſolu. matr. l. etiã. §. fi.

h *Tolluntur.* niſi in id quod ſupereſt: vt. ſ. eo. vnde quæritur. in fine legis.

i *Ad eũ pertinent.* quia cum ſeruitio quod ei fecerat compenſantur, quod ab eo nõ repetitur: vt infra de ædil. edic. item ſi ſerui. §. fina. &. ĩ. ſolu. mat. l. diuortio. §. fi. Azo. Item not. hîc de modicis expenſis non curãdum: vt. ĩ. de impen. in re. do. fac. l. omnino. &. ſ. de neg. geſt. Neſennius. &. ſ. de vſufr. l. hactenus. & ĩ. de li. ag. ſi quis à liberis. §. ſi mater.

k *Item qui ſciens.* ſecus in ignorãte: vt. ĩ. eo. l. pe. ſed in locato & depoſito & vẽdito ſecus, quia indiſtinctè tenetur: vt. ĩ. loca. ſed addes. §. j. & de ac. empt. l. tenetur. §. ſed ſi vas. &. ĩ. de fur. l. ſi ſeruus

A communis. §. quod verò ad mãdati. ſed in ſeruo locato nõ idem quod vaſe: vt. ĩ. loca. ſi tibi domũ. §. j. & l. cũ in plures. §. ſeruum meũ. Azo. Quid tamẽ hîc dixerũt etiã in hoc caſu ſi neſciẽs fuit, vtili. Aquil. eũ teneri occaſione dãni dati. ſed M. hoc reprobat.

l *Condemnandus.* Ad intereſſe contrario iudicio cõmodati: vt & ſ. eod. in commodato. §. ſicut. in fi.

m *Cõpenſationis.* ſed cõtra videtur, quia ſub prætextu &c. vt. C. eo. l. fi. quæ eſt contra. ſol. hîc propter debitum quod in ipſa re eſt impẽſum, retinetur quaſi pignoris loco: vt. ĩ. de acqui. poſſ. ſi quis rem. &. ĩ. de fur. creditoris. §. fi. & l. ſi is qui rẽ. pro alio autem debito, nõ. Vel dic ꝙ hîc culpa cõmodatarij res perierat, vel deteriora facta erat: vnde quantitas hîc eſt ĩ intereſſe: & ſic poteſt cõpenſatio habere locũ, ibi autẽ res extabat nõ facta deterior.

* compẽſationis. Sed quia fieri.

n *Non habeat.* ea non admiſſa, ſed nõ reprobata: vt. ĩ. de compẽ. l. quod in diẽ. Azo. &. ſ. de neg. geſt. l. ſi autem. §. ſi quocunque.

o *AD eos. Conducunt.* accepta mercede. M.

p *Procul dubio eſt.* niſi culpa caſum præceſſit: vt. ĩ. loca. ſed & de dãno. & l. ſi merces. §. culpæ. ſecundum Azo. ſed videtur quòd ſic teneatur: vt. ſ. nau. caup. ſtabu. l. nauta. in fine. ſed dic vt ibi.

q *Det.* reſpondeo, nulla: vt hîc, &. ĩ. de actio. em. ſi ea res. &. ĩ. loca. ſed & de dãno. &. ſ. e. in rebus. in princ. &. ĩ. de damn. infe. l. damni infecti quidã. in princ.

* Vt intelligas hoc caput, cõiũge cũ. 10. & 11. ſ. eo.

r *ARgentũ. Seruo meo.* in ſuo enim venia eſt dignus: in aliis non, ſecundum quoſdam: vt hîc, &. ſ. nau. cau. ſtab. l. fin. §. ſeruorum. ſed certè imò in omnibus eſt hæc diſtĩctio facienda: vt arg. ĩ. de præſcrip. ver. l. apud Labeonem. §. fi. &. ſ. e. l. eum. in fi. & l. ſequẽ. maximè cum bonę induſtriæ ſit: vt hîc dicit, & arg. ſ. de rei vin. l. ſi à bonæ fidei.

s *REm mihi. Non eſſe.* cum non interſit mea. alioquin furti agere poſſet, veluti ſi in rem commodatã impendi. licèt enim contraria commodati agere poſſim, melius tamẽ impenſa per retentionem ſeruabo: vt infra de fur. ſi is qui. Azo. & l. creditoris. §. finali.

t *Vtile.* ad alterutrũ: vt. ſ. eo. l. in cõmodato. §. fi. itẽ & condictio ſine

---

IN rebus commodatis talis diligentia præſtãda eſt, qualẽ quiſque diligẽtiſſimus† paterfamilias ſuis[a] rebus adhibet: ita vt tantùm eos caſus nõ præſtet,[b] quibus reſiſti non poſsit, veluti mortes ſeruorum, quæ ſine dolo & culpa eius accidunt: latronum, hoſtiúmve incurſus, piratarũ inſidias, naufragium, incendium, fugas ſeruorũ qui cuſtodiri nõ ſolent. Quod autem de latronibus & piratis & naufragio diximus, ita ſcilicet accipiemus, ſi in hoc cõmodata ſit alicui res, vt eam rem peregre ſecum ferat. alioquin ſi cui ideo argentum commodauerim, quòd is amicos ad cœnam inuitaturũ ſe diceret, & id peregre ſecum portauerit, ſine vlla dubitatione etiã piratarum & latronum & naufragii caſum præſtare[c] debet. Hæc[d] ita, ſi duntaxat accipientis gratia cõmodata ſit res. at ſi vtriuſq;,[e] veluti ſi communem amicum ad cœnam inuitauerimus, túque eius rei curam ſuſcepiſſes, & ego tibi argẽtum commodauerim: ſcriptũ quidem apud quoſdam inuenio, quaſi dolum tantum præſtare debeas: ſed videndũ eſt, ne & culpa præſtãda ſit: vt ita culpæ fiat æſtimatio,[f] ſicut in rebus pignori datis & dotalibus æſtimari ſolet.[g]

Pro culpa commiſſa in faciendo, competit actio ex eo contractu, & legis Aquiliæ. Bart.

Siue autem pignus, ſiue cõmodata res ſiue depoſita deterior ab eo qui acceperit, facta ſit: non ſolùm iſtæ ſunt actiones de quibus loquimur, verum etiã legis Aquiliæ. ſed ſi qua earum actum fuerit, aliæ tolluntur.[h]

Expenſas alimentorum, vel valetudinis paruas, commodatarius non repetit: ſecus in magnis. Bart.

Poſſunt iuſtæ cauſæ interuenire, ex quibus cum eo qui commodaſſet agi deberet: veluti de impẽſis in valetudinẽ ſerui factis, quæve poſt fugam requirendi reducẽdíque eius cauſa factæ eſſent. Nã cibariorum impenſæ naturali ſcilicet ratione ad eum pertinent,[i] qui vtendum accepiſſet. Sed & id quod de impenſis valetudinis aut fugæ diximus, ad maiores impenſas pertinere debet. modica enim impendia verius eſt vt ſicuti cibariorum, ad eundem pertineant.

Commodans tenetur de vitio rei, ſi ſciens fuit. Bartolus.

Item qui ſciens[k] vaſa vitioſa cõmodauit, ſi ibi infuſum vinũ, vel oleum corruptum, effuſúmve eſt, condemnandus[l] eo nomine eſt.

Quod poteſt cõtrario iudicio peti, poteſt ĩ cõpẽſatiõe deduci. B.

B Quod autem contrario iudicio conſequi quiſque poteſt, id etiam recto iudicio quo cũ eo agitur, poteſt ſaluum habere iure penſationis.[m] * Sed fieri poteſt vt amplius eſſet quod inuicem aliquẽ conſequi oporteat, aut iudex penſationis ratiõe nõ habeat,[n] aut ideo de reſtituenda re cũ eo nõ agatur, quia ea res caſu intercidit, aut ſine iudice reſtituta eſt: dicem[us] neceſſariã eſſe contrariam actionẽ.

De dãno dato à tertio, non tenetur cõmodatarius vel cõductor. B.

C XIX. IVLIANVS *lib. I. Digeſtorum.*

AD eos qui ſeruãdum aliquid conducunt,[o] aut vtendũ accipiunt, damnum iniuria ab alio datum non pertinere, procul dubio[p] eſt. qua enim cura aut diligẽtiã conſequi poſſumus ne aliquis damnum nobis iniuria det?[q]

Si res culpa nũtii perdatur, perit periculo domini, ſi remittens non fuit in culpa malæ electionis. Bar.

XX. IDEM *libro tertio ad Vrſeium Ferocem.*

D ARgentum* cõmodatũ ſi tam idoneo ſeruo meo[r] tradidiſſem ad te perferẽdũ, vt nõ debuerit quis æſtimare futurũ vt à quibuſdã malis hominibus deciperetur: tuũ, nõ meũ detrimẽtum erit, ſi id mali homines intercepiſſent.

Poſtquam quis eſt condemnatus commodati directa, poteſt agere commodati contraria. Bart.

XXI. AFRICANVS *libro octauo Quæſtionum.*

REm mihi commodaſti: eandẽ ſubripuiſti. deinde cum com-
E modati ageres, nec à te ſcirem eſſe ſubreptam, iudex me condemnauit: & ſolui. poſtea cõperi à te eſſe ſubreptam. quæſitum eſt quæ mihi tecum actio ſit. Reſpondit, furti quidem non eſſe,[s] ſed commodati contrarium iudicium vtile[t] mihi fore.

Dolus ſerui non præiudicat cõmodanti, licèt pro eo noxaliter teneatur. Bartolus.

UNED

ſine cauſa habet locum ad repetendum quod eſt ſolutum: vt.ſ. de condic.ſine cauſa.l.ij.ſed cõdictio indebiti non:quia per ſententiã eſt ſolutũ:vt.C.de condic.inde.l.j. &.ȷ.manda. ſi fideiuſſor.j.§.in omnibus.quæ ſunt contra. Vel ſolue:quia hîc ſciens,& dolo falſum allegans,conſecutus eſt ſententiã: & ideo tenetur condic.ſine cau.& etiã indebiti reſtituere: vt ſ.de iudic. l. ſi prætor. §.Marcellus.

a *Subreptis.* ſ. communi culpa omniũ cõtuberualiũ interueniẽte. vnde videbatur q̃ cũ dominus fuiſſet in culpa, ſimiliter agere nõ poſſet:vt.ſ.de neg.geſt.ſi. ue hereditatia.ſed contra eſt,quia ſatis in culpa ſua punitur:illi ecõtra,licet fuerint in culpa,noxaliter cõtra iſtũ agunt.ſecus ſi in dolo: vt.ȷ.de fur. eum qui.§. idem ſcribit.verſic. idẽ Pomponius.

b *Pro cuiuſque parte.* imò inſolidum:vt.ſ.e. ſi vt certo.in fi.quæ eſt contra.Sol.vt ibi.Acc.

c *Poſſunt.* noxaliter.

d *Quando.* pro quandoquidẽ.i.quia.Azo.

e *A ſeruo meo.* culpa tua præcedẽte.alias tua nõ intereſt.& ſic in cõmodato vtriuſq; gratia dicit.& facit ad.l.ȷ. pro ſocio.l. cum duobus.§.damna.&.ȷ.loc. & conduc.l.videamus. in fin.Accurſius.

f *SI ſeruus. Cum ſciens.* facit.ȷ.tit.j.l.ſi ſeruus.&.ȷ.mã.inter cauſas.§.nõ omnia.verſic. ſed cũ ſeruus.&.ȷ.loc. ſi tibi domũ.§.j.Acc.

g *SI commodauero. Commodati.* vt.ſ.e.l.eũ. j.reſpon.Accurſius.

h *Non potuit.* & ſic tenetur contraria: vt. ſ. ad.l.Aquil.ſi ſeruus ſeruum.§.penul.

* In vulg. Si ſeruus me*.

l. eum qui. ſ.eod l 5 § 8. ſ. eod. Harmenop.libr. 6.tit.14.

In exercitu contubernalibus vaſa vtenda cõmuni periculo dedi: ac deinde meus ſeruus ſubreptis[a] his ad hoſtes profugit,& poſtea ſine vaſis receptus eſt. Habiturũ me cõmodati actionẽ cum cõtubernalibus cõſtat pro cuiuſq;[b] parte. Sed & illi mecũ furti ſerui nomine agere poſſunt:[c] quãdo[d] & noxa caput ſequitur. Et ſi tibi rẽ periculo tuo vtẽdã cõmodauero, eaq; à ſeruo meo[e] ſubripiatur, agere mecũ furti poſſis ſerui nomine.

De furto facto per ſeruum commodatum, cõmodans tenetur noxaliter tantùm, ſi fuit ignorãs: ſed ſi ſciens, tenetur in ſolidum. Paul. de Caſtro.

XXII. PAVLVS *libro vicenſimoſecundo ad Edictum.*

SI ſeruus* quem tibi cõmodauerim, furtum fecerit, vtrũ ſufficiat cõtraria commodati actio, quemadmodum competit ſi quid in curationem ſerui impẽdiſti, an furti agendũ ſit, quæritur. Et furti quidem noxalem habere qui cõmodatum rogauit, procul dubio eſt. contraria autẽ cõmodati tunc eum teneri, cum ſciẽs[f] talem eſſe ſeruum, ignoranti commodauit.

Si re vtatur commodatarius ad eum vſum ad quẽ cõmodata eſt, & pereat ſine culpa cõmodatarii, commodatarius nõ tenetur. Bart.

XXIII. POMPONIVS *libro vicenſimoprimo ad Q. Mucium.*

SI commodauero tibi equum, quo vtereris vſque ad certum locum, ſi nulla culpa tua interueniente in ipſo itinere deterior equus factus ſit, non teneberis cõmodati.[g] nã ego in culpa ero, qui in tam lõgum iter cõmodaui, qui eũ laborẽ ſuſtinere non potuit.[h]

DE PIGNERA-
ticia actione.

*Quæ eſt in perſonam:vt.C.de diſtrac.pig.l.ſi. Azo.& datur debitori ſoluto debito, vel aliàs ſatisfacto:vt.ȷ.eo.ſi rem.§.omnis. Accurſius.*

*De pignore etiam non eſt condictio.ſi directò agatur,niſi quid dolo admiſſum ſit,ſed ſi contrario iudicio agatur,concurrit ſane cũ eo condictio. Pignus eſt conuentio qua quid ſupponitur vel deponitur propter alterius obligationis fidem & adimplendæ rei debitæ vinculum. Quæ verò de pignore dato recuperando domino,id eſt debitori redditur actio ſoluta omni pecunia, directa eſt actio, Quæ creditori,cõtraria,ſi forte neceſſarias impenſas fecerit in rẽ pigneratã,vel ſi debitor rẽ alienã dederit pignori vel ex alia iuſta cauſa.Cu.*

PIgnus contrahitur.] CASVS. Primò dicit qualiter pignus cõtrahitur, & dicit quòd pignus non ſolum contrahitur ſi traditio rei pignoratæ interueniat, ſed ſiue traditio ſiue conſenſus interueniat:vtputa mutuaſti mihi quãdam ſummam pecuniæ:& tibi oſtendi aurum quod volui tibi obligare pro illa pecunia:& conſenſimus quòd illud aurũ eſſet pignori obligatũ: quæritur an ſit obligatum, licèt loco auri re neſciente æs ſuppoſuerim?Et dicit quòd ſic.Sed ſi oſtẽdi tibi æs, & credebas æs eſſe aurum,& accepiſti illud ac ſi eſſet aurum:dicit quòd ſi conſenſimus in corpore.i.in maſſa:quod corpus erit pignori obligatum: ſed ſi ſit æs,habebis contra me actio.pigno.quia deceptus es:nihilo minus accuſabis me crimine ſtellionatus.Viuianus.

i *Pignus.* i.obligatio pignoris.ſic ponitur.C.quæ res pign.obli. poſſ.l.cum conſtet.Item not. quòd impropriè ponitur pignus, quãdo nõ traditur creditori:vt inſtit.de actio.§.item Seruiana.

k *Traditione.* innuit quòd ſola traditione etiam ſine cõſenſu fiat obligatio pignoris,ſed falſum eſt.dic ergo traditione,ſcilicet interueniente conſenſu.

l *Traditum eſt.* vt &.ſ.de pac.ſi tibi.§.de pignore.& infra de vſuca.l.iuſto.§.non mutat.&.ȷ.de pig.l.contrahitur.&.ȷ.de fid. inſtru. in re hypothecæ.

DE PIGNERATICIA
actione, vel contra.
TITVLVS VII.

Pignus nudo conſenſu contrahitur etiam ſi alia res tradatur, & error in materia pignoris cõſtitutionem non impedit. h.d. Primò præmittit vnum dictũ. Secũdò ex eo infert ad ſolutionem quæſtionis. Tertiò format aliã quæſtionẽ, & ſoluit. Secũda ibi, ſi igitur. Tertia ibi, ſi quis tamen. Bartolus.

I. VLPIANVS *libro quadragenſimo ad Sabinum.*

PIgnus[i] contrahitur nõ ſola traditione,[k] ſed etiã nuda conuentione, & ſi non traditum eſt.[l] Si igitur contractũ ſit[m] pignus nuda conuentione: videamus an ſi quis aurum oſtẽderit quaſi pignori daturus,[n] & æs dederit, obligauerit aurum pignori. Et conſequens eſt vt aurum obligetur, non autẽ æs: quia in hoc non cõſenſerint. Si quis tamen cum æs pignori daret, adfirmauit hoc aurũ eſſe, & ita pignori dederit,[o] videndum erit an æs pignori obligauerit: & nũquid quia in corpus conſenſum eſt, pignori eſſe videatur. quod magis eſt.[p] tenebitur tamen pigneraticia contraria actione qui dedit, præter ſtellionatum[q] quem fecit.

Secũdus creditor ex cõuẽtione debitoris nõ poteſt in ius creditoris ſuccedere poſt pign⁹ vẽditũ. B.

II. POMPONIVS *libro ſexto ad Sabinum.*

Et no. quòd in hoc differt à prætorio, quòd ſine poſſeſſione nõ fit, vt.ȷ.eo.l.non eſt.Item differt in alio, quia ſi in conuentionali malè verſatur creditor, tenetur pigneraticia debitori, ſed in illo tenetur actione in factum: vt infra de bo. auct. iudi. poſ.l.prætor.in princi. Item in alio, quia in cõuẽtionali pignore habet creditor naturalẽ & ciuilem poſſeſſionẽ: vt infra de acquir.poſ. l.qui pignoris.& de vſucap. l. ſerui nomine. quamuis quidã dicant quòd ſolam detentationem habeat, in prætorio autem nullã habet poſſeſſionem:vt.ȷ. vti poſ.l.iiij.§.creditores. Item in cõuẽtionali, de dolo & lata culpa & leui tenetur: in alio, de ſolo dolo: vt infra de bo.auct.iu.poſſ. prætor.§. eſt præterea. Itẽ ſi debitor dederit damnum in pignore, creditor agit contraria pigneraticia: vt infra de pig.ſeruum. ſed ſecus fortè in prætorio. Item prætorium creditori addictum, pro toto debito datum præſumitur, vt infra de re iudic.l. à diuo.§. ſi pignora. non ſic in conuẽtionali: vt.C.de iur. do.impe.l.fina.§. ſed ſi quid. Item in conuentionali agit creditor vti poſſi. in prætorio ſecus: vt.d.l. ſi duo. infra vti poſſi. §. creditores.

Pignus prætoriũ & cõuẽtionale in multis differunt.

m *Contractum ſit.* id eſt contrahi poteſt:vt dicit.

n *Daturus.* ecce conſenſus.

o *Dederit.* tunc, vel poſtea.

p *Quod magis eſt.* vt æs ſit pignori, vt hic, & infra de verb. obliga. ſi id quod. Sed cur ſecus in venditione: vt.ȷ.de contrahen. emp. quid tamen. in fi? Reſpon. quia aliter nulla omnino eſſet pignoris obligatio. ſi enim obligo tibi.c.marchas in genere, vel hominẽ, nõ tenet: quia non poteſt oſtendi corpus in quo ſit: & cũ ius velit cõſtituere creditori in certa re, quod eſſe nõ poteſt in certa re obligata. at venditio eſt etiam ſi res nulla certa ſit: & ideo nõ fuit neceſſe dicere quòd in ære ſtaret vẽditio. vel hoc & illud fauore decepti dictum eſt: quod primæ ſolutioni eſt vicinum, ſecundum Azo. valebit ergò vel nõ valebit, prout vult deceptus.

q *Stellionatũ.* de quo extra ordinẽ punitur qui ſciens dedit, non ignorãs: vt.ȷ.e.l.tutor.§.fi.&.l.ſi quis in pignore. & de cri.ſtel.l. pe. Et not. quòd hæc dictio præter, ponitur hîc incluſiuẽ, ac ſi diceret do tibi domũ & vineam, & præterea pratũ: nõ excludo vt pratũ nõ dem, ſed vt omnia habeas dico. q.d. illa tibi dedi cõiũctim. hoc autem ſeparatim & ſingulariter & ſine illis tibi trado. ecce iſtud ſine, tantundem facit quantum præter. certè nil aliud excludit niſi coniunctionem, non traditionem. ſed aliter quandoq; ponitur: vt.ȷ.de diuor.& repud.l.nullum. ſecundum Azo.

SI debitor.] CASVS. Obligaui tibi rem aliquã pro.x.eandẽ rem poſtea vẽdidi, deinde ab alio creditore accepi.x.& tibi ſolui,

& idem pignus ſecundo creditori obligaui quod vendideram, & tradidi. Dicit quòd nõ tenet obligatio, quia res aliena pignori obligari non poteſt: neque obſtat, quia pignus pecu. ſecundi creditoris fuit liberatum. A

a *Pignori datam.* ſcilicet Bombello.
b *Tradidit.* debitor. Accurſius.
c *Túque.* fœnerator ſecundus qui poſt primã obligationem & rei alienationem à debitore factam credidiſti.
d *Creditori.* ſcilicet Bõbello.
e *Alienam.* ſtatim iam factam: vt infra de in diem addic. quod autẽ. §. item quod Sabinus. in princi.
f *Pertinuiſſe.* in caſu ꝓpoſito: pertinere tamẽ poſſet ſi conuenires cũ creditore vt in locum eius ſuccederes: vt. C. de his qui in prio. cre. lo. ſuc. l. j. ij. & iij.
g *SI quaſi. Comminus.* i. ad manus vel inconti nenti. & ſic nulla fuit habita fides de debito, nec ſatisfactum, aliàs pignus eſſet liberatũ: vt. ꝫ. eo. ſi rem. §. omnis. & inſti. de rerũ di. §. venditæ.
h *Excepturo.* id eſt recepturo.
i *Furti.* hoc caſu etiã ſuę rei furtũ fit: vt hîc &. ꝫ. de fur. itaq;. & inſti. de oblig. quæ ex deli. §. interdum. & facit ad. l. ꝫ. in qui. cau. pign. ta. con. l. pen. in fi.
k *Te.* ſ. creditorem.
l *Quam.* ſ. fraudẽ. aliàs per quæ. ſ. dolum & fraudem.
m *SI conuenerit. Incipit.* vt inſti. qui. ali. li. §. j. & ꝫ. de acqu. re. do. l. nõ eſt nouum. &. C. ſi antiqui. cre. l. ij.
n *Liceat.* nulla denuntiatione facta olim. hodie contra: vt. C. de iure do. impe. l. fi. §. j. Itẽ no. hîc quòd omnia licent niſi cõtra agatur: vt &. ꝫ. ex qui. cau. ma. l. necnon. §. quod eis. & de iudi. l. ſolemus.
o *Obligatur.* vt &. ꝫ. de fur. ſi is qui pignori.
p *Niſi ei.* ſcilicet debitori, &c. vt ſubiicit. Sed hæc denuntiatio nunquid vna vice fiat,

Rei ſuæ quã doq; ue furtũ fit.

† Hic eſt caſus ſingu. ſecũdum Bar. quod vbi cõuentũ eſt de non vendendo pignore: poteſt vendi trina denuntiatione præmiſſa.

SI debitor rem pignori datam [a] vendidit & tradidit, [b] túque [c] ei nũmos credidiſti, quos ille ſoluit ei creditori [d] cui pignus dederat, tibiq; cum eo conuenit vt ea res quam iam vendiderat, pignori tibi eſſet, nihil te egiſſe conſtat, quia rem alienam [e] pignori acceperis. ea enim ratione emptorem pignus liberatum habere cœpiſſe: B neque ad rem pertinuiſſe, [f] quòd tua pecunia pignus ſit liberatum.

Non videtur habere fidem de pretio quod ſtatim quis recepturum ſe putat. Bartolus.

III. IDEM *libro octauodecimo ad Sabinum.*

SI quaſi recepturus à debitore tuo comminus [g] pecuniã, reddidiſti ei pignus, íſque per feneſtram id miſit excepturo [h] eo quẽ de induſtria ad id poſuerat, Labeo ait, te furti [i] agere cum debitore poſſe, & ad exhibẽdum: & ſi C agente te [k] contraria pigneraticia excipiat debitor de pignore ſibi reddito, replicabitur de dolo, & fraude per quã [l] nec redditũ ſed per fallaciã oblatũ id intellegitur.

Pignus poteſt vendi ſi eſt actum, vel nihil eſt dictum: ſed ſi agatur quòd non vendatur, trina denuntiatione præmiſſa vendi poteſt. aliàs ſecus. Bartolus.

XIII. VLPIANVS *libro quadrageſimoprimo ad Sabinum.*

SI conuenit † de diſtrahendo D pignore ſiue ab initio ſiue poſtea, non tantùm venditio valet, verùm incipit [m] emptor dominiũ rei habere. Sed & ſi non cõuenerit de diſtrahẽdo pignore, hoc tamen iure vtimur, vt liceat diſtrahere: ſi modò non conuenit ne liceat. [n] Vbi verò cõuenit ne diſtraheretur, creditor ſi diſtraxerit, furti obligatur, [o] niſi [p] ei ter fuerit denũtiatũ vt ſoluat, & ceſſauerit.

V. POMPONIVS *libro nonodecimo ad Sabinum.*

IDémque iuris eſt [q] ſiue omnino fuerint pacti ne veneat, ſiue E

ſolue ſolue ſolue? Reſpõ. non, ſed triduum inter quamlibet debet eſſe: ſicut in citatione accuſati abſentis: vt infra de publi. iudi. inter accuſatorem. Sed nunquid poſt hanc debet biennium currere? Reſpon. lege non cauetur, ſed tunc currit quando nihil conuenit: vt. C. de iur. do. impe. l. fi. §. j. multo magis & hîc expectari debet vbi conuenit vt non liceat vendere. Sed à quo tempore currit hoc biennium? Reſpond. ſi eſt liquidum, à tempore denuntiationis. ſi non eſt liquidum, à tempore ſententiæ: vt. d. l. C. de iur. do. impe. Item quomodo non poteſt ſibi creditor per pactum præiudicare: vt. C. de pac. ſi quis in conſcribendo. quæ eſt contra? Solu. hîc ſpeciale, propter publicam vtilitatem. nam cum ſibi nullam afferret vtilitatem habere pignus, euenitet ſæpiſſimè vt creditores mutua denegarent. Quidam tamen dicunt quòd hæc denuntiatio tantum à furto excuſat. Accurſius.

q *Idémque iuris eſt.* ſcilicet vt teneatur furti ſi non denuntiauerit, & non ſeruauerit pacta infra ſcripta. Vel dic, idem iuris, ſcilicet vt poſſit fieri venditio etiam contra pacta huiuſmodi, ſi modò fiat denũtiatio. Sed quid eſt quod dicitur. C. de iur. do. impe. l. fina. §. j. vbi dicit pactionem de tempore & de loco ſeruãdã? Reſpond. illud verum eſt quãdo conuenit vt fieret venditio. hîc autem quando conuenit vt non fieret hoc vel illo modo. Vel dic ꝙ eſt ſeruandum niſi ter fuerit denuntiatum: vt ꝫ. l. proxi. in fi.
r *Summa.* id eſt pretio.
ſ *Conditione.* ſ. in tempore. Accurſius.
t *QVamuis. Nihilo magis.* id eſt nõ ideo magis.
u *Caueatur.* vnde in læſionem tuam torqueri nõ debet: vt. C. de leg. & con. l. quod fauore. Accurſius.
x *Quàm poſtea.* q. d. videtur compelli hoc caſu, ſed melius eſt quod ſubiicitur.
y *Eum.* ſcilicet debitorem.
z *Pigneratam.* ſcilicet volenti emere.
a *Si mobilis.* ſi immobilis, ipſa ſe exhibet: vt C. quãdo & qui. quar. pars de. l. ij. §. ſed vbi. Azo.
b *Idonea.* quæ eſt cum fideiuſſore vel pignore, vt infra manda. l. ſi mandato Titij. §. fina. aliàs cautio ſimpliciter dicta nudam cautionem ſignificat: vt Co. de verborum ſignific. l. iij.
c *Inhumanum eſt.* vt & infra de re iudic. l. à diuo. §. quòd ſi res. quandoq; tamen quis compellitur vendere. vt nota. infra de actio. emp. Iulianus. §. idem Celſus.
d *Oportet.* idem & in mandato: vt infra mãda. l. idémque. § ſi procurator. verſic. quòd ſi non exercuit.
e *Depoſitam.* præcedẽte oblatione: aliàs non: vt Cod. de vſur. l. ij. quæ eſt contra, vbi dicitur emptorem re ſibi tradita ad vſuras teneri: licèt depoſuerit pretium. Vel melius ibi emptor fruitur re: vnde æquum eſt eũ præſtare vſuras: vt. ꝫ. de act. emp. Iulianus. §. ex vendito. Ac.

* Coniunge l. 3. de lege commiſſo.

in ſumma, [r] aut conditione, [ſ] aut loco contra pactionem factũ ſit.

Creditor non poteſt vendere pignus, ſed cogitur venditori oſtendere vel debitori vt vendatur ſi ſibi idoneè caueatur. Bart.

VI. IDEM *libro trigenſimoquinto ad Sabinum.*

QVamuis [t] conuenerit vt fundum pigneraticium vendere tibi liceret, nihilo magis [t] cogendus es vendere, licèt ſoluendo non ſit is qui pignus dederit: quia tua cauſa id caueatur. [u] Sed Atilicinus ex cauſa cogendum creditorem eſſe ad vendendum dicit. quid enim ſi multo minus ſit quod debeatur, & hodie pluris venire poſſit pignus, quàm poſtea? [x] Melius autem eſt dici, eum [y] qui dederit pignus, poſſe vendere, & accepta pecunia ſoluere id quod debeatur: ita tamen, vt creditor neceſſitatem habeat oſtendere rem pigneratã, [z] ſi mobilis [a] ſit: prius idonea [b] cautela à debitore pro indemnitate ei præſtanda. Inuitum enim creditorẽ cogi vendere, ſatis inhumanum eſt. [c]

Creditor qui pignus vendidit, cogitur reſtituere ſuperfluũ pretij per hanc actionem: & etiã vſuras in tribus caſibus hîc contentis. h. d. cum. l. ſequen. Paul.

Si creditor pluris fundũ pigneratum vendiderit, ſi id fœneret, vſuram eius pecuniæ præſtare debet ei qui dederit pignus. Sed & ſi ipſe vſus ſit ea pecunia, vſurã præſtari oportet. [d] quòd ſi eam depoſitã [e] habuerit, vſuras non debet.

VII. PAVLVS *libro ſecundo Sententiarum.*

SI autem tardius ſuperfluũ reſtituat creditor id quod apud eum depoſitum eſt, ex mora etiã vſuras debitori hoc nomine præſtare cogendus eſt.

Expẽſæ factę in re pignerata, cõtraria pigneraticia repetũtur. Bar.

VIII. POMPONIVS *libro trigenſimoquinto ad Sabinum.*

*SI neceſſarias.* ] CASVS vſq; ad. §. ſi annua. eſt planꝰ. [SI ANNVA.] Mutuaui tibi pecuniã, & cõueniſti hanc pecuniã ſoluere trib. terminis. puta intra trieniũ, & vna pars mihi prima die primi anni ſoluẽda fuit, ſecũda pars ſecũda die ſecũdi anni. iij. pars prima die. iij. an. poſtea adieci tale pactũ, vt ſi iſta pecunia ſua quaq; die ſoluta nõ eſſet, liceret pignus mihi vẽdere. Poſtea. j. anno elapſo nil ſoluitur. quęritur an liceat mihi ſtatĩ pignꝰ vẽdere? Et dicit ꝙ nõ, anteq̃ enim totũ tẽpus fuerit elapſum, non vendã. Sed pone quòd

quòd tale pactū adieci.ſ.vt liceret mihi vendere ſi qua pecunia ſua die ſoluta nō eſſet.dicit in prima ceſſatione potero vendere. [DE VENDENDO.]Mutuaui Titio decē ſub pignore. cōuenit vt niſi pecunia ſua die eſſet ſoluta,ꝙ pignus diſtraheretur.Dic ꝙ illud pactum nō eſt perſonale,ſed reale.vnde ad quemcunq; deuenit pignus, poterit vendere.ſi autē pactus ſum ſoli creditori vendere licere, dicitur ꝙ heredi meo iure pacti vendere licebit. Cætera ſunt plana vſque ad §.ſolutam.in.l. ſolutū. Viuianus.

a *Si neceſſarias.* quibus non factis res erat peritura, vel deterior futura:vt.ꝟ.de verbo. ſigni.l.impenſæ.

b *Pecuniam.*etiam mo dicam,licèt in commo dato ſit ſecus,quia gratia accipiētis conceditur ad vſum: vt.ſ.tit.j. in rebus.§. poſſunt. & §. ſed & id quod. Sed quid de cibariis?Reſp. fortè repeto ſecūdum quoſdā, quia huius legis initium eſt generale:ar.ꝟ.de iu.&fac.ign. l.pen.§.& licet.

c *Retinere.* ſimilis retentio eſt.ſ.de condic. inde.ſi non ſortem.§.ſi centum. Itē ſimilis cautio huic de qua hîc ſubiicit,eſt.ꝟ.ſolu.ma. l.cum mulier. &.ſ. famil.ercíſc.l.heredes. §. idem iuris eſt.verſi.idē obſeruatur.ſed cū creditor cauere nō habuerit neceſſe, quare conuertit in alienā iniuriā ſuam negligentiā?Reſpon.aliter vendere nō poteſt, ſecundum Ioā. Vel dic, ſic erat cōſuetudo: vel plus propter hoc vēdidit:quibus caſib. de euictione promittere debet.aliàs nō: vt.ꝟ.eo.ſi pignore.§.ſi. &.l. ſequē. vel etiam ſi non fuit aliquis caſus de prædictis, habet tamen retētionem cum debitor tenebatur ad idem: vt.ꝟ.de diſtract. pig.l.reſcriptum.

*hered. debitoris.

*Id eſt anno biennio, triennio ſoluendū ſtipulatus. Vide Lauren. Vallam lib.4. Elegan.

d *Tota.*vt.C.de diſtra. pign.quamdiu.ſic ecōtra.ꝟ.eodem.ſolutum.§.ſi creditori. Accurſius.

e *Si annua.*i.vna.x.primo anno:alia ſecūdo anno, & alia tertio. ſic ponitur.ꝟ.de contrahen.empt.l.ſed Celſus.§.j.

f *Soluta.*ſcilicet tota.Azo.

g *His verbis.*id eſt verbo pecuniæ indefinitè prolato . item illis verbis,ſua quaque die. q.d. niſi omnibus terminis ſoluatur, pignus vendam.nam hoc nomen quiſque, ſignum eſt vniuerſale. fuit enim hæc mens,vt licèt in primo termino ceſſaretur,nō tamē venderetur,ſed expectaretur an aliis terminis prædicta portio pecuniæ,vel totū quod deeſt,ſoluatur. ſicut ergo omnes termini non ſingulariter ſinguli continentur,ita & omniū partium tēpora expectantur:& tunc ſi in aliquo fuerit ceſſatum,ſiet venditio.Azo.& facit ad hoc inſtitu.de verb.obligat.§.omnis.verſi. in diem.ſic ergo indefinita æquipollet vniuerſali:vt &.ꝟ.de leg. ij.ſi pluribus.in prin.Accurſius.

h *Demonſtrarentur.*q.d.niſi in fine omnium terminorū inueniatur pecunia ſoluta,liceret vendi pignus.

A

SI neceſſarias [a] impenſas fecerim in ſeruum aut in fundum quem pignoris cauſa acceperim, nō tantū retentionē,ſed etiā contrariā pigneraticiā actionē habebo.Finge enim medicis, cū ægrotaret ſeru⁹,dediſſe me pecuniā, [b] & eū deceſſiſſe. Itē inſulā fulſiſſe vel refeciſſe, & poſtea deuſtā eſſe, nec habere quod poſsē retinere.

B

Si creditor vendit,& de euictione promiſit, ei debet à debitore de indemnitate caueri.Barto.

Si pignori plura mancipia data ſint, & quædam certis pretiis ita vēdiderit creditor, vt euictionem eorum præſtaret,& creditū ſuum habeat,reliqua mācipia poteſt retinere [c] donec ei caueatur, quòd euictionis nomine promiſerit, indemnem eum futurum.

Si ceſſatur in ſolutione partis, venditur totum.Bartolus.

C

Si vnus ex heredibus †portionē ſuā ſoluerit,tamē tota [d] res pignori data venire poterit:queadmodū ſi ipſe debitor portionē ſoluiſſet.

Vniuerſalis negatiua nō poteſt dici falſa antequam in quolibet particulari ſit poſſibile. Item oratio vniuerſalis ſi in vno eſt falſa,in toto dicitur falſa. Item oratio diſtributiua verificatur in quolibet particulari diſtributorum. Itē indefinita æquipollet vniuerſali. B.

D

Si annua [e] *bima trima die triginta ſtipulatus,acceperim pign⁹, pactuſque ſim vt niſi ſua quaque die pecunia ſoluta [f] eſſet,vendere eam mihi liceret,placet, antequā omnium penſionum dies veniret, non poſſe me pignus vēdere:quia eis verbis [g] omnes penſiones demonſtrarentur: [h] nec verū eſt, [i] ſua quaque die non ſolutam [k] pecuniā , antequam omnes dies venirent. Sed omnibus penſionibus præteritis, etiam ſi vna portio ſoluta non ſit, pignus poteſt venire. Sed ſi ita ſcriptum ſit:*Si qua pecunia ſua* [l] *die ſoluta non erit*: ſtatim competit ei pacti conuentio.

Pactum de vendendo,in dubio non intelligitur perſonale.Bart.

De vendendo pignore [m] in rem pactio concipienda eſt, vt omnes contineantur. Sed & ſi creditoris duntaxat perſona fuerit comprehenſa,etiā heres eius iure vendet, ſi nihil in contrarium actum eſt.

Pignus poteſt vendi propter debitum,& alias acceſſiones.

Cum pignus ex pactione venire poteſt, nō ſolùm ob ſortem nō ſolutam venire poterit,ſed ob cætera quoq;,veluti vſuras, [n] & quæ in id impenſa ſunt.

Creditori decepto, per contrariam pigneraticiā ſuccurritur cōtra debitorem.Bartolus.

IX. VLPIANVS *libro viceſimooctauo ad Edictum.*

SI rem alienam mihi debitor pignori dedit, aut malitioſè [o] in pignore verſatus ſit, dicendum eſt locum habere contrarium iudicium.

Pro omni obligatione poteſt dari pignus.Bartolus.

Non tantùm autem ob pecuniam,ſed & ob aliam cauſam [p] pignus dari poteſt: veluti ſi quis pignus alicui dederit vt pro ſe fideiubeat.Propriè †pignus dicimus, quod ad creditorem trāſit: hypothecam,cum nō tranſit [q] nec poſſeſſio ad creditorem.

Pigneraticia directa cōtrahitur cum eſt creditori ſoluta pecunia, vel aliter ſatisfactum.Bart.

Omnis pecunia exſoluta eſſe debet,aut eo nomine ſatisfactum eſſe, vt naſcatur pigneraticia actio. [r] Satisfactū autē accipimus, quemadmodum voluit creditor, licèt non ſit ſolutum. Siue *aliis

*Siue enim alius.

i *Nec verum eſt.*ſcilicet incommutabiliter:vt infra de verb. obli. quicquid.§.ſi ſtipulatus.Azo.

k *Non ſolutam.*ſcilicet totam.

l *Die ſua.*hæc enim particularis particulariter ſignificatas portiones & terminos denotat. Azo. ſic & infra de condit. & demon.falſa.§.fina.

m *De vendendo pignore.* id eſt vt creditor poſſit vēdere. de aliis autem nihil fuit dictum.cum enim pactum dirigatur in perſonam, non eſt ideo vt ſit perſonale,ſed vt demonſtretur perſona cū qua ſit: vt &.ſ.de pact. iuriſgentium. §. pactorū. &.ꝟ. de proba.ſi pactum.& infra de ann.lega.l.annua.§.fina.& ſupra de pac.l.tale.in prin.&.ꝟ. de ali.& ciba.leg.l.alimenta.j.reſpon.

n *Vſuras.*cum pro his fuerat obligatum : vt ꝟ.eod.ſolutum. §. ſi in ſortem.

o *Si rem. Malitioſè.* vt S dādo pign⁹ quod ſciebat ſe obligare nō poſſe, quia vetita erat obligatio à teſtatore: vt infra de lega.iij. pater.§.fundum Titianū à filio. Azo. vel quia ſcienter obligauit ſeruum furem. Ioā.vt infra eo.ſi ſeruus.

p *Cauſam.*honeſtā.nō turpem:vt diximus.C. de condic. ob tur.cau. l.cum te.ꝟ.eod.ſolutū. §.ſiue autem.

q *Non tranſit.*maximè ſi eſt mobile, quaſi à pugno: vt.ꝟ.de verbo. ſignifi.plebs.§.pignus. ſed quantum ad actionem hypothecariā nul la eſt differentia : vt.ꝟ. de pignor.l. res hypothecæ.§.penul.& inſti. de act. §. item Seruiana. quæ ſunt contra. Accur. ADDITIO. Dic ſecundum Bar.hîc * quòd quantū ad actionem hypothecariā nul la eſt differentia inter pignus & hypothecā: vt ibi,ſed quantum ad pigneraticiam directā eſt differentia:quia illa

† Quod ad actionē hypothecariā attinet, nominis tanū ſonus ītereſt l. res hypothecæ.de pignori §.item Seruiana. de actio. inſtit. Vide Vallā li.elegā.6.

E

contrahitur re:vt inſti.qui.mo.re contra.oblig.in ſi.ideo niſi ad creditorem tranſeat poſſeſſio vel detentatio, nō haberet locum pigneraticia,ſecundum Bart.

r *Pigneraticia actio.*ſ.debitori:vt.ſ.ſi certum peta.l.ſi quis nec. §. res.&.ꝟ.de iur.do.quę fundum.hoc tamen fallit in caſibus:vt.ꝟ. eo.ſolutum.§.ſi quaſi.&.l.elegāter.in ſi.&.l.ſi.in ſi.j.reſpon. ibi, operam autem &c. quando etiam ſoluta pecunia non naſcitur: vt.ꝟ.eo.l.aliena.§.ſin.Item not.quòd ex eo quod dicit,naſcitur, patet quòd antea nata non fuerit,nec tamen ex ſolutione naſcitur:ſed ex cōtractu dudum inito hodie naſcitur actio,ſicut & in mutuo quod ex conſumptione reconciliatur:vt.ꝟ.de fideiuſſ. ſi quis pro eo.§.ſi nummos.& in actione tutelæ,quæ demum finita tutela naſcitur,ſed ex geſtione prius male facta : vt.ꝟ.de tute. & ra.diſtra.ſi tutor.ij.in ſi.&.l.ſeq.& ſic in mandato iuriſdictionis:vt.ſ.de offi.procon.l.obſeruare.§.ſin.Itē in actione ex ſtipulatu pro dote.nec enim naſcitur niſi ſoluto matrimonio, nō tamē ex ſolutione matrimonij:vt.C.de repu.l.j.&.ꝟ.de bo.dā.ſed

pignoribus[a] ſibi caueri voluit, vt ab hoc recedat, ſiue fideiuſſorib⁹, ſiue reo[b] dato, ſiue pretio aliquo, vel nuda cõuentione, naſcitur pigneraticia actio. Et generaliter dicendũ erit, quotiens recedere voluit creditor à pignore, videri ei ſatisfactum:[c] ſi vt ipſe voluit, ſibi cauit: licèt in hoc deceptus[d] ſit.

Pro re aliena pignerata poteſt agi pigneraticia. Bartolus.

Is quoque qui rem alienam pignori dedit, ſoluta pecunia poteſt pigneraticia experiri.[e]

Quando ius intentatum ſuperuenit pendente iudicio: ex cauſa de præterito poteſt ſequi cõdemnatio. Bartolus.

Qui ante ſolutionem† egit pigneraticia: licèt non rectè[f] egit, tamen ſi offerat in iudicio[g] pecuniam, debet rem pigneratam, & quod ſua intereſt, conſequi.

X. GAIVS *libro nono ad Edictum Prouinciale.*

QVod ſi non ſoluere, ſed alia ratione ſatisfacere paratus eſt, fortè ſi expromiſſorem dare vult, nihil ei prodeſt.[h]

Nouatio neceſſaria non perimit pignus: ſecus in voluntaria, niſi contrarium actum ſit. Bart.

XI. VLPIANVS *libro vicenſimooctauo ad Edictum.*

SOlutum non videtur, ſi lis cõteſtata cum debitore ſit de ipſo debito,[i] vel ſi fideiuſſor conuentus fuerit. Nouata[k] autẽ debiti obligatio pignus perimit: niſi conuenit[l] vt pignus repetatur.[m]

Pigneraticia poteſt agi, ſi principalis obligatio non proficiſcitur, vel ſi profecta tollatur acceptilatione, vel pacto. Bart.

Si quaſi daturus tibi pecuniam, pignus accepero, nec dedero, pigneraticia actione tenebor, & nulla ſolutione[n] facta. Idémque & ſi accepto lata ſit pecunia, vel conditio defecerit, ob quam pignus cõtractum eſt: vel ſi pactum cui ſtandum eſt, de pecunia non petenda factum eſt.[o]

Pigneraticia poteſt agi, ſi id eſt ſolutum, pro qua tantum fuit pignus obligatum. Bart.

Si in ſortem duntaxat,* vel in vſuras obſtrictum eſt pignus: eo ſoluto propter quod obligatũ eſt, locum habet pigneraticia.[p] Siue B autem vſuræ in ſtipulatũ ſint deductæ, ſiue non:[q] ſi tamen pignus & in eas obligatum fuit, quamdiu quid ex his debetur, pigneraticia ceſſabit. alia cauſa eſt earum quas quis ſupra licitum modum promiſit. nã hæ penitus[r] illicitę ſunt.

Niſi omnibus heredibus ſatisfiat, poterit pignus vendi.

Si creditori plures heredes extiterint, & vni ex his pars eius ſoluatur, non debent cæteri heredes creditoris iniuria adfici: ſed poſ- C ſunt totum fundum vendere oblato debitori, eo quod coheredi eorum ſoluit. Quæ ſententia non eſt ſine ratione.[ſ]

Pigneraticia naſcitur ſi ſoluatur creditori, vel alteri pro eo legitimè recipienti: vel creditori creditoris. Item inuecta & illata per ſecundum conductorem tenentur pro penſione ipſius ſecundæ conductionis tantummodo, & nõ vltra. h.d. Primò ponit vnũ dictum. Secundò ex illo infert ad determinationẽ vnius quæſtionis. Tertiò D format quæſtionem circa præcedentia. Quartò reſpon. cuidã tacitæ obiectioni. Secunda ibi, vnde ſi domum. Tertia ibi, planè. Quarta ibi, videtur autẽ. in qua reſpondet tacitæ obiectioni. nam per liberã perſonã non quæritur nobis actio pignoris ſeu obligatio. ergo domino locanti nõ poteſt quæri per cõductionem factã à primo conductore: ad quod reſpõ. quòd iſta conuentio tacitè videtur facta cũ primo domino. & ſic ipſi nõ quæritur ex contractu facto cũ primo E conductore: ſed ex conuentione ſua propria tacitè facta. Bart.

ſi alia. niſi vergat ad inopiã: vt. ĵ. ſolu. ma. l. hæc actio. Sed quidã dicũt ꝙ in prędictis caſib. naſcũtur prius, ſed intẽtari nõ poſsũt: A & pro eis eſt. ĵ. de fur. ſerui & filij. in princi. an ergo præſcriptio prius currat cõtra pigneraticiã actionẽ quã naſcatur? Reſp. non: vt. C. de anna. exce. l. j. in fi. ſed ius offerẽdi pecuniã poſſet tolli: arg. C. de fide inſtru. l. plures apochis. &. C. de prę́ſcrip. xxx. vel. xl. an. l. cũ notiſſimi. §. eodẽ iure. &. ĵ. de dã. infe. ſi finita. §. poſtea autẽ.

a *Pignoribus*. vt. ĵ. qui. mo. pig. vel hypot. ſol. l. itẽ liberatur. in prin.

b *Reo*. i. alio qui recipiet in ſe obligationẽ animo liberãdi pign⁹.

c *Satisfactum*. ſic & in venditore: vt. ĵ. de cõtrahen. emp. l. vt res.

d *Deceptus*. ſ. ſui facilitate. ſecus ſi dolo alterius: vt. ſ̃. e. ſi quaſi. volenti enim dolus non infertur: vt. ĵ. de actio. emp. l. j. in fi.

e *Experiri*. & ſi creditor vẽdat pignus tale, liberatur debitor: vt. ĵ. de diſt. pig. l. reſcriptũ.

f *Non rectè egerit*. i. nullo modo agere potuerit. non autẽ intelligas ita vt dicitur. ſ̃. quãdo dies vſusfruct. le. ce. l. j.

g *In iudicio*. ſed ſi extra iudicium, nõ actionem, ſed exceptionem præſtaret, vt dices. ĵ. e. l. aliena. §. ſi pluribus. verſ. ſi per creditorem. Et no. hîc quòd ſi quis habere incipit ius, etiã iudicio pendente ſatiſfit: vt. ĵ. man. l. ſi mandauero tibi vt à Titio. niſi ex facto pręcedenti: vt no. ſ̃. de iudi. l. nõ poteſt. &. ſ̃. de inoffic. teſta. l. ſi non mortis. §. fin. & l. ſi proponas. in fi. vnde & in rei vindi. ſufficit ſi quis incipiat eſſe dominus poſt lit. conteſt. ſecundũ Azo.

† Bal. hîc reputat iſtum tex. ſing. ad hoc quod ius ſuperueniẽs pendẽte iudicio actori in re de qua litigat, ex cauſa de præterito fundat actionẽ ab initio male inſtitutam. Bolog.

h QVod ſi nõ. *Prodeſt*. vt. ĵ. quib. mo. pig. vel hypo. ſol. item liberatur. §. j. & ĵ. de ſtatuli. l. ſtatuliber Romæ. & ſ̃. tit. ij. promiſſor. j. §. fin. Accurſius.

SOlutum.] CASVS in hac. l. eſt planus vſque ad. §. ſolutam. [SOLVTAM.] Adhuc proſequitur materiã illam quando videatur ſolutum. & dicit quòd ſiue ei fuerit ſolutum cui debebatur: ſiue alij volũtate eius: vel ei cui poſtea ſucceſſit, vel ꝓcurator ſoluat, ſatis eſt: quia ſemper liberabitur debitor. Sed pone, domũ amplã cõduxi à te. pro. c. eãdẽ aliis. iiij. locaui per particulas, hoc eſt per camerulas: ita ꝙ quilibet eorum debebat. xxv. pro portione ſua. nunquid ſi vnus ex illis quibus locaui, ſoluat portionem ſuã illi à quo conduxi totam domũ, habebit pigne. ac. contra me ad pignus, qui pro portione ſua ſunt obligati domino totius domus? dicit quòd ſic: quia res illius partiarij conductoris ſunt tantum obligatæ domino totius domus pro illa parte quã conduxeram ego. Conſequenter reſpõ. cuidã tacitæ obiectioni, quæ fieri poſſet. dicit enim quòd ſibi per liberam perſonã non acquiritur obligatio ex mea ſecunda obligatione: id eſt ex eo quòd partiario conductori locaui, domino totius domus nõ acquiritur obligatio: quia dominus iſte tacitè partiario videtur locaſſe cõductori: & ſic ex ſua tacita locatione pignori ſibi obligationẽ acquiſiſſe. [PER LIBERAM.] Si procuratori vel tutori res fuerit pignori data, vel pupilli pecunia obligata, nõ mutuo data, ſed in alio cõtractu: domino vel pupillo non acquiritur obligatio. vnde ſi debitor procur. domino ſoluerit, ipſe proc. pig. tenebitur. dicit tamẽ ꝙ poſſeſſio per liberam perſonã acquiritur alij, non obligatio. Cætera ſunt clara vſq; ad l. ſi pignore. Viuianus.

* nec in vſuras, Cuiac. lib. 5. obſe. cap. 27.

i *Debito*. contra videbatur, quia lit. cõteſ. fit quędam nouatio: vt. ĵ. de noua. l. delegare. §. fit autẽ. vnde videbatur extingui pignus, quaſi ſoluta eſſet pecunia: vt. ĵ. prox. §. ſed nõ eſt ita, quia hîc eſt neceſſaria nouatio. illud autem obtinet in volũtaria: vt. ĵ. de noua. l. aliam: imò etiam ſi eſſet condemnatus, nõ tollitur pignus: vt. ĵ. de pignorib. grege. §. etiam. Accurſius.

k *Nouata*. ſ. volũtaria nouatione: vt. ĵ. de noua. l. aliam.

l *Conuenerit*. vt. C. etiã ob chiro. pe. pign. reti. poſ. l. j. Accurſius.

m *Repetatur*. ſ. per pactũ. i. vt remaneat. Ac.

n *Et nulla ſolutione*. ſic & ĵ. e. elegãter. in fi. & l. ſi. in fi. j. reſpõ. No. ergo quòd vbi nullũ eſt pignus, datur pigneraticia: vt hîc. Itẽ vbi finitũ eſt, dat hypotheca: vt. ĵ. de excep. rei iudi. l. ex ſextãte. eſt. l. pe. §. Latinus. in fi. Itẽ vbi finitũ eſt mandatũ, datur mãdati actio: vt. ĵ. manda. l. ſi præcedẽte. & l. inter cauſas. ĩ prin. Item vbi finita eſt emptio, datur ex empto: vt. ĵ. de actio. emp. l. ex empto. §. is qui vinum.

o *Factũ eſt*. nã tollitur pign⁹. vt dixi. ſ̃. de pac. ſi tibi. §. de pignore.

p *Pigneraticia*. nõ ergo ſi propter vnũ eſt obligatũ, propter aliud tenetur, vt hîc, & ĵ. de pig. l. grege. §. fi. Sed cõtra. C. etiã ob chiro. pe. pig. reti. poſ. l. j. §. j. Sol. dicas ꝙ ſi pro ſorte eſt obligatũ, nõ retinetur pro vſura, ſecundũ Azo. vt & C. de vſur. l. per retẽtionẽ. Sed ecõtra ſi pro vſuris, bene poteſt etiã pro ſorte teneri: vt in. l. cõtraria. vel refert an vſuræ ciuiliter & naturaliter ſint debitę: & tunc idẽ quod in aliis debitis: vt in. l. contraria. an naturaliter tãtum: & tunc per retentionem non poſſunt ſeruari: vt hîc, & d. l. C. de vſur. l. per retentionem. Vel dic quòd hic dixit, tantùm.

q *Siue nõ*. ſed aliàs debitę ĩ bo. fi. iudiciis ex mora vel nudo pacto.

r *Penitus*. & ideo per retentionem non ſeruantur: imò ſolutæ vt indebitæ condicũtur: vt. ĵ. de condic. inde. ſi nõ ſortem. in princ.

ſ *Sine ratione*. vt & ſupra eo. ſi neceſſarias. §. ſi vnus.

Heres